quo vtebat terre fixit: et interim per dei
virtutē mirā in magnitudinē excreuiſſe

ſucco animatus:cortice indutus:folioꝝ
⁊ frõdiũ decore emiſiſſe dicit̃. Obijt autẽ
anno dñi ſeptingenteſimonono:ab anno
709 quo fact⁹ eſt abbas triceſimoquarto : et
epiſcopat⁹ ſui anno quinto. Poſt ducen-
tos quadraginta annos poſt obitũ eius
ſcilicet anno dñi nõgẽteſimo quadrageſi
monono eleuatũ fuit corpus ei⁹ ſacrũ de
terra ⁊ in ſcrinio cũ magno honore collo-
catũ. Narrat enĩ beda libro quĩto capi-
tulo octauodecimo ꝙ aldelm⁹ in eccleſia
ſticis reb⁹ ⁊ ſcientia ſcripturarũ nobili-
ter inſtruct⁹:ſcripſit iubente ſynodo ſue
gẽtis librũ egregiũ aduerſus errorẽ bri-
tonum quo vel paſcha nõ ſuo tp̃e celebra
bãt: vel alia perplura eccleſiaſtice caſti-
tati ⁊ paci cõtraria gerebant: multoſqꝫ
eorũ ad catholicã dñice paſche celebrati-
onẽ hui⁹ libri lectiõe ꝑduxit. Scripſit et
de virginitate librũ eximiũ quẽ in exem
plũ ſedulij geminato ope ⁊ verſibus exa
metris ⁊ proſa cõpoſuit. Scripſit ⁊ alia
nõnulla vtpote vir vndecũqꝫ doctiſſim⁹:
nã ⁊ ſermõe nitid⁹:⁊ ſcripturarũ vt dixi
tã liberaliũ ꝙ eccleſiaſticarũ erat erudi-
tione mirandus. Hec beda.

¶ De ſancto Alredo abbate et cõfeſſore.

V Enerabilis alred⁹: cum in-
fantul⁹ in cunis iaceret:ve-
nit ad domũ patris eius ar
chidiaconus quidã noĩe wil
lelmus:vir quidẽ ꝑclarus genere ⁊ ſecũ
dũ carnẽ alredo propinquus. Is enĩ ad
infantulũ reſpiciẽs: videt faciẽ illius in
ſpeciem ſolis cõuerſam ⁊ ſplẽdidiſſimis
choruſcare radijs:vt ſue manus appoſi
te vmbra ſuccederet:tãqꝫ ſeren⁹ innotu-
it paruuli vultus:vt tãꝙ in ſpeculo per
fecte videri poſſet. Affirmauit ergo ar-
chidiacon⁹ illũ in oculis dei magnũ futu
rũ:cui tãta grã in ſua infantia arriſiſſet
Cũ aũt puerulus:de puerorum ludo re-
greſſus domũ intraſſet:intuẽs eũ pater
dixit Eya fili inquit quales nobis edicis
rumores:Et ille. Archiepũs eboracẽſis
hodie obijt pater mi. Videt ille his audi
tis cũ vniuerſa familia:⁊ dixit. Vere fili
inquit:ille obijt qui male viuit. Et puer.
Aliter iſte pater:nã carne ſolut⁹ vltimũ
hodie valefecit mortalibus diez. Tertio
vero poſt hoc die:qd̃ puer ꝑdixerat cun-
ctis de epĩ obitu verum apparebat. In
hoſpicio rieuallis eboracenſis dioceſis ⁊
ciſtercienſis ordinis cuz eſſet pridie anꝙ
ad habitũ reciperetur:in cella nouitioꝝ
ignis ĩ domo illa accẽſus:vſqꝫ ad laquea
rũ iũcturas ſeuiẽs vehemẽter ꝑualebat:
vt culmẽ edificij ĩ momẽto cõſumere cre
deretur Alredus cũ ceteris ad mẽſam ſe
dẽs:apprehẽdit ciphũ et extẽſa manu:ci
cerã quã cõtinebat:in mediũ flãmarum
cũ fiducia ꝓiecit:⁊ cõfeſtim flãmã ignis
extinxit. Adoleſcẽs enĩ tãto amore a re
ge ſcotorũ dauid cõplexus eſt:vt quaſi ſe
cũdus in curia ei⁹ fact⁹:ad epiſcopatuz
eũ promouiſſet:niſi ad ciſterciẽſem ordi-
nẽ citius aduolaſſet. Ita pium in oĩbus
⁊ mãſuetum ſe exhibuit:vt leſus nõ tur
baretur ad irã:maledictis ſtimulat⁹ nõ
ꝓuocaret̃ ad vĩdictã:amorẽ pro odio:bo-
nũ pro malo:pro inuidia obſequiũ ſemꝑ
reddere ſatagebat. Miles quidã vidẽs
illũ a rege pre oĩbus amari:⁊ plus cete-
ris honorari:illũ perſequi cepit:⁊ graui
odio inſectari:quãqꝫ etiam coram rege:il-
lũ verbis iniurioſis appetere. Cui ille.
Bene inquit dicis o miles optime loque
ris:⁊ vera ſunt omnia que dicis et men-
dacium odis:meqꝫ vt credo diligis. Tã-
dem miles ille cõſiderãs alredũ non tur
bari a virtute in aliquo nõ auelli:penitẽ
tia duct⁹ veniã petijt:et firmũ amicum
de reliquo ſe illi fore ſpoſpondit. Cui ille.
Fateor inquit cõgaudeo penitẽtie tue:et
idcirco multo magis te amabo: qꝛ odio
tuo in amorem creui domini mei:et pa-
cientia mea per hoc excitata et probata:
forte aliquantulum profeci apud deum.

Ueniēs poſt hec ad monaſteriū ryeual
lenſe⁊ habitū monachorū ſuſcipiēs:⁊ in
vite cōuerſatiōe ꝑficiēs:cū cura nouicio
rū ſibi iniuncta fuiſſet:quidā clericus or
dinē intrās valde inſtabilis effectus:ve
lut arūdo mutabilis ferebat̄. Suꝑ quo
motus alredꝰ:dixit deo in corde ſuo. Da
michi aīam huiꝰ ⁊ qđ ip̄e minꝰ habet ſa
lutis licet indigno gr̄a tua concedere di-
gneris dn̄e deus meus. Nō multo poſt
frater ille ad ſcl'm redire deſiderās: rem
magr̄o indicat:⁊ deſideriū praue mētis
ſue exponit. Cui alredꝰ ait. Noli frater
perire:nā nō poteris q̄q̄ ⁊ velis. Et ſtul
tiſſimū eſt hoc ip̄m velle:cuius cōtrariū
cupiūt oēs ſcti. Oēs enim ſaluari deſide
rāt. Sed ille monita ſalutis nō audiens
a monaſterio receſſit:⁊ per deuia ſaltus
tota die vagabūdus oberrat:et parū añ
ſolis occaſum ad viā rediēs:ſubito infra
murū monaſterij trāſpoſitū ſe ſenſit. Al
redus obuiā illi occurrens amplectit̄ col
lū eius:deoſculatur faciē eiꝰ et dicit. Fi-
li qđ feciſti michi ſic. Ecce fleui pro te ho-
die multis lachrymis:et credo in deū:ꝙ
ſicut petij a dn̄o ⁊ tibi ꝓmiſi:nō peribis
Fecit enī in probatorio cacellā teſteam
ad modū paruule ciſterne ſub terra: cui
per occultos riuulos:aqua īfluebat. Ne
aūt deprehēderet̄:os eius lapide latiſſi-
mo claudebat. In illā intrās ſepe:aqua
frigidiſſima calorē in ſe oīm extinxit vi-
tiorū. Idem frater cuiꝰ aīam dn̄i roga-
uit vt ſibi daretur: priſtine mutabilita-
tis incēdio cōflagratus a monaſterio re
cedere volebat. Et veniēs ad alredū tūc
abbatē de reueſby ſctm̄ dixit Dn̄e graui
tatem ordinis leuitas mea non ſuſtinet
Res oēs contrarie ſunt nature mee:diu-
turnos labores nō fero. Angor ⁊ crucior
in mora longa vigiliarū:laboribꝰ frequē
ter ſuccūbo manuū. Ueſtium aſperitas
carnem penetrat:volūtas mea delitias
appetit ſeculares:⁊ amores mundi ⁊ vo
luptates ſuſpirat. Et ego inquit abbas
lautiores cibos ⁊ blādiora veſtimēta ti-
bi ꝑparo:⁊ oīa que monacho debent̄ por
tabiliora indulgeo. Nolo inquit ille:licet
michi dederis oēs diuitias domꝰ huius
Et abbas. Nec ego guſto cibū:donec in-
uitū aut volentem te reducat dn̄s. Cur-
rit alter ad portā vt recedat:alter in cu-
biculū intrat ⁊ orat. Lamentat̄ pius ab
bas filiū:⁊ ſuſpirijs intimis cordis erro
neū plāgit:⁊ cōſolationē cōtēpnit. Fugi-
tiuus aūt ad portā veniēs ianuis aper-
tis:quaſi murū ferreum ſenſit:⁊ ſepius
exire tēptans:cū ꝓpoſitū ſuū nullo cona
tu implere poſſet:ad abbatē cōpūctꝰ re-
dijt:⁊ veniā petens:ſtabilitatē ꝓmittit.
Cui abbas dixit Euge fili mi:bn̄ veniſti
vere miſertꝰ eſt mei deꝰ meꝰ qui te ſanū
reduxit Nec multo poſt brachiū cuiuſdā
fratris tumore inflatū:ſigno crucis tu-
morē fugauit⁊ ſanitati reddidit. Factus
poſt hec abbas rieuallis:ita parcꝰ in ci-
bo extitit:vt eū nō hoīez:ſed ſpm̄ eſſe pu-
tares. Numerū monachorū vſq; ad cen
tū quadragita ⁊ quīgētos fratres in mo
naſterio ſuo āpliauit. Licet enī calculo ⁊
artetica paſſiōe:añ obitū per decēniū ve
xatꝰ fuiſſet:in humilitate tm̄ ⁊ pacientia
ꝑſeuerās:fratribus ſepiꝰ hoc dicere ſole
bat. Filioli loquimi q̄ vultis:tm̄ nō exeat
de ore vr̄o verbū turpe:detractio in fra-
trē:⁊ blaſphemia cōtra deū. Scripſit ei
vitā ſcti edwardi regis ⁊ cōfeſſoris:vitā
dauid regis ſcotie:ſctē margarete regie
ſcotie:trigita tres omelias ſuꝑ onus ba
bilonis ī yſaia:tres libros de ſpūali ami
citia:de natura aīe ⁊ quātitate ac ſubti-
litate libros duos:multas quoq; ſcripſit
epl'as:⁊ qđ in lr̄is cōmēdauit:hoc ī vita
cōplere curauit. Digitū āt ſuū:ī os fra
tris cuiuſdā muti poſuit:⁊ ip̄z loqui p̄ce
pit dicens. Loq̄re mi frater in noīe dn̄i.
Qui ſtati oībꝰ admirātibꝰ r̄ndit. Libent̄
loquor tecum bn̄dicte dn̄e. Et alredi me-

ritis cōfeſtim ſanus effect⁹:laudes dño referebat. ¶ incopis paſſio:fratrē quēdaꝫ perurgēs vexabat:vt neqꝫ vox neqꝫ ſenſus in illo apparebat Cui accedēs abbas dixit. Dilecte fili:ſaluet te filius dei Nec moꝛa:oīs doloꝛ in eo cōq̄euit. Quidā abbas ei ſubditus:multa cōuitia impꝛoperia ⁊ blaſphemias alredo inferēs eū iniuſte cōmouit:⁊ ſpm̄ eius merito cōtra ſe pꝛouocauit. Cuius maliciā grauiter ferēs:ad celū oculos et man⁹ eleuās dixit. Dñe rex eterne gloꝛie:ſentiat queſo cito iſte:finē malicie ſue:q̄a tu ſcis falſa eſſe:que noīe meo nitit̄ aſcribere. Cūqꝫ abbas ille cenobiū ſuū intraſſet:in lectū decidit:⁊ die ſeptimo cū magnis cruciatib⁹ vitā finiuit. Deſcendēs in galwediā alredus:inuenit regulū terre illius: cōtra filios ſuos iratū:filios in p̄rem ſeuiētes:⁊ in ſe inuicē fratres. Eſt aūt terra illa fera ſilueſtris et barbara : beſtiales hoies ⁊ barbarū oīne qd̄ gignit. Veritas ibi nō inuenit̄:ſapīa locū nō habet Nā neqꝫ fides neqꝫ charitas diu ꝑdurat in ea. Caſtitas totiens patit̄ naufragiū quotiens libido voluerit:nec eſt inter caſtam ⁊ ſcoꝛtū vlla diſtātia:mulieres per mēſes viros alternāt. Inter religioſos tn̄ quidā alioꝛū cōſilio ⁊ ductu ſatis religioſi exiſtūt:ſed ꝓpꝛia induſtria raro ꝑfecti. Sūt enī naturaliter hebetes:⁊ aialē habētes ſpm̄:voluptatibus carnis ſemper intendūt. Inuenit itaqꝫ alredus pꝛicipes ꝓuincie ira ⁊ diſcētione turbatos: quoꝛū odia ⁊ rācoꝛes:nec rex ſcotie humiliare:nec eps̄ mitigare ſuffecit:multoqꝫ ſanguine terrā polluerūt. Quos alred⁹ nō tm̄ pacificauit:verū p̄rem filioꝛū habitū religiōis ſuſcipe inflexit:⁊ qui multa milia hoīm vita pꝛiuauerat:vite perticipē eterne fieri docuit. In oꝛe viri qui aquā potādo ranā deglutiuerat digitos ipoſuit:⁊ eleuatis oculis ad celum:dixit Dñe rex oīpotēs obſecro per filiū tuum dñm iheſum reſpice ſuper hāc creaturā tuā:⁊ fac huic ſicut vis ⁊ ſcis. Nec moꝛa rana ad digitos ſuos aſcēdit:et humoꝛe magno ⁊ putredine ſequētibus:in terrā cecidit. Per quatuoꝛ ante obitū ſuū annos:ab omni vite p̄ſentis iocūditate coꝛpus abſoluit:ob nimiā coꝛpoꝛis maciē:⁊ faciei extenuationē cutis oſſibus adherebat Parū nāqꝫ comedēs ⁊ min⁹ bibēs ciboꝛū appetitū incredibilis abſtinentia extinxit:medicoꝛū conſilia ſpꝛeuit:⁊ pꝛo deo coꝛpis remedia cōtēpnēs:aīe ſanitati cōſulere ſatagebat. Legebat āt libꝛos quoꝛum lectio lachꝛymas elicere ſolet:⁊ edificare moꝛes ⁊ maxīe cōfeſſiones auguſtini manibus aſſidue poꝛtabat. Sedebat ſepe in fouea in ſolo oꝛatoꝛij ſui facta:cogitās q̄ puluis eſſet:vbi lux angelice viſitatiōis reſplēduit ſup caput ei⁹: ⁊ quaſi cū hoībus:ita cū ſpiritibus celeſtibus loq̄bat̄. Et cū ſol⁹ ſepe eſſet:plurimoꝛū voces cū illo audite ſunt. Spiritu quoqꝫ ꝓphetie claruit:nā fratribus quibuſdā anteq̄ cōfiterēt̄:pctā iuſſit cōfiteri: ⁊ que occulte cōmiſerāt:ꝑdixit. locū ⁊ tēpus adiūgens. Fr̄es duo cū nocte quadā in doꝛmitoꝛio exclamarent:⁊ fratres ad hoꝛrendā eoꝛū vocē excitaſſent:fratri illd̄ in craſtino alredo referēti:dixit Vere fili inq̄t īter fratres nr̄os:nocte iſta dyabol⁹ aduenit ⁊ aliquē ſeducere cogitauit ſed ſine effectu attēptate malicie cū cōfuſiōe ꝗtoti⁹ abſcedere cōpulſus eſt. Verū tn̄ aliquātulū ei quiſpiā conſenſit. Poſt quēdā ſermonē i caplo fctm̄ inter cetera fratrib⁹ dixit. Videte fratres vitā vr̄am coꝛrigite moꝛes ſaluti vr̄e intēdite q̄ pꝛo certo affirmo:aliq̄s vr̄m ad dāpnationē ſuā ad coꝛp⁹ xp̄i accedit quē publicare nolo ei⁹ coꝛrectionē diligo ⁊ ruboꝛi pco. His cum admiratiōe magna auditis qui reos ſe cognouerant venientes ſecreta coꝛdis ſui ei aperire feſtinabant. Frater quidam aſpiciebat in viſu noctis:et

vidit coꝛam facie eius quoddā excelſum
edificiū artificioſe cōſtructū: amplū & ve
nuſtū: vnoq̄ tm̄ oſtio introitū oſtendēs.
Feneſtre in illo nulle/nulla foꝛamia/nul
lū ibi lumē/niſi perparuū ſolis radiū/q̄
oſtio aperto infundebat. Ligna domus
oīa odoꝛifera et fragrātia erant. Quāto
ꝓpius accedebat: tanto in illius ſuaui
tate odoꝛis āplius delectabatur Et aſpi
ciens per oſtiū vidit lectū in pauimento
poſitum/et in lecto iacentē abbatē ſuū.
Cū aūt ingreſſus abbatē moꝛtuū vide-
ret: vbertim eiulare & flere cepit. Et ele-
uans oculos ad tectū domus: vidit ima
ginem hominis relucentē ſupꝛa om̄e qđ
carnalis oculus in hoc mūdo conſpexit/
totūq̄ edificiū: tāq̄ mille luminaribus
illuſtratū refulſit. Per mediū oīm mem
bꝛoꝛum imaginis: ita clare vidit: ac ſi in
parte altera pñs affuiſſet. In medio āt
domus imago in aere apparebat: ſubt⁹
vł ſupꝛa nullo adiutoꝛio ſuffulta. Nube
cula tamē quedā ſubobſcura/iuxta vm-
bilicū viſa eſt que nō adherebat luci figu
re: ſed ibi parūper motabilis depēdebat
Et ecce vir a latere aſſiſtens: vultu & ha
bitu gratus/fratri ineffabiliter admirā
ti ait. Quid miraris? Quare nō potius
reſpicis ad p̄rem tuū: qui ante te iacet vt
eſtimas moꝛtuū? Et ille. Gloꝛia dn̄e hu-
ius imaginis obliuiſci me fecit moꝛtem
dulciſſimi patris mei. Et alter. Non eſt
moꝛtu⁹ pater tu⁹. Nā et figura hec quā
vides: aīa illius eſt. Tm̄ aūt in operib⁹
eius reſtat illuminādum: ſicut illa nube
cula que circa vmbilicū mouetur imagi
nis. Qđ cum fuerit illuminatū: migra-
bit ad dn̄m. Et vt ſcias inquit/q̄ hec ima
go aīa illius ſit: ecce ingredit̄ coꝛpus ei⁹
In ictu oculi/illa figura in coꝛpus per
os ei⁹ illapſa: vidit ſtatim abbatē ſe mo
uere: quaſi vellet de loco conſurgere. Et
p̄re gaudio frater ille ita valide exclama
re cepit: vt ceteros fratres de lectis ſur-
gētes eū excitare cogeret. Per integrū
añ obitū ſuū annū tuſſis ſicca pect⁹ eius
ventilās: cū alijs infirmitatū generib⁹
in tm̄ debilitauit eū vt ſepe miſſarū ſolē
nijs celebꝛatis in cellā rediēs per vnam
hoꝛam nec loqui nec ſe mouere ꝑualens:
immobilis in ſtratu cubaret. Demū vo
catis in vnū fratribus/inter cetera illis
dixit. Deū inuoco teſtē: q̄ nulli⁹ malicia
detractiōe vel lite exarſi/ex quo habitū
ſuſcepi religionis: que aliqua cōmotione
diei finem in coꝛde meo valuit expectare
ſemper pacē & fraternā ſalutē & ꝓpꝛiam
quietē diligēs Hoc gr̄a dei aīo imperaui
ne turbata mentis mee patiencia: ſolis
occaſum pertrāſiret. Doꝛmienti cuidā
fratri: abbas infirmus apparēs/dixit.
Qñ frater putas trāſibo? Neſcio dn̄e in
quit ille. Et abbas. Pꝛidie idus ianua-
rij migrabit ancilla dn̄i aīa mea a do-
mo ſua terrena: quā hucuſq̄ ihabitauit
Et fctm̄ eſt ita. Nā ſcđa die poſt hec/cir-
ca quartā vigiliā noctis: pꝛidie idus ia-
nuarij migrauit ad dn̄m. Anno dn̄i. M.
C.lxvi. & anno vite ſue quiquageſimoſe
ptimo. Abbas iſte adhuc viuēs cū paſ
ſiōe colica & toꝛtione calculi multū vexa-
retur/et ſup mattā iuxta ignē ſedēs/in-
ter genua caput pꝛoꝛſus habere videret
ſupuenit frater quidā/fremens atq̄ cru
deliter dētibus frēdēs. & manibus ſuis
abbatē cū matta appꝛehēdit/et totis vi-
ribus in ignē ꝓiecit/clamās et dicēs. O
miſer ecce modo te occido modo te moꝛte
dura ꝑdo. Quid hic iaces fictiſſime? Am
modo nō erit qđ mētiaris: quia nūc vtiq̄
moꝛieris. Inter hec monachi veniētes:
patrem ab igne extrahūt: & zelo accenſi/
in filiū peſtilētie manus inijcere volue-
rūt. Sed oblitus infirmitatis/& carita-
tis memoꝛ: p̄cepit illis abbas dicēs. No
lite queſo: nolite filij patrem vr̄m tunica
patientie ſpoliare. Nō ſum cōmotus nō
ſum leſus/turbatus nō ſum/quia filius

meus eſt qui me ꝓiecit in ignē: ⁊ per hoc purgauit nō peremit. Filius meꝰ eſt: ſed infirmus eſt. Ego quidē corpe nō ſum ſanus: ſed ſanauit me in anima infirmus ille. Et apprehēdēs caput eius deoſculatur benedicit amplectit̄ et quaſi nil mali ſenſiſſet vel paſſus fuiſſet: dulciter lenire ſtuduit furorē iraſcentis in ſe ſine cauſa.

¶ Narratio edificatoria.

Hoc tpe bartholomeus vir religioſus ⁊ theologus exonienſis eps dū lucris aīarū deuotꝰ intendens parochiā viſitaret: in villa quadā cāpeſtri cum ſuis clericis pernoctauit. Dormiēs igitur de nocte in ſolario eccl'ie ac cimiterio vicino: cū circa noctis mediū euigilaſſet: lumē qd corā illo ardere ſolebat: apparebat extinctum. Querēte ergo miniſtro lumē: eps interī voces audiuit quaſi infantiū innumerabiliū de cimiterio exeūtes plāgentiū ⁊ dicētiū manifeſte. Ue nobis ve nobis quis ammodo pro nobis orabit et elemoſinas dabit: vel pro nr̄a ſalute miſſas celebrabit. Audiēs has voces eps: obſtupuit vehemēter: ſupramodū quid hoc ſignificaret admirās. Cubiculariꝰ interim in aula ⁊ coquina ignē nō inueniēs: anxius in villā perrexit: ⁊ vix tandē in vltima ville domo in qua funus mortuū iacebat: ⁊ cū preſbytero ville multos circūſtātes ⁊ lachrymas fundētes vidit Poſito aūt in lucerna lumīe cū feſtinatione rediit: et epo que viderat enarrauit. Facto aūt mane: audiuit eps q vir ille nuper defunctus: vir iuſtꝰ erat ac timēs deū: pater orphanorū ⁊ cōſolatio miſerorū: ⁊ oēm ſubſtantiā ſuā pauperibꝰ et hoſpitibꝰ erogauit. Tenuit p̄terea in domo ſua ſacerdotē: et illi neceſſaria miniſtrauit: qui commēdatiōes aīarū ⁊ miſſarum ſuffragia pro defunctis celebraret. Intellexit igitur eps voces aīarū eſſe illorū corporum que in cimiterio quieſcebāt: plāgētes mortē hoīs ⁊ gemētes: per quē dū vixerat elemoſinarū ⁊ miſſarū habere ſuffragia meruerūt Et vocato preſbytero qui ſub viro defuncto miſſas ꝓ defunctis celebrauerat: portionem in eccleſia ville illius dedit: iniungēs vt q̄ diu viueret: miſſas et obſequia defunctorū iugiter celebraret.

¶ De ſancto Amphibalo martyre.

CUm enim ſanctus amphibalus albanum martyrem glorioſum ſua p̄dicatione et exhortatiōe operāte ſpiritꝰ ſcti gr̄a ad fidem xp̄i conuertiſſet: hortat̄ cū diſcipulus venerabilis albanꝰ ab vrbe diſcedere: dās ei clamidē auro textam quo tutius ab hoſtibus redderet̄. Ueſtis autē huiuſmodi tāte tūc tpis dignitatis ⁊ reuerētie extitit: vt illa indutus hoſtiū cuneos penetraret illeſus. Adquieſcens igitur amphibalus diſcipuli p̄cibus ante lucē fugā arripuit: verſus aquilonem iter dirigēs ad walliā predicaturus gentibus verbū dei. Cū aūt multitudo populi colūpnā lucis de tumulo bt̄i albani vſq in celū tendentē: ⁊ angelos deſcendētes ⁊ aſcēdentes et noctē totā in hymnis ⁊ laudibꝰ deducētes euidēter aſpexiſſet: lumine turbat̄ inſolito: nouitaſq rei vertitur in miraculū. Tūc vnꝰ illorū ceteros vidēs attonitos: ait. Hec mirāda que videmus xp̄m dei filiū liquido operari conſtat Dii quos hucuſq coluimus potius ſunt portēta q̄ numina: quibꝰ virtꝰ nulla: nulla diuinitas ineſſe facile dep̄henditur. Opa nr̄a inutilia dieſq nr̄i inutiliter defluxerūt. Ecce noctis tenebre ſplendoribꝰ celi cedūt: ſuperni ciues cūt ⁊ redeunt: ſctitatē albani cōmendāt Nos ergo errorē nr̄m relinquētes de falſis ad vera ad fidē de perfidia cōuertamur. Eamus ⁊ inquiramꝰ virū dei qui ſicut noſtis albanū predicando ad xp̄m cōuertit. His ⁊ multis aliis ꝓſecutis: mox errorē priſtinū oēs deteſtat̄: xp̄i fides ab oībus p̄dicatur: iter in walliā ſub feſtinatiōe dirigit̄:

vbi dei ſeruus amphibalus manere pu-
tabatur. Ad quē veniētes: verbū vite re-
gionis illius hoībꝰ p̄dicantē inuenerunt
cauſam aduētus ſui exponūt: crucē quā
ſuo quōdā albano cōmendauerat obtule
rūt: que recēte cruore ꝑfuſa martyrij bea
ti albani ſigna preferebat. Cunqꝫ oēs ab
eo iſtructi xp̄o crederēt: verolamiū fama
repleuit viri dei aſſerēs quoſdā de ciuita
te hoiem ſequi tranſmarinū: eiuſqꝫ ſua-
ſu deorū culturas et leges patrias abie-
ciſſe. Turbatis igitur vniuerſis cum ar
mis ſuis ad eū tandē peruenīūt. Sedu-
ctor inquiunt peſſime cur populū ſimpli
cē circūuenire verborū fallacijs voluiſti:
leges calcare ⁊ deos contēpnere docuiſti:
Et ira commoti: ſine reſpectu etatis ſan-
guinis aut reuerentie vicini vicinos et
amicos neci tradūt ⁊ atrociter in ore gla
dij mille viros pro xp̄o occidūt. Sctūs ve
ro amphibalus vndiqꝫ corporibꝰ occiſo-
rū vallatus: beatas aīas letus dn̄o com
mendabat. Cuius brachia pagani loris
aſtringētes ante equos nudis pedibꝰ eū
ire compulerūt. In itinere vero langui-
dus quidā iacens clamare cepit et dicere
Serue dei excelſi adiuua me: vt qui pro-
pria iaceo depreſſus infirmitate: tua rele
uari merear interceſſiōe. Credo enī ꝙ in-
uocato ſuper me xp̄i noīe: celerem michi
poſſis reddere ſanitatem. Nec mora ſub
oculis oīm qui iacebat languidꝰ: ſancti
meritis hilaris ſurrexit ⁊ ſanꝰ. Egreſſi
ſunt aūt ciues verolamij obuiā ſctō: ⁊ ar
ripientes eū atrocius ſpoliauerūt: viſce-
ra eius patefacta ferro: palo in terrā de-
fixo circūligantes: et flagellis eū nimijs
cōterentes: in circuitu pali ambulare fe-
cerūt ⁊ quaſi ad ſignū poſt hec ſtatuunt:
cultelliſqꝫ ⁊ lanceolis qđ reliquū erat cor
poris confodiūt. Uir aūt dn̄i tanꝙ nichil
mali pateretur vultu hilari ſtabat cōſtā
tior ⁊ ſigna ſui martirij toto iam corpore
preferebat: prodigioſum cūctis de ſe pre

bens ſpectaculum ꝙ poſt tāta ſupplicia
poſt tot mortis genera adhuc viuere po-
tuiſſet. Eadē hora plurimi cōſtantiā ſcti
vidētes renūciantes ydolis xp̄iane fidei
ſe ſubdiderūt martyrē deprecātes vt ipſi
us interceſſione beatitudinis eterne par
ticipes fieri mererentur pro qua aīas po
nere minime formidabāt. Quo cognito
princeps vocatis mox ſpiculatoribꝰ oēs
qui deorū curā abiecerant ⁊ culturā ⁊ do
ctrinā clerici ſequebātur: interfici iuſſit.
At illi ferale cōplētes edictū: mille viros
morti tradiderunt: beato amphibalo in-
tuente eorūqꝫ aīas dn̄o cōmendāte. Tūc
vnus qui ceteris audacior videbatur ſic
virū dei prior alloquitꝛ. Crudeliſſime ho-
minum cur imprudētes illos perſuaſio-
nis tue fraude decepiſti: ⁊ monitis tuis
irretitos a cultura deorum ſubtraxiſti.
Tuorū ſubtilitate verborum: parētes et
amici noſtri in perditionē abierūt. Sed
ꝗuis deos ⁊ hoīes ad iracūdiā ſupramo
dū ꝓuocaueris: eorū tamē grām penitē-
do poteris promereri. Perfecte peniten-
cie hoc erit iudicium: ſi ſectā illā quā huc
uſqꝫ tenuiſti deſerueris et deos inuictos
quos ignorās forſitan offendiſti ceperis
adorare. Tūc oēs quos neci nuper tradi
diſti per ſue diuinitatis potentiā dij om-
nipotētes a mortuis ad vitā reuocabūt.
Tunc ſanctus ait. Dum deos tuos o pa
gane nimis laudibus conaris extollere
in verbo tuo te noueris offendiſſe. Solꝰ
enī dn̄s meus ieſus chriſtꝰ ſuſcitat mor-
tuos et viuificat. Illos vero quos quaſi
deos colitis et potētes in celo eſtimatis:
potēter tormēta patiūtur in inferno. Ho-
rum participes ⁊ ſocij in tormētis erunt
iniuſti/adulteri/maledici/ceteriqꝫ q̄ dū
hic viuerēt ſimiles ſe demonibꝰ per actꝰ
reprobos reddiderūt. Tu quoqꝫ pagane
cū ceteris cultoribus idolorū niſi citius
relicto gentilitatis errore ad fidem chri-
ſti conuertaris: eiſdē penis inferni ſubia

cebis. Miſericordia dei magna eſt: noli-
te deſperare. A vijs vr̃is prauis reſipiſci
te: et ad baptiſmi gr̃am cõuolate. In ba-
ptiſmo pctã donãtur: celũ hoi reſeratur:
et vetuſtate depoſita: noua quodãmõ effi
citur creatura. Qui enĩ prius erant per
culpã filij dyaboli: fiunt poſtmodum per
gratiã filij dei. Ad hãc ergo gr̃am cõfugi
te vt penas ſempiternas poſſitis euade-
re. His auditis furore accẽſi impij in ne
cẽ innocentis vltm̃ ſpm̃ eijcere totis viri-
bus elaborãt. Et licet dei martyr ſaxorũ
multitudine vndiqz cederetur immobi-
lis tamẽ in orõne perſiſtẽs: loco ſuo mot⁹
nõ eſt: nec in partẽ alterã vel ad horã de-
clinauit. Cũ demũ inuictũ ſpm̃ celo red-
diturus eſſet: eleuatis in celũ oculis: ihe
ſum ſtantẽ ad patris dexterã vidit: et an-
gelorũ concentum in celis audiuit: inter
eoſqz albanũ ſuũ recognouit. Quẽ ſibi in
auxiliũ inuocans: ſctẽ inquit albane deũ
nr̃m depreceris: vt michi angelũ bonũ ob-
uiam mittat: ne michi predo truculẽtus
obſiſtere: nec iter meũ pars iniqua vale-
at impedire Et ecce duo angeli celeſti ful
gore radiãtes ad eum de ſupernis venie
bãt: vox etiã huiuſmodi celitus ad eum
facta inſonuit. Amen dico tibi quia cum
diſcipulo tuo eris in padiſo. Pagani ve-
ro celeſtẽ ſonum audiẽtes: ſtupefacti ſta-
bant. Angeli vero beati viri aiam niueo
candore fulgentẽ ſecũ aſſumẽtes: in celũ
cum hymnis et laudibus detulerũt. Pa-
gani enĩ corpus exanime in vinculis con
ſtitutũ: lapidib⁹ adhuc obruere nõ ceſſa-
bant: chriſtian⁹ quidã corpus martyris
latẽter auferẽs ſub terra diligẽter occul-
tauit. Interi celeſtis in populũ ira deſe-
uit diſtorquẽtur labia varia deformitas
vultus apprehendit: obrigeſcunt digiti:
nerui officijs nõ fungũtur: ardẽt lingue
quibus beato martyri cõuicia fuerant il-
lata. Oim mẽbrorũ flexibilitas ita repẽ-
te diriguit: vt ne lapidẽ quidẽ de terra le-
uare iã poſſent. Iudex aũt amiſſo rõnis
intellectu amẽs effectus eſt. Quotquot
enim manũ erexerãt contra dñm: dignã
pro meritis a iuſto iudice ſenſerant vltio
nẽ. His aũt viſis: fidẽ xp̃i tota ciuitas de-
uote ſuſcepit: et multi diuini amoris in-
ſtinctu ſua relinquẽtes romã adeũt com
miſſa deflent errores fatẽtur: vndiqz la-
uachri expetũt ſalutaris. Anno autem
domini milleſimo centeſimo ſeptuageſi-
mooctauo: ſctũs albanus viſibiliter ap-
paruit cuidam viro mediocris ſubſtãtie
noĩe roberto: vicũ ſcti albani inhabitãti:
qui vt ſibi videbat᷑ erat decori vultus: et
elegantis ſtature: veſtibus niueis indu
tus: virgãqz pulcherrimã dextera baiu-
labat. In cuius ingreſſu: domus tota re
ſplenduit: et quaſi claritas ſolis interio-
ra cubiculi circũfulſit: et iacentẽ ex nomi-
ne vocauit percuſſoqz latere ei⁹ ſi dormi-
ret requirebat dicens. Roberte dormis?
Qui cũ ſe vigilare diceret: ſubĩtulit. Ne
timeas frater neqz formides: ego ſuz pro
thomartyr britãnie albanus: ſurge velo
citer et ſequere me. Qui ſtatim ſurgens:
per tria miliaria: vſqz ad villã nomĩe red
burna ſequebatur ſctm̃. Tũc ſctũs alba-
nus paululũ a via declinãs apprehenſa
viri manu dixit. In hoc loco iacent reli-
quie amphibali magr̃i mei. Et pollice vi
ri terrã ad inſtar crucis aperuit: et euer-
ſa ceſpitis modica portiõe: quaſi quoddã
ſcriniũ apparebat: cui⁹ reſupinato oper
culo: ſplẽdor nimius exiens: orbẽ illumi-
nauit. Recluſa vero capſa: et repoſito ceſ
pite: dixit albanus. Signa diligenter lo
cum: et eamus hinc: et ad locum vnde re-
ceſſim⁹ reuertamur. Regreſſis illis: ſan-
ctus eccleſiã ſuã intrauit: et hõ ille ꝓprio
ſe lecto recepit. Elapſis poſt hec duobus
annis: idem vir diuinitus admonit⁹: ab
bati ordinẽ rei geſte denudauit: et locum
fratribus oſtẽdit. Qui terrã aperientes
ſctm̃ amphibalum inter martyres duos

medium: et ambobꝰ collateralem: tertio martyre quaſi ex tranſuerſo et oppoſito: locū ſolitariū occupante: inuenerūt. Inter martyris reliquias cultelli duo repti ſunt: nullūqꝫ ex oſſibus eius integrū apparebat: cū aliorū ſanctorū oſſa: fere illeſa perduraſſent. Lapidibꝰ eni conquaſſatus occubuit: ⁊ poſt eius mortē: perſecutorum immanitas: exanima mēbra: ſaxorū ictibus obruit et confregit. Cū eni ſiccitas magna illis diebus perduraſſet eleuatis de terra reliquijs ſctis: tāta pluuie inundatio facta eſt: vt terra vberius imbre perfuſa: deſperate fruges ſpem letiorē repromitterēt. Multa quoqꝫ miracula: breuitatis cauſa: hoc in loco pretermiſſa: ad laudē ⁊ gloriā ſui nois ſaluator noſter pro martyre ſuo glorioſo oſtēdere dignatus eſt.

## De ſancto Anſelmo archiepiſcopo.

SAnctus eni anſelmus in auguſtana ciuitate alpiū nobilibꝰ parentibus ortus a pueritia litteratus et caſtꝰ erat. Et audito vnū deū ſurſum in celo eſſe oia regentē: omnia cōtinentē: ſuſpicatus eſt vtpote puer inter montes nutritus celū mōtibus incūbere: in quo ⁊ aulā dei eſſe: eamqꝫ per montes adiri poſſe. Cū hoc ſepius animo volueret: contigit vt quadā nocte per viſum videret ſe debere mōtis cacumen aſcēdere: ⁊ ad aulam magni regis dei ꝓperare. Verū priuſq̄ montē cepiſſet aſcēdere: vidit in planicie qua pergebat ad pedem mōtis mulieres que regis erant ancille ſegetes metere: ſed hoc nimis negligenter faciebant ⁊ deſidioſe. Quarū puer deſidiā dolēs atqꝫ redarguens: ꝓpoſuit illas apud regem accuſare Aſcēſo mōte: regē cū ſolo ſuo dapifero inuenit. Nā vt ſibi viſū erat familiā ſuam ad colligēdas meſſes miſerat. Ingrediens itaqꝫ puer a domino vocatur: ⁊ allato per dapiferū nitidiſſimo pane: corā rege reficitur. Mane quid viderit ante oculos mentis reducens: ſicut innocēs puer ſe veraciter in celo fuiſſe ⁊ de pane dei comediſſe credebat: ⁊ corā alijs ita eſſe conſtanter aſſerebat. Infeſtū ei tandē et inteſtinū gñatur bellū: nā patris animus cōtra illū tali odio inflammatur: vt magis ea que bene q̄ ꝓperā ageret inſequeret. Nec aliqua poterat humilitate patrē lenire: ſed q̄to ſe illi exhibebat humiliorē: tanto illū ſibi ſenciebat aſperiorem Exactis proinde in burgūdia ⁊ frācia tribus annis beccū in normānia ſub lāfranco confouēdus acceſſit. Regebat eo tpe cenobiū ipm abbas quidā noie herlwinus vir grādeuus ⁊ magna ꝓbitate cōſpicuus. Qui primus ipſius loci abbas: monaſteriū ipm a fundamētis de ſuo patrimonio cōſtruxerat ⁊ lāfrancus gradum prioris obtinebat. Occupatur itaqꝫ anſelmus in litterarū ſtudijs et corpus vigilijs/frigore ⁊ inedia fatigare nō ceſſauit. Et cū viceſimūſeptimū ageret annū monachus effectus eſt. In tm̄ vero religioſis operibus ⁊ ſctē conuerſationi animū dabat: vt quiſqꝫ religioſe in tota congregatione viuere volebat: in eius vita qd imitaretur ſatis iueniret. Sicqꝫ per trienniū in omni deuotione ꝓficiēs: magnus ⁊ honorādus habebatur. Lamfrāco autem ad cadomenſis cenobij regimē aſſumpto: anſelmus ſub herlwino abbate prior inſtituit. Totū exinde tēpus ſuū in dei obſequio conatus expēdere: ſeculū ⁊ eius negocia cūcta ab eius intētiōe funditus extirpabat. Factūqꝫ eſt vt ſoli deo celeſtibuſqꝫ diſciplinis iugiter occupatꝰ in tm̄ diuine ſpeculationis culmē aſcēderit: vt obſcuriſſimas ⁊ añ ſuū tēpus inſolutas de diuinitate dei ⁊ nr̄a fide queſtiones: deo reſerante perſpiceret: ac perſpectas enodaret: apertiſqꝫ rationibus que dicebat: rata ⁊ catholica eſſe ꝓbaret. Diuinis nāqꝫ ſcripturis tātā fidē habebat:

vt indiſſolubili firmitate cordis crederet nichil in eis eſſe qđ ſolide veritatis trani tem vllo modo exiret. Quapropter ſum- mo ſtudio animũ ad hoc intẽderat: quati nus iuxta fidẽ ſuã mẽtis ratione merere tur percipere que in ipſis ſenſit multa ca ligine tecta latere. Contigit ergo quadã nocte vt ipſe in huiuſmodi mẽte detẽtus: ante nocturnas vigilias in lecto iaceret: ⁊ meditando ſecũ rimari conaret̃ quo nã modo prophete preterita ſimul ⁊ futura quaſi pñtia olim agnouerũt et indubi- tãter ea dicto vel ſcripto protulerunt. Et ecce cũ in his totus eſſet: ⁊ ea intelligere ſumme deſideraret: defixis oculorũ ſuo- rum radijs: vidit per medias maceries oratorij ⁊ dormitorij monachos quorum hoc officiũ erat: altare ⁊ alia loca eccleſie circũeuntes luminaria accẽdẽtes: ⁊ quẽ- dã eorũ ſumpta in manibus corda pro ex citãdis fratribus ſchillã pulſantẽ. Ad cu ius ſonitũ cõuentu fratrũ de lectis ſurgẽ te: miratus eſt de re que acciderat. Cõce- pit ergo deo eſſe leuiſſimũ ꝓphetis in ſpi ritu futura mõſtrare: cum ſibi cõceſſerit q̃ fiebant per tot obſtacula corporeis ocu lis poſſe videre. Hinc perſpicaciori inte- rius ſapientie luce perfuſus: mores oẽs ſexus ⁊ etatis ita diſcretionis ratiõe mõ ſtrare penetrauit: vt eũ palã inde tractã tẽ: cuiq̃ crederes ſui cordis archana re- uelare. Origenes inſuper atq̃ ſemina ⁊ radices: necnõ ꝓceſſus oĩm virtutũ ac vi ciorũ detegebat: ⁊ quẽadmodũ vel he ad ipiſci vel hec deuitari aut vinci poſſent: luce clarius edocebat. Ab initio enĩ pri oratus ſui tanta corpus ſuũ inedia ma- cerauit: vt nõ ſolũ oĩs illecebra gule peni tus in eo poſtmodum extincta ſit: ſed nec famẽ ſiue delectationẽ comedẽdi pro qua uis abſtinẽtia vt quibuſdã dicere cõſue- uit: aliqñ pateret̃. Comedebat enĩ vt alij ſed parce. Sctis quoq̃ meditationibꝰ in ſiſtebat: ex cõtẽplatione ſumme beatitu- dinis ⁊ deſiderio vite perhẽnis immẽſos lachrymarũ imbres effundebat. Huius vite miſerias: ſuaq̃ et aliorũ pctã ama- riſſime flebat: ⁊ vix parum ante noctur- nas vigilias: ſepe vero nichil ſompni ca piebat. Inuidebant ei fratres quidã: vi dẽtes illũ ꝓponi quẽ iuxta cõuerſionis or dinẽ iudicabãt ſibi debere poſtponi. Ita q̃ turbati ſcãdala mouẽt: diſſentiões pa riunt: ſectas nutriũt: ⁊ odia fouent. Ipſe vero detractionibꝰ eorũ reddebat officia fraterne charitatis malẽs vincere mali- ciã in bono: q̃ a malicia eorũ vinci in ma lo. Quidã noĩe oſbernus ingenio ſagax ad diuerſa opa manualia pollẽs: ſed per- uerſis moribus multũ incõpoſitus erat ⁊ anſelmo nõ modicũ inuidebat. Ille ta- men puerũ pijs blandimentis delinere: puerilia facta eius tollerare cepit: ⁊ mul ta illi que ſine ordinis detrimẽto tollera- ri poterãt cõcedere: vt effrenꝰ animus in mãſuetudinẽ curuaretur Incipit tandẽ anſelmũ diligere: eius monita ſuſcipere ⁊ mores ſuos cõponere. Demũ anſelmꝰ paulatim que cõceſſerat puerilia ſubtra het: ad honeſtã morũ maturitatẽ proue- hit. Et vbi de firmitate boni ſtudij ado- leſcentis ſe poſſe cõfidere animaduertit: mox oẽs puerilcs actus in eo reſecat: ⁊ ſi qđ reprehenſionis eũ admittere compit: nõ ſolũ verbis ſed ⁊ verberibus eũ corri- puit. Equanimiter adoleſcẽs cũcta ſuſti net: in exercitio ſctẽ actiõis feruet: ⁊ alio rum cõtumelias et opprobria pacienter ſuffert: erga oẽs ſincere charitatis affe- ctũ ſeruãs. Poſt aliquot vero annos ado leſcens infirmitate depreſſus: ad extre- mũ vite finẽ deuenit. Appropiquãte aũt mortis articulo: anſelmus familiari pre cepit alloquio: quatinus poſt obitũ ſuũ ſi poſſibile foret: ſibi ſtatũ ſuum reuelaret. Promiſit ⁊ tranſijt. Anſelmus vero quo liberius pro eo p̃ces funderet in ſecretio- rem eccleſie locũ receſſit. Et cum inter la-

chꝛymas ⁊ graui coꝛdis meſticiā: oculos
in ſompnū paululū depꝛimeret: vidit in
ſpiritu quoſdam reuerendi vultus cādi-
diſſimis veſtibus oꝛnatos: domū in qua
oſbernus iacuit intrare: ⁊ quaſi ad iudi-
candū ſedere. Et cū iudicij ſentētiā igno-
raret: eamq; ſollicitus noſſe deſideraret:
ecce oſbernus adeſt ſimilis homini cū ex
languoꝛe aut ex nimia ſanguinis minu-
tione fuerit exinanitus. Ad quem pater.
Qd̄ eſt fili? Quomodo es? Cui ille reſpō-
dit Ille antiquus ſerpens ter inſurrexit
in me: ⁊ ter cecidit in ſemetipm̄: ⁊ vꝛſariꝰ
dn̄i dei liberauit me. Quo dicto: oſbernꝰ
nō cōparuit. Cuius verba anſelmus in-
terpꝛetās dixit. Ter antiquus ſerpēs in
ſurrexit in euꝫ: quia de peccatis que poſt
baptiſmū ante religionis ingreſſum cō-
miſerat: accuſauit. De peccatis etiā poſt
ingreſſum religionis ante ꝓfeſſionē ſuā
⁊ etiā de peccatis poſt pꝛofeſſionē que an
te obitū ſuuꝫ egerat: illū accuſauit. Sed
ter cecidit in ſemetipſum: ꝙꝛ peccata que
in ſeculo admiſerat per fidē parentū quā
do eum deo obtulerūt: deleta inuenit. Et
peccata que in monaſterio degens ante
ſuā pꝛofeſſionē fecerat: in ipſo pꝛofeſſione
purgata erāt. Peccata vero que ante obi
tū ſuū egerat: per verā cōfeſſionē ⁊ peni-
tētiā deleta atq; dimiſſa in ipſo eius obi-
tu cōfuſus inuenit. Vrſarij dei: boni an-
geli ſunt. Sicut enī vꝛſarij vꝛſos: ita an-
geli malignos demones a ſeuicia ſua co-
ercēt ⁊ oppꝛimūt: ne nobis noceāt ꝙtum
volūt. Poſt hec anſelmus per integrum
annū omni die miſſam pꝛo anima eiꝰ ce-
lebꝛauit. Senex quidā nomie herewal-
dus infirmitate pꝛeſſus: nichil in ſui po-
teſtate pꝛeter linguā habens: vino de ra
cemis per manū anſelmi in oꝛe eiꝰ expꝛeſ
ſo: refocillatur ⁊ pꝛiſtine ſanitati reſtitui
tur. Pꝛopoſuit apud ſe quidā frater: vt
nulla occaſiōe ſuā manū genitalibꝰ ſuis
vnq̄ admoueret: ⁊ inuidēs ei dyabolus:
tantā in eiſdē mēbꝛis doloꝛem ⁊ anguſti-
am euꝫ ſentire fecit: vt nullo modo ferre
valeret. Videbatur ei tm̄ pōdus ſentire:
ac ſi plumbi grauiſſima moles in illa coꝛ
poꝛis parte dependens: eum ad ima tra
here niteretur. Requiſitꝰ ab anſelmo qd̄
haberet cū rem celare non poſſet: aſſum-
pto ſecū quodā ſene: iuuenē ad ſecretū lo-
cū ducit Et ecce caro ſaniſſima reperitur
⁊ oīs illa dyabolica vexatio euanuit: nec
fatigat vlteriꝰ quē ſimplex anſelmi aſpe
ctus a tāta clade fecit immunē. Quidā
ex antiquioꝛibus fratribus cenobij vete
ri odio plurimū erat infeſtꝰ anſelmo: nec
vllatenus poterat eum ſimplici reſpice-
re oculo infirmitate pꝛeſſus ad extrema
perducitur. Et ecce miſerādas voces ede
re cepit: ⁊ quaſi quoꝛundā hoꝛrēdos aſpe
ctꝰ ſubterfugere geſtiret: pallēs et anxie
tremens: vultū ſuū deliteſcēdo hincinde
cōmutare. Territi fratres qui aderant:
qd̄ haberet inquirunt. Et ille. Geminos
immanes lupos inter bꝛachia ſua me te
nere: ⁊ guttur meū impꝛeſſis dētibus iā
ſuffocare videtis: et quid michi ſit queri-
tis. Quod audiēs anſelmus ad infirmū
venit ⁊ leuata manu ſignum ſancte cru-
cis edidit: dicēs. In nomine patris et fi-
lij ⁊ ſpiritus ſcti. Quo dicto: ſtatim eger
cōquieuit ⁊ exhilarato vultu: intimo coꝛ
dis affectu deo gratias agere cepit. Di-
cebat enī ꝙ anſelmo ingrediēte et manu
extenſa ſignū ſancte crucis edente: vidit
ex oꝛe illiꝰ flammā ignis in modū lancee
pꝛocedentē que in lupos iaculata eos de-
terruit: ⁊ celeri fuga dilapſos pꝛocul ab-
egit. Tūc anſelmus de ſalute anime ſue
cum eo loquens: ad penitentiā ⁊ cōfeſſio-
nem oīm in quibus ſe deum offendiſſe re
coꝛdari valebat: coꝛ eius inclinauit ⁊ pa-
terna auctoꝛitate abſoluit. Dixit enī ho-
ra qua fratres ad nonā ſurgerēt: pꝛeſen-
te vite eum deceſſurum. Quod ⁊ factum
eſt Cū ſecretarius nocte quadā fratres

ad vigilias excitaret: per clauſtrum pergens: forte per oſtium capituli pertranſiuit. Et introſpiciēs vidit anſelmum in oratione ſtantē ingenti ſplendētis flamme globo circūcinctum. Et eſtimans anſelmum hora illa ſopori potius ꝙ orationi deditum: dormitorium feſtinus aſcendit: ad lectum āſelmi pergit: ſed eum ibi nō inuenit. Regreſſus ad capitulum anſelmum repperit: ſed globū ignis quem liquerat: videre nō potuit. Cum a quodam principe normānie diuerſas ob cauſas ad colloquiū inuitaretur anſelmus: & de hoſpitando illo: finito colloquio principe; nulla cura teneret: ait quidā frater ad eum. Hoſpiciū pater qualecunq; non lōge habemus: ſed preter panem & caſeū ibidem reperire nō poſſumus. Ille autē ſubridēs dixit. Ne timeas frater: immo cito precede et mitte in amnem vicinum rhete: piſcemq; qui omnibus nobis ſufficere poſſit: ſtatim extrahe. Quod cum feciſſet: truttā iſolite magnitudinis piſcator extraxit. Nobilis quidā anſelmū inuitans cōqueſtus eſt ꝙ tanto viro preter vilia quedā nō haberet. Sanctus illi ait Sturio vnus en tibi defertur & animus tuus de delitiarū fluctuat inopia. Ridet ille: fidem dictis prebere non valēs. Nec mora viri duo attulerūt ſturionem vnū pregrādem in fluminis ripa a paſtorib⁹ ſuis inuentum ſibiq; trāſmiſſum. Illis diebus ſcripſit tractatus tres: ſcilicet de veritate: de libertate arbitrij: et de caſu dyaboli: et quartū quē intitulauit de grāmatico. Fecit et libellū quē monologion appellauit. Solus enim in eo & ſecum loquitur: ac tanta omni auctoritate diuīe ſcripture quid deus ſit ſola ratione querit & inuenit: & qđ vera fides de deo ſentit inuincibili ratione ſic nec aliter eſſe poſſe probat et aſtruit. Poſt hec incidit ſibi in mentem inueſtigare: vtrum vno ſolo et breui argumento probari poſſet id quod de deo creditur et predicatur: videlicet ꝙ ſit eternus: incōmutabilis: omnipotēs: vbiq; totus: incomprehenſibilis: iuſtus pi⁹: miſericors: verax: veritas: bonitas: iuſticia et nonnulla alia: et quomodo hec omnia in ipſo vnum ſunt. Que res ſicut ip̄e referebat: magnam ſibi peperit difficultatem. Nā hec cogitatio partim illi cibum: potum & ſomnum tollebat & intentionem eius in diuinis obſequijs perturbabat. Quod enim ad plenum capere nō valeret: dyaboli temptationē hoc fore timens: a ſua intentione hoc procul repellere temptabat. Uerum ꝙto plus in hoc deſudabat: tanto illum ip̄a cogitatio magis ac magis infeſtabat. Et ecce quadā nocte īter nocturnas vigilias dei gratia illuxit in corde eius: et res patuit intellectui eius: et immenſo gaudio et iubilatione repleuit omnia intima eius. Quod conceperat in tabulis ſcripſit: et cuidam fratri ſollicite cuſtodiendum tradidit. Poſt aliquot dies tabulas a cuſtode repetit: et queſite nuſꝙ poterant reperiri. Reparat anſelmus de eade; materia dictamen in tabulis: et iterum fratri cautius cuſtodiendum tradit. Sequenti vero die frater ille tabulas ante lectum cera hac illacq; fruſtratim diſperſa repit. Iterum ſcripturam reparat: volumen paruulum ſed ſententiarum ac ſubtiliſſime cōtemplationis pondere magnum quod proſologion vocauit inde cōpoſuit. Cum enim totam ſue mentis intentionem in contemptū mundi compoſuiſſet: & his ſolis q̄ue dei erant ſtudiū ſuum infixiſſet: cōtigit vt infirmitate correptus grauiter affligeretur. Et raptus in exceſſu mentis: vidit fluuium vnum rapidum atq; precipitem: in quem cōfluebāt omnium fluxuum purgature: et omniū rerum terre ſordes & lauature. Uidebatur itaq; aqua nimis turbida & immunda et omni ſpurciciarum ſorde horrida.

Rapiebat igitur in ſe quicquid attigere
poterat: ⁊ inuoluebat tã viros ꝙ̄ mulie-
res: diuites ⁊ inopes ſimul. Cumq; anſel
mus tã obſcenã illoꝛũ reuolutionẽ miſe-
ratus vidiſſet: vnde viuerẽt aut vnde ſi-
tim refocillarent inquireret: qui eũ comi
tabatur aſſeruit eos ea qua trahebãtur
aqua viuere delectariq;. Et addit. Toꝛ-
rens mundi eſt qđ vides quo rapiũtur ⁊
inuoluũtur hoĩes mundi. Vis ne ait du-
ctoꝛ ille videre quid ſit verus monacha-
tus. Rñdit. Volo. Et duxit illũ in ampliſ
ſimum clauſtrum cuiꝰ parietes obducti
erant argẽto puriſſimo et cãdido. Herba
quoq; medie planiciei virens erat ⁊ ipſa
argẽtea mollis et vltra humanũ intelle-
ctum delectabilis. Locus ille totus erat
amenus ⁊ pꝛecipua iocũditate repletus
Et ait ductoꝛ ille. Vis videre qđ ſit patiẽ
tia vera? Qđ cũ ille multũ deſiderare di-
ceret: ad ſe ſubito reuerſus viſionẽ et eiꝰ
oſtẽſoꝛem dolẽs pariter amiſit. Cũ qui-
dã abbas de his que monaſtice religiõis
erãt cũ anſelmo loqueretur inter alia de
pueris in clauſtro nutritis verbũ conſe-
ruit dicens. Qđ obſecro fiet de iſtis? Die
⁊ nocte nõ ceſſamꝰ eos verberare: ⁊ ſem-
per deterioꝛes fiunt. Cum adulti ſunt in
quit anſelmꝰ quales ſunt? Et ille. Hebe-
tes inquit et beſtiales. Anſelmus dixit.
Quã bene nutrimentũ vr̃m expẽdiſtis:
de hoĩbꝰ beſtias nutriuiſtis. Modis ait
quibus poſſumus cõſtringimus eos vt
pꝛoficiant: ⁊ nichil pꝛoficimus. Anſelmꝰ
ait. Dic queſo dñe abbas ſi plantã arbo-
ris in oꝛto tuo plãtares: et mox illã omni
ex parte ita concluderes: vt ramos ſuos
nullatenus extendere poſſet poſt aliquot
annos qualis arboꝛ inde pꝛodiret? Pꝛofe
cto inutilis incurius ramis et perplexis
Et hoc ex cuiꝰ culpa pꝛocederet: niſi tua
qui eã immoderate cõcluſiſti? Certe hoc
facitis de pueris veſtris. Plãtati ſunt in
oꝛto eccleſie vt creſcãt et fructificent deo.
Vos aũt in tm̃ terroꝛibus: minis et ver-
beribus vndiq; illos coartatis: vt nulla
penitꝰ ſibi liceat libertate potiri. Itaq;
indiſcrete oppꝛeſſi: pꝛauas ⁊ ſpinarũ mo
re perplexas infra ſe cogitationes cõge-
rũt: fouent: nutriunt: ⁊ omnia que illoꝛũ
coꝛrectioni adiuuare poſſent: obſtinata
mente ſubterfugiũt. Unde fit vt quia ni-
chil amoꝛis nichil pietatis et beniuolen-
cie ſiue dulcedinis circa ſe in vobis ſenti-
unt: omnia ex odio ⁊ inuidia cõtra ſe pꝛo-
cedere credunt. Sicq; ſicut coꝛpe creſcũt
ſic in eis odiuꝫ ⁊ ſuſpicio oĩs mali creſcit:
ſemper ꝓni ad vicia et incurui. Vidiſtis
queſo vnq̄ aurificẽ ex lamina auri vel ar
genti: ſolis percuſſionibꝰ imaginẽ ſpecio
ſam foꝛmaſſe? Nõ puto. Sed nũc eam le
uiter pꝛemit et percutit: leuius quãdoq;
leuat ⁊ foꝛmat. Panis quoq; ⁊ quiſq; ſo-
lidus cibus vtilis et bonus eſt eo vti va-
lenti. Verũ ſubtracto lacte: ciba inde la-
ctentẽ infantem: ⁊ videbis eũ ex hoc ma-
gis ſtrangulari ꝙ̄ recreari. Sicut enim
foꝛte coꝛpꝰ: pꝛo ſua qualitate habet cibũ
ſuum: ita fragilis et foꝛtis anima habet
victum ſuũ pꝛo ſui menſura. Foꝛtis ani-
ma delectatur et paſcitur ſolido cibo: pa-
cientia ſcilicet in tribulationibꝰ: non con
cupiſcere aliena: percutienti vnã maxil-
lam pꝛebere alteram: oꝛare pꝛo inimicis
odiẽtes diligere et multa in hunc modũ:
fragilis aũt ⁊ adhuc in dei ſeruicio tene-
ra lacte indiget: manſuetudine videlicet
alioꝛũ/benignitate/miſericoꝛdia/hilari
aduocatione/charitatiua ſuppoꝛtatione
⁊ pluribus huiuſmodi. Si taliter vr̃is ⁊
foꝛtibꝰ ⁊ infirmis vos coaptatis: per dei
gratiã omnes ꝙ̄tum veſtra refert deo ad
quiretis. His abbas auditis: ingemuit
dicẽs. Vere errauimus a veritate: ⁊ lux
diſcretionis non illuxit nobis. Tandem
abbas herlwinus iam decrepitus cau-
ſis monaſterij intendere et opem ferre
nõ valens: ſub anſelmi diſpoſitione cun-

cta cõſtituit. Dum aũt quadã die ad lectũ ſuũ in dormitorio diuerteret: anulũ aureũ in eo inſperatus inuenit. Quẽ in opere eccleſie expẽdi fecit. Qđ cũ lanfrãcus archieps audiſſet: eum in epiſcopatu ſibi ſucceſſurũ indubitanter aſſeruit. Miles quidã nomĩe cadulus vigilijs et orationibus deo intẽtus: audiuit dyabolum ſub voce ſcutarij ſui extra eccleſiam in qua erat: vociferantẽ et turbato murmure equos ⁊ oĩa ſua fracto hoſpitio a latronibus direpta eſſe ⁊ abducta cõquerẽtem nec aliquid eorũ recuperandũ: niſi citius accurreret. Cũq; ille nequaq̃ mouetur maius damnũ orõni cedere deputãs q̃ ſua perdere: dolẽs dyabolꝰ ſe deſpectũ: in ſpecie vrſi mutatꝰ: per tectũ eccleſie lapſus: ante illum preceps corruit: vt horrore ſaltẽ ⁊ fragore ſui caſus illũ perturbaret. Sed miles immobilis permanẽs mõſtrũ ſecurus irridet. Cũq; ad anſelmũ iter maturaret: malignus ſpũs ei obuians: in hec verba prorupit. Cadule cadule quo tẽdis? Que te vanitas priorẽ illũ ipocritã cogit adire. Opinio ſiquidẽ eius omnino alia eſt a cõuerſatiõe vite illius. Quapropter ſuadeo: cõſulo: vt celerius redeas: ne ſeductus ab eo: ſtulticia qua modo traheris illaquearis. Ipocriſis namq; ſua iam multos decepit: ⁊ ſpe vana deceptos: vacuos fecit ⁊ immunes At ille malignũ eſſe cõſiderãs: ſigno crucis ſe muniuit: ⁊ quo ꝓpoſuerat ire cepit Et audito anſelmo: ſclm̃ ſpreuit: ⁊ religioni ſe tradẽs monaſticũ habitũ ſuſcepit. Defuncto abbate herlwino: vno oĩm cõſenſu in abbatem anſelmus eligitur: ſed cõuocatis fratribꝰ: flens anſelmus ⁊ miſerãdos ſingultus edens proſternitur in faciẽ corã oĩbus orãs ⁊ obteſtans per nomen oĩpotentis dei: vt ſi qua in eis eſſent viſcera pietatis reſpctũ mĩe dei ſup eum intẽdãt: et ab incepto deſiſtẽtes ſe a tãto onere quietũ manere permittant. At illi oẽs in terrã ꝓſtrati orãt vt ipſe potius loci illius: ⁊ eorũ miſereatur ne poſtpoſita vtilitate cõmuni ſe ſolũ pre ceteris ſingulariter amare cõuincatur. Victus tandẽ lachrymis p̃cibus ⁊ inſtãcia fratrũ: necnõ obediẽtia archiepi maurelij: onus reuera inuite ſuſcepit. Nunq̃ eñi ad hoc cõſenſiſſet: niſi imperium ⁊ obediẽtia eũ cõſtrixiſſet. Delegatis ei monaſterij cauſis cure ⁊ ſollicitudini fratrũ de quorum vita certus erat: ipſe cõtẽplationi: monachorũ eruditioni ⁊ correctioni iugiter inſiſtebat. Sollicitꝰ eñi erat circa hoſpitũ ſuſceptionẽ: et hoc qđ deerat eiꝰ bona volũtas ⁊ vultus alacritas apud hoſpites gratioſe ſupplebat. Trãſiẽs aũt in angliã: a lãfranco archiepo honorifice ſuſceptus: quadã die familiariꝰ cũ illo loquẽs dixit. Angli iſti inter quos degimꝰ inſtituerunt ſibi quoſdã ſctõs de quorũ ſctitatis merito animũ a dubietate flectere nequeo. Et ecce vnus illorũ noĩe elphegus quõdã cãtuariẽſis archieps: quẽ nõ ſolũ inter ſctõs: verũ etiã inter martyres annumerãt: licet eũ non pro cõfeſſione noĩs xpi: ſed quia pecunia ſe redimere noluit: occiſum nõ negẽt. Nã cũ illũ emuli eiꝰ et inimici dei pagani cepiſſent: et poteſtatẽ ſe redimẽdi cõceſſiſſent: immẽſam ab eo pecuniã expetebant. Quã quia nullo poterat pacto habere niſi hoĩes ſuos ſpoliaret: ⁊ mẽdicitati nõnullos ſubijceret: elegit vitã perdere: q̃ eã tali modo cuſtodire Qđ igitur tua fraternitas ſenciat: audire deſidero. Anſelmus eñi rñdit. Palã eſt q̃ is qui nec leue quidẽ contra deũ peccatũ admittit: mori nõ dubitaret priuſq̃ aliquo graui pctõ deũ exacerbaret. Et reuera grauius pctm̃ videt̃ eſſe xpm̃ negare: q̃ quẽlibet terrenũ dñm pro redẽptione vite ſue hoĩes ſuos per ablationẽ pecunie illoꝝ ad modicũ grauare Sed hoc qđ minꝰ eſt elphegꝰ noluit facere multo igit̃ minus xpm negaret ſi veſana manꝰ eũ

ad hoc moꝛtem intẽptando cõſtringeret.
Unde datur intelligi mirã in pectꝰ eius
iuſticiã eũ poſſediſſe: quãdo vitã ſuã ma-
luit dare ꝙ̄ ſpꝛeta charitate ꝓximos ſu-
os ſcandalizare. Nec immerito vt reoꝛ in
ter martyꝛes cõputatur qui pꝛo tanta iu
ſticia moꝛtem ſpõte ſuſtinuiſſe veraciter
pꝛedicatur. Nã ⁊ beatus iohãnes bapti
ſta qui pꝛecipuus martyꝛ creditur et ab
eccleſia veneratur nõ quia xp̄m negare:
ſed quia veritatem tacere noluit: occiſus
eſt. Et quid diſtat inter moꝛi pꝛo iuſticia:
et moꝛi pꝛo veritate? Cũ eni xp̄s veritas
⁊ iuſticia ſit: q̄ pꝛo veritate ⁊ iuſticia mo-
ritur: pꝛo xp̄o moꝛitur. Qui autẽ pꝛo xp̄o
moꝛitur: eccleſia teſte martyꝛ habet. Be
atus vero elphegus eque pꝛo iuſticia vt
beatus iohannes paſſus eſt pꝛo veritate
Cur ergo magis de vnius ꝙ̄ de alterius
vero ſanctoꝝ martyꝛio quiſꝙ ambigat:
cum cauſa in moꝛtis paſſione vtrũqꝫ de-
tineatur. Adhec lamfrancus ait. Fateoꝛ
inquit ſubtilem perſpicaciã ⁊ perſpicacẽ
ſubtilitatẽ ingenij tui vehemẽter appꝛo
bo ⁊ veneroꝛ: firmaqꝫ ratione tua edoctꝰ
beatũ elphegũ vt vere martyꝛẽ xp̄i dein-
ceps me colere ac venerari ex coꝛde confi-
do. Poſt hec vero ab oſberno eiuſdẽ eccle-
ſie monacho non ſolũ vite ſue hiſtoꝛiã ad
legendũ: verũ etiã muſico modulamine
ad canendũ diligẽti ſtudio fieri pꝛecepit:
auctoꝛizauit: ⁊ in eccleſia legi cãtariqꝫ in
ſtituit. Nobilis quidaꝫ lepꝛa percuſſus
nocte quadã per viſum admonet vt ſi ſa-
nari vellet: beccũ adiens: aquã vnde ma
nus anſelmi lauarent in miſſa in potum
ſumeret. Quo facto: ſanitati integre re-
ſtituitur. Monachus quidã in tantã tẽ-
ptationis pꝛocellã demergitur vt ſucce-
dẽtibus ſibi varijs cogitationũ tumulti
bus: vix mẽtis ſue cõpos exiſteret. Cũqꝫ
ſingula anſelmo cũ magna coꝛdis contri
tione reuelaſſet: hoc ſolũ pio affectu: ſcili-
cet cõſulat tibi deus ei reſpõdit. Nec mo-
ra tanta mentis tranquillitas pꝛotinus
eſt ſecuta: vt ſubito alius fieret ꝙ̄ fuerat
Defuncto rege angloꝝ willelmo willel
mus rufus filius eiꝰ regnum obtinuit.
Hic moꝛtuo lamfrãco eccleſias ac mona-
ſteria totius ãglie: graui nimiũ oppꝛeſſi
one afflixit. Cuiꝰ oppꝛeſſiõis anno quar-
to anſelmus inuitatus ab hugone ceſtrẽ
ſi comite multiſqꝫ angloꝛum pꝛĩcipibus
qui eum animarũ ſuarum medicum ele
gerant: angliam ingreſſus eſt Venienti
autem ad curiã regis: rex ipſe ad hoſtiũ
domus ſibi gaudens occurrit: et in oſcu-
la eius ruens: per dexteram eius ad ſe-
dem ſuam perduxit Demum anſelmus
ſecretius cum rege acturus ceteros ſece-
dere monet. Omiſſis igitur monaſterij
ſui cauſis regeꝫ de his que fama de eo fe-
rebat arguere cepit: nec quicꝙ̄ eoꝛuꝫ que
illi dicenda eſſe ſciebat: ſilentio pꝛeſſit.

Fiebant tũc in anglia ſub willelmo ru-
fo rege depꝛedationes/ pꝛoſcriptiões/ cõ-
fiſcationes. Rex enim cũcta ſibi benigne
dicta aut turbata ira aut facetis verbis
elidebat. Quippe non pꝛomiſit vt oꝛatio
nes fierẽt pꝛo eo aut pꝛo ſtatu eccl'ie Oꝛa
te inquit q̄d vultis: ego faciam quod pla-
cebit. Interea regi graui lãguoꝛe coꝛre-
pto ſuadetur vt cantuariẽſem eccleſiam
a ſua viduitate ⁊ calamitate per inſtitu-
tionẽ pontificis releuet. Qui adquieſcẽs
anſelmum de cõſenſu oĩm archiep̄m foꝛe
deſignauit. Qd cum anſelmus audiſſet
fere vſqꝫ ad exanimationẽ ſui cõtradicit:
reluctatur ⁊ obſtat. In hunc autẽ modũ
renitẽdo allegabat. Si tauro indomito
id eſt regi willelmo ruſo: ouis vetula id
eſt anſelmus cõiũgatur: pꝛo diſparilita-
te trahentiũ: aratrum non recte incedet.
Inuitus verũtamen inueſtitur ⁊ conſe-
cratur. Rex autẽ conualeſcens et peioꝛ ꝙ̄
ante effectus: hoꝛtãtibus eum ad bonuꝫ
reſpondere ſolebat. Nũꝙ̄ deus habebit
me bonum pꝛo malo quod michi erogat.

Deniq; rex ipſe ad congregandū rapax: ad effundendum prodigus: quemcunq; quicq̄ offerentem turbide exterruit: niſi magnitudo dati ſue coueniret mēti. Unde cū anſelmus ſemel quingētas libras regi offerreret: nec ipē recipet: anſelmus eas pauperibus diſtribuit. Apud wintoniā ignis moleſtia inualeſcēs: cū multa edificia conſumpſiſſet: ſignum crucis impreſſit: & nec prius manum extēderat ꝙ ſe incēdiū retorqueri: flāmas deficere videres: vt domū quā vorare ceperāt: ſemiuſtā relinqueret. Uenit ad anſelmū quīdā ex ſeculari vita monachꝰ fctūs & cōſiliū de vita ſua flagitās: dixit. Cū ſe in ſeculari vita teneret: intellexit nō rectū fuiſſe iter ſuū pergēdi ad vitā. Quāobrem inquit relicto ſeculo veni ad ordinē monachorū ſperās me ibi poſſe penitus intendere vite perhenni & deo. Et ecce ex precepto abbatis mei ſecularibꝰ negocijs intendo: & dum res eccleſie cōtra ſeculares defendere tueriq; deſidero/placito litigo nec michi forſā magne cure eſt: ſi alij perdūt in meo lucro. Quapropter fere cogor deſpare: dū ea que reliqui cū tot pctis videor adminiſtrare. Anſelmus ait. Tota vita hoīm compari poteſt molēdino ſup pcipitem fluuiū cōſtituto. Sit igitur in hoc molēdino ad manū hoīs molēs mola qua qui molūt alij ſic ſuā farinam negligūt vt tota in fluuiū labatur ac defluat. Alij parte retenta: partē in preceps ire ſinūt. Alij totam colligūt atq; in ſua cuſtodia cōdant. Horū eni qui nichil ſibi de farina ſeruauit: quid in veſpe comedat nō habebit. Qui parū retinuit: pro portiōe ſua parū inueniet. Qui totā collegit: large ſe paſcere poterit Itaq; molēdino aſſimulatur vt dixi vita hoīm. Mole: actus illorū. Nā ſicut mola dū aliquid molit in circuitu ducitur et circūducta ſimili curſu ſepe reducitur: ſic et actꝰ humani quibuſq; tpibus in ſe reuertunt. Uerbi gratia. Arant homines/ſeminant/metunt/molunt/panificāt/comedūt En circuitū ſuū mola facit: repetitur id ipſum: nec requieſcit. Uides enim hominē cuncta opera ſua pro terreno comodo ſuo facientē: nichil in eis niſi trāſitoriū quid deſiderātē. Iſte quidē molit qz opatur: ſed tota farina ſua qui fructꝰ eſt opis a fluuio: id eſt a fluxu ſclaris deſiderij rapit ac pcipitat. Hic cū in fine vite ſue molēdinū egreſſus atq; in domū ſuam regreſſus: opm ſuorum fructus manducare voluerit: nichil inueniet: eo ꝙ fluuius torrēs totū abſorbuit. Ieiunabit ergo: & erit ve miſero in eternū. Eſt alius qui ſuā nō omnino farinā perdit: qm̄ nūc aliquā propter deū elemoſinā facit: nunc ad eccleſiā vadit infirmū viſitat & alijs bonis intēdit. Uerum cum is ipē voluptatibꝰ carnis inſeruit: pro illata iniuria per odiū ſeuit. Humanis laudibus paſcit crapula & ebrietate ſopitur: horūq; ſimilibꝰ eneruat ne farine pars maxima pereat: nequaq̄ cautꝰ inuigilat. Quid de iſto erit in futuro niſi quia recipiet prout geſſit Iā tertiū genꝰ in ordine monachorū intende. Eſt igitur monachus ſub abbatis ſui imperio poſitus obediētiā in omnibꝰ que ſcd̄m deū iniūguntur pfeſſus: ſua in ſe q̄tū eſt volūtate nunq̄ clauſtra monaſterij pro quouis ſeculari negotio egredi volens. Huic forte pcipitur vt extra clauſtrū vt prefatū eſt pergat: & nō audēs recuſare: paret Ecce venit ad molā: neceſſario illū molere oportet. Inſurgunt hincinde querele: placita lites: cuſtodiat ergo ſapiens monachus farinā ſuā: eamq; in vas ſuū diligēter recipiat: ne in fluuiū defluat. Nichil per inanem iactātiā agat: nichil qđ deus phibet cuiuſlibet lucri gr̄a faciat: obediētie que ſibi iniuncta eſt ita ſtudeat vt & res eccleſie cōtra oēs viriliter iuſteq; tueatur & ptegat: & de alieno per iniuſticiā ad dominiū eccleſie nil redigat. Quā

uis aliquā pro talib⁹ miſſas perdat: loque
tur cum fratres tacēt: ⁊ quedā ſimilia fa
ciat vł dimittat: obediētie virtus quam
exercet: hec cūcta conſumit: ⁊ vas ſuū in-
tegrū ſeruās: farinā de ſua mola fluentē
que illū eternaliter paſcat: totā ac puraȝ
colligit atqȝ recondit. Nō eni ſcd̄m carnē
ſed ſcd̄m obediētiam incedit. Secularia
negocia anſelmus equanimiter ferre ne
quibat: ſed pro poſſe ſuo modis oībus ſu-
am eis preſentiā ſubtrahebat. Si aūt ta
lis cauſa emergebat vt neceſſario ipſum
intereſſe oporteret: ſoli veritati ſtuduit:
nulli fraudem: nulli preiudiciū patiebaꝛ
inferri. Quia inquit oēm ſeculariū rerū
amorem et cōcupiſcētiā: ab aīo meo iam
dudū pepuli qualiter in cauſis earū for-
tis ⁊ diligens exiſtā. Ita eni mens mea
illarū horrore cōcutitur ſicut infans cum
aliqua terribilis imago vultui eius fue-
rit oblata. Nec in earum diſpoſitiōe ma
gis delector: q̄ꝫ puer in vberibus matris
delectaꝛ dū illis acerba amaritudine ſu-
perlinitis ablactaꝛ. Nil enim in mūdo
q̄ꝫtum peccare timebat. Solebat eni di-
cere q̄m ſi hic peccati horrorē illic inferni
dolorē corporaliter cerneret et neceſſario
vni eorum immergi deberet: prius infer
nū q̄ꝫ peccatuȝ appeteret. Dixit quoqȝ ſe
malle purū a pctō et innocētē iehennam
habere: q̄ꝫ peccati ſorde pollutū celorū re-
gna tenere. Regē tandē anſelm⁹ adijt:
⁊ vt ſibi romā ad papam vrbanū pro ſto
la ſumēda eundi licētiā daret humiliter
petijt. At ille ad nomē vrbani turbatus:
dixit ſe illū pro papa nō tenere: nec ſue cō
ſuetudinis eſſe vt abſqȝ ſua electione ali-
cui liceret in regno ſuo papā noīare. Ite
rū aūt cōgregatis p̄latis ⁊ nobilib⁹ cau-
ſa in mediū ducitur ⁊ anſelmus diuerſis
querelis hīcinde cōcutitur. Maxie eni q̄
epi regie volūtati fauere volētes: ꝓbare
nitebātur q̄ anſelm⁹ ſalua fide regi debi
ta nullaten⁹ poſſet in regno ipſius vrba-
nū pro papa tenere. Cumqȝ anſelmus ex
verbis dn̄i: reddite que ſunt ceſaris ceſa
ri ⁊ que ſunt dei deo: alijſqȝ nōnullis que
ratio nulla refellere poterat penitus eos
infrenaſſet: eū in regē blaſphemare vno
ſtrepitu cōclamarunt. Igitur ad vnā re
gie indignationis vocem quidā epi oēm
ſubiectionē ⁊ obedientiā vno impetu an-
ſelmo abnegabāt. Quidam vero tn̄ que
ex parte vrbani pape preciperet: illi ſe ne
gāt obedituros. Oēs quoqȝ epo roffenſi
excepto aut vno modo aut alio debitā illi
ſubiectionē et obediētiā abnegarūt. Rex
etiā cunctā ei ſecuritatē adimit: nec ſe il-
lū pro archiepo vel patre ampli⁹ habitu
rū iurat: niſi vrbano pape vlteri⁹ ſe obe-
diturū ſtatim denegare velit. Tres eni
dies in iſto negocio clamoribus in anſel-
mū et cōtumelijs elapſi ſunt. Anſelmus
tamē in ſuo ꝓpoſito cōſtans: per internū
cios cōductum a rege poſtulat: quo tut⁹
regno diſcedat. Cōceduntur tandē indu-
cie inter ipm et regē vſqȝ penthecoſtē: re-
ge promittente in negocio qđ emerſerat
volūtati archiepi ſe interim multum cō-
deſcenſurū. Verūptamē hoībus ſuis ca-
ptis ⁊ ſpoliatis: terriſqȝ vaſtatis: in im-
menſum anſelmus affligitur. Non mul
to poſt ab albanēſi epo palliū anſelmo de
fertur: ⁊ in amicitiā regis vel ſpecieten⁹
recipiꝛ. Petita interim a rege licentia
tranſfretādi: licet nō obtenta: viro dei in
itinere cōſtituto: leporē in via occurrentē
canes laxati inſequētes: infra pedes an-
ſelmi fugientē auide perſequūtur. Retē-
tis vir dei habenis beſtie refugiū non ne
gauit: ⁊ canes vndiqȝ appropinquātes:
nec leporē eijcere nec in aliquo ledere va-
lebāt. Cūqȝ vir dei quaſi pro capta beſtia
leticie: frena alios laxare conſpiceret in
lachrymas mox ſolutus ait. Videtis. Et
vtiqȝ infelici huic null⁹ riſus: leticia nul-
la eſt. Hoſtes ei⁹ circa eā ſunt: ⁊ ipa de vi
ta ſollicita cōfugit ad nos p̄ſidiū querēs.

Hoc plane eſt ⁊ anime hominis. Nam cū
de corpore exit: mox inimici ſui: maligni
ſcilicet ſpūs: qui eam in corpore degentē
per amfract⁹ vitiorū multis modis per-
ſequuntur: crudeliter aſſunt parati eam
rapere: ⁊ in mortē eternā precipitare. At
ipſa nimis anxia huc illucqꝫ circūſpicit:
et auxiliū ineffabili deſiderio cōcupiſcit.
Demones vero rident ⁊ gaudēt: ſi illam
ſuffragio deſtitutā inueniūt. Quo dicto:
beſtiā vltra perſequi palā canibus inter
dixit: iter ſuū carpit: ⁊ illa ab omni leſio-
ne immunis euaſit. Puer quidā pedē
auis cuiuſdā filo ligatū habens cū fuga
ſibi cōſulere ⁊ ſepius auolare niteretur.
puer retracto ad ſe filo auem deijciēs in-
gens ſibi gaudiū prouocabat. Quod vi-
dens anſelmus cōdoluit ⁊ vt rupto filo li
bertati redderetur: optauit. Et ecce filū
rūpitur euolat auis: puer plorat ⁊ pater
exultat dicēs. Simili cōſideratione ioca
tur dyabolus cum multis hoībus quos
ſuis laqueis irretitos pro ſua voluntate
in diuerſa vitia pertrahit. Sunt enī qui
dā auaricie ſeu luxurie et ſimiliū flāmis
ſuccēſi ⁊ ex mala conſuetudine illis addi-
cti. His cōtingit aliquādo vt ſua facta cō
ſiderent: defleant: ſeqꝫ amodo a talibus
ceſſaturos: ſibi promittāt En more auis
liberos volare ſe eſtimāt: ſed quia prauo
vſu irretiti ab hoſte tenētur: volantes in
eadem vitia deijciūtur. Nec omnino libe
rari valent niſi magno conatu per reſpe-
ctū gratie dei: funis praue cōſuetudinis
dirūpatur. Tertio per internūcios licē
tiam tranſfretandi a rege petijt. Turba
tur rex ⁊ nimiū ſe vexari ab eo anxie que
ritur. Anſelmus ait. Et quidē qꝛ romam
ire diſpono: cauſa ſctē xp̄ianitatis quā in
hac terra regere ſuſcepi: cauſaqꝫ ſalutis
anime mee: cauſa etiā ſui honoris et vti-
litatis ſi credere velit: id ago Si ergo bo
no animo licentiā dederit eundi: gratio-
ſus accipiā. Si nō: ego vtiqꝫ quod deus
p̄cepit poſtponere nō debeo: quia ſcriptū
eſt. Obedire oportet deo magis qꝫ homi-
nibus. Quod rex audiens: turbato aīo
iubet vt aut cepto deſiſtat: et inſup ſe nū-
qꝫ beatū petrum vel ſedē eius pro quoli-
bet negotio appellaturū iureiurādo pro-
mittat: aut ſine mora omni ſpe remean-
di ſublata ſuo regno diſcedat. Et ſubdēs
ait. Si vero territus iſtis cepto deſiſtere
⁊ remanere elegerit: tunc volo michi pro
ut iudicabit curia mea emendet: quoniā
illud ſibi concedi a me tertio petijt in quo
ſe perſeueraturū certus nō fuit. Reſpon-
dit anſelm⁹. Dñs eſt: qđ vult dicit. Ego
tamen ſciens ad quid aſſumptus ſum: ⁊
quid in anglia gerendum ſuſceperim cu
iuſqꝫ tranſitorij comodi cauſa nō omittā
qđ futuris tēporibus eccleſie dei vtile fo-
re cognoui. Rege igitur ⁊ curialibus con
tra illū in iram cōmot⁹: placido vultu in
greditur: ⁊ ad dexterā regis ex more aſſi
dens: ait. Ego domine vt diſpoſui vado:
ſed vobis primo meā benedictionē: ſi ea-
nō abijcitis dabo. Quā cū ille ſe nolle ab-
ijcere reſpōderet: leuata dextera regē be
nedixit: et relicta curia cantuariā venit.
Cōgregatis monachis: cauſam ſui tran
ſitus exponit: ⁊ addit. Deo omnipotēti ⁊
beato petro vos commēdo: ego veſtra li-
centia et benedictiōe vado: ac vt deus pa
cis ⁊ dilectiōis vobiſcū maneat: oro. Da
to cūctis oſculo oratoriū intrauit: perā et
baculū peregrinantiū more ſuſcepit. Et
cū quindecim dieb⁹ proſperū expectaſſet
vētum: Willelmus clericus regis ſingu-
lis diebus in menſa epiſcopi comedens:
cauſam pro qua miſſus fuerat denudare
nolebat. Parata demū naue: idē Willel-
mus quaſi fugitiuū ⁊ alicuius criminis
reū: anſelmū in littore detinet: ac ne ma
re tranſeat ex parte domini ſui iubet: do-
nec omnia que ſecum ferebat: ſibi reuela
ret. Cunqꝫ totā ſuppellectilē ſpe pecunie
reperiende ſubuertiſſet: ⁊ quod ſperabat

non inueniſſet: cum ſuis anſelmus tran-
ſire permiſſus eſt. Tranſcurſis per ma-
re aliquot miliaribus cũ ventus contra-
rius illos redire cõpelleret: anſelmus in
gemuit et ait. Si omnipotẽs dei iudicio
placet me magis in pꝛiſtinas redire mi-
ſerias: ꝙ̄ liberatum ab illis tẽdere ad id:
quod ipſe nouit me animo ꝓpoſuiſſe: ip̄e
videat: ip̄e diſpenſet: ego voluntati eius
obſequi paratus ſum. Nec enĩ meus ſed
ipſius ſum. Hec ⁊ alia cum lachꝛymis et
ſingultibꝰ pꝛoſequente anſelmo: ventus
ex alio latere illico in velum ſurgens: ad
poꝛtum optatum applicare facit. Inuẽ-
ta eſt aũt in fundo nauis fractura vnius
tabule: foꝛamẽ fere duoꝛum ſpacio pedũ
magnitudinis habẽs: ſed ꝙ̄diu anſelmꝰ
in naue fuerat: nullã omnino aquam ad-
mittens. Audito eius tranſitu rex cũcta
que illius erant confiſcari: et omnia a cõ-
ſecratione eius per ipſum ſtatuta irrita-
ri pꝛecepit. Letatur aũt apoſtolicus in
eius aduentu: ⁊ multa in laudẽ eius pꝛo
ſecutus: virum virtutis ac totius religi
onis illum eſſe conteſtans ait. Cunqꝫ il-
lum cunctis liberaliũ artium diſciplinis
eruditũ pꝛo magiſtro teneamus ⁊ quaſi
comparẽ velut alterius oꝛbis apoſtolicũ
et patriarchã iure venerandum cenſea-
mus: noſqꝫ magis illius ꝙ̄ illum noſtro
egentem conſilio ſuper cauſis ſuis conſu
lendos adijt. Audita cauſa eius pꝛo qua
venerat papa miratur: ⁊ ſubuentionem
plenã pollicetur. Unde et iohannes olim
monachus becci tunc abbas cenobij ſan
cti ſaluatoꝛis teleſini annuente papa ſuſ
cepit eum vt pꝛopꝛiũ patrem in ſua. Ubi
chꝛiſtiane fidei amoꝛe permotus inſigne
volumen edidit: quod cur deus homo in-
titulauit. In anglia tamẽ illud opus in-
cepit: ſed in capuana pꝛouincia finiuit.
Moꝛabatur autem in villa nomine ſcla
uia et videns penuriam aque loci illius:
in excelſa rupe ligone terram aperuit: et
data benedictiõe: fons viuus de rupe iu-
giter manare cepit. In conſilio autem
apud barrum celebꝛato anſelmus a pa-
pa perſuaſus grecos in pꝛoceſſione ſpiri-
tus ſancti vtpote ꝗ a patre nõ a filio pꝛo-
cedere aſtruebant errantes: rationabili
atqꝫ catholica diſputatione cõfutauit: et
magnus apud omnes habitus eſt et ve-
neratiõe digniſſimus compꝛobatur. In
omni conuentu nobilium: in pꝛoceſſioni-
bus in ſtationibus ſemper et vbiqꝫ a pa-
pa ſecundus erat: pꝛe cũctis honoꝛatus:
cunctis acceptus: ⁊ ip̄e omnibus ſimpli
ci humilitate ſubmiſſus. Tertia ebdo-
mada paſche rome celebꝛatum eſt conſi-
lium vbi intererat anſelmus: et excom-
municationis ſententiam tam in laicos
qui inueſtituras eccleſiarum dant: ꝙ̄ in
eos qui de manibus eoꝛum illas ſuſcipi-
unt cum toto conſilio papa intoꝛſit. Ea-
dem quoqꝫ ſententia dampnauit et eos
qui in officium ſic adepti honoꝛis aliquẽ
ſacrant. Anſelmus lugdunum veniẽs
nõnullos a febꝛibus et alijs moꝛbis pꝛeſ
ſos ſumptis ciboꝛum eius reliquijs inte
gre ſanitati reſtituit. Milites quoqꝫ duo
guſtato cibo eius: a quartanis febꝛibus
et inteſtinoꝛum toꝛſionibus liberantur.
Mulierem a demone obſeſſam ſua bene-
dictione ſanauit: ⁊ apud matiſconenſem
vꝛbeꝫ pꝛo ſiccitate terre illius pꝛeces deo
fudit: et ſubito ſerenitas celi vertitur in
nubilum: et pluuia copioſa terris illabi-
tur. Apõ lugdunum ſcripſit libꝛum de
conceptu virginali: necnon ⁊ aliud opuſ-
culum de meditatione redemptionis hu
mane. Anno exilij ſui tertio venit anſel
mus marceniacũ ad colloquẽdũ cum hu
gone abbate cluniacenſi ⁊ ſanctimonia-
libus: vbi de his que inter anſelmũ ⁊ re-
gem verſabãtur verbis hinc et inde pꝛo-
latis: intulit idem abbas ſub teſtimonio
veritatis pꝛoxima pꝛeterita nocte: eun-
dem regem ante thꝛonũ dei accuſatum

iudicatum/ſententiamq; dampnatiõis
in eum pꝛomulgatam.
Uidit etiam anſelmus in viſiõe noctur
na ꝙ omnes ſancti anglie cõquerẽtur al-
tiſſimo ſuper tyꝛãnide willelmi regis ec-
cleſias ſuas deſtruẽtis. Et ait dñs. Acce
dat angloꝛũ pꝛothomartyꝛ albanus. Et
tradidit ei vnã ſagittã ignitã dicens. Ec
ce moꝛs illi⁹: de quo querimoniã coꝛã me
reponitur. Et beatus albanus eam acci
piens dixit. Et ego trado eam ſpiritui ne
quã: vltoꝛi peccatoꝛũ. Et ꝓiecit eã in ter-
rã: volãtem per aerem inſtar comete. Et
mox intellexit anſelmus in ſpũ: ꝙ rex ſa-
gitta illa ſagittatus interiret. Poſtera
die dictis matutinis: quidã iuuenis ſplẽ
didus: apparuit cuidam clerico anſelmi
vix oculos ad ſompnũ clauſos habẽti di-
cens. Adam inquit doꝛmis? Uis audire
noua? Pꝛo certo ſcias ꝙ totũ diſcidiũ: qđ
eſt inter anſelmũ ⁊ regem: determinatũ
eſt atq; ſedatũ. At ille alacrioꝛ fact⁹ aper
tis oculis neminẽ vidit. Sequenti nocte
inter matutinas: quidã ex familia anſel
mi: clauſis oculis ſtabat et pſallebat. Et
ecce quidã: illi cartulã admodũ paruã le-
gendã exhibuit. Aſpexit: ⁊ in ea obijt rex
willelmus ſcriptum inuenit. Confeſtim
oculos aperuit: et nullũ pꝛeter ſocios vi-
dit. In monaſterio caſa dei vocato: ſub-
ito fragoꝛe celũ intonuit: fulgura volant
domuꝫ in qua fenũ monaſterij ſeruatur:
accenſo igne inuadũt. Quo viſo: ſignum
crucis anſelmus edidit: ⁊ ignis in ſemet
ipſum rediẽs: totus elãguit: nec aliquid
abſumpturus vltra pꝛoceſſit. Superue
nientes interea duo monachi moꝛtẽ pꝛe-
fati regis cũ anſelmo nũciaſſent: in acer-
biſſimũ fletũ mox ꝓrupit: dicens. Quia
ſi hoc fieri potuiſſet: multomagis elige-
ret ſeipſum coꝛpoꝛe: ꝙ̃ illũ ſicut erat moꝛ
tuũ eſſe. Rex enĩ quodã mane: in ſiluã ve-
natũ perrexerat ibiq; illũ miles quidam
caſu foꝛtuitu: ſagitta in coꝛde percuſſit ⁊
nulla interueniẽte moꝛa extinxit. Ueni
ente anſelmo in angliã: ad regẽ hẽricum
fratrẽ willelmi: quid de eccleſiaruꝫ inue-
ſtiturus in romano cõſilio accepit plano
ſermõe innotuit. Quamobꝛem indoluit
rex ⁊ valde turbatus: miſit ſemel ⁊ iterũ
romã pꝛo mutatiõe decretoꝛũ. Demum
rex cum maioꝛibus terre rogauit anſel-
mũ quatinus ipſe vna cum nũcio quodã
romã iret: ⁊ cauſe que emerſerat pꝛo ſuo
honoꝛe opem ferret. Ille vero ad inſtan-
tiam eoꝛum: romam libenter ire reſpon-
dit: ſed nil quod vel eccleſiarum libertati
vel ſue deberet obuiare honeſtati: ſuo vel
rogatu vel conſilio papam acturum: vi-
ua voce reſpondit.
Itaq; cũ romã veniſſet: a papa paſchali
qui vꝛbano ſucceſſerat honoꝛifice ſuſcipi-
tur. Die cõſtituto: willelmus regis cleri
cus cauſam regis in mediũ ꝓtulit: ac in
ter alia ꝙ rex ipſe nec pꝛo regni amiſſiõe
inueſtituras eccleſiarũ pateretur amit-
tere minacib⁹ verbis aſſeruit. Papa ait
Si quemadmodũ dicis rex tuus nec pꝛo
regni amiſſiõe: patietur eccleſiarũ dona
tiões amittere ſcias ecce coꝛam deo dico:
quia nec pꝛo ſui capitis redẽptiõe eas illi
aliquando: paſchalis papa impune per-
mittet habere. Rediens anſelmus vna
nocte floꝛentiã quieuit: ⁊ lectõ in quo ſopo
ri indulſerat: dñs domus eo diſcedẽte de
cubuit. Cui doꝛmienti aſtitit quidã acri-
ter eũ redarguens: ꝙ in lecto tanti pꝛeſu
lis quieſcere pꝛeſumpſit. Cũq; ſecũda no
cte hoc idem repetiſſet: tertia nocte vultũ
iratũ pꝛetendens: dixit. Quare ait facis
qđ pꝛecepi ne omnino faceres? Surge ci
to: ⁊ amodo a lecto põtificis te cohibe: nã
ſi vltra in eo repertus fueris: grauiſſime
punieris. Exterritus ille de lecto exilijt:
⁊ amplius in eo quieſcere nõ pꝛeſumpſit
Cum vero lugdunũ veniſſet anſelmus
pꝛefatus willelmus interdixit ei ex par-
te regis redire in angliã niſi omnes pa-

tris ⁊ fratris ipſius cõſuetudĩes poſtpo-
ſita ſedis apĺice ſubiectiõe ⁊ obediẽtia ſe
ei ſeruaturũ ꝓmitteret. Manſit igiť an
ſelmꝰ apud lugdunũ ⁊ ibi ſecũ quẽdã cru
cis ſignaculo illumĩauit. Rex aũt henri-
cus vt compit papã in ſua ſentẽtia ſtare
mox archiepãtũ in dñium ſuũ redegit: ⁊
anſelmũ ſuis oĩbꝰ ſpoliauit: annoq; vno
et dimidio indignatio regis ſopita nõ eſt
Poſt hec vero vocato in noꝛmãniam an-
ſelmo: rex timoꝛe ſimul ⁊ amoꝛe dei coꝛre
ptus reueſtiuit eũ de ſuis: et in amicitiã
ſuã recepit. Eo tp̃e coadunatis lõdonie
cũctis pꝛimoꝛibus anglie: victoꝛiã de li-
bertate eccleſie: pꝛo qua diu laboꝛauerat
anſelmus adeptus eſt. Rex enĩ antecеſſo
rũ ſuoꝛũ vſu relicto: nec perſonas que in
regimẽ eccleſiarũ ſumebantur per ſe ele-
git nec eas per dationẽ virge paſtoꝛalis
eccleſijs quibus pꝛeficerẽtur inueſtiuit.
Scripſit inter hec anſelmus libellũ vnũ
de cõcoꝛdia p̃ſcientie ⁊ pꝛedeſtinatiõis et
gratie dei cũ libero arbitrio. Vexabatur
tamẽ freqẽtibus ⁊ acerbis infirmitati-
bus ⁊ lectica vehebatur. Dẽs tandẽ cibi
quibus humana natura alitur: in faſti-
diũ ei verſi ſunt. Mãducabat tñ nature
ſue vim faciẽdo: ſciens ſe viuere nõ poſſe
ſine cibo. Inualeſcẽte infirmitate in die
palmarũ dixit ei vnus ex monachis qui
miniſtrabant ei. Dñe pater vt nobis in-
telligi dať: ad paſchalẽ dñi tui curiã reli-
cto ſeculo vadis? Rñdit. Et quidẽ ſi volũ-
tas eius in hoc eſt: volũtati eiꝰ libẽs pa-
rebo. Verũ ſi mallet me adhuc inter vos
ſaltẽ tam diu manere donec queſtionem
quã de oꝛigine anime mente reuoluo: ab
ſoluere poſſem gratãter acciperem: eo ꝙ
neſcio vtrũ aliquis eã me defuncto ſit ſo-
luturus. Tertio de hic die anno ſcilicet
dñi milleſimo cẽteſimo nono: ⁊ anno pon
tificatus ſui ſextodecimo: vite vero ſue ſe
ptuageſimoſexto: plenus bonis opibus
migrauit ad dominũ: vndecio kalendas
maij. Cũ aũt viri dei ꝓuiſoꝛ ⁊ diſpenſa-
toꝛ baldewinꝰ ſcilicet monachus faciẽ pa
tris defuncti balſamo qđ admoduƺ parũ
in ꝑuulo vaſe remẽſerat inũgere vellet:
in fundo vaſis digitũ immergẽs ⁊ extra
hẽs: vix ſummitatẽ digiti madefactã in
uenit. Et cũ vas in palmã verſaret: ſi foꝛ
te inde aliqua gutta deflueret: ſtupẽtibꝰ
cũctis liquoꝛ deſiliẽs manũ ĩpleuit ⁊ ſuꝑ
effluxit. Hoc enim ſepius fctm̃ eſt et tan-
tã abundãtiã vas vacuũ miniſtrauit: vt
totũ coꝛpꝰ ſctm̃ multis vicibus: omni ex
parte vngeretur. In eccleſia aũt cantua
riẽſi cũ magno honoꝛe ſepultus eſt. Mo
nachus quidã cantuariẽſis: tribus men
ſibus ante obitũ viri: quadã nocte vidit
ſe in oꝛatoꝛio ſolũ ſtare: ⁊ oꝛationi intẽde-
re: ⁊ ecce pater anſelmus ante ſepulchꝛũ
beati dunſtani pꝛecibus incũbebat. Nec
moꝛa erigẽs ſe dunſtanus de ſepulchꝛo:
ad anſelmum reſpexit dicẽs. Amice cha-
riſſime ſcias me p̃ces tuas exaudiſſe. Et
extẽſa dextera ſua obtulit ei anulũ aure-
um ita dicens Hoc habeas ſignũ me tibi
vera locutũ. Cũq; anſelmus vt anulum
ſuſciperet manũ extẽderet: retraxit ma-
nũ beatus dunſtanus ⁊ ait. Hac enĩ vice
iſtũ anulũ non habebis: ſed me ſeruante
quarta feria añ paſcha de manu dñi illũ
recipies. Auroꝛa enĩ illius diei terrã deſe
rẽs celeſtia penetrauit. Monachus qui
dam ſctĩ auguſtini cãtuarie: hoꝛa tranſi
tus beati anſelmi de hoc mundo dum ſo-
poꝛe grauatus obdoꝛmiret: vidit came-
rã in qua ſanctus dei iacebat a quibuſdã
albatis hinc inde miro decoꝛe circũualla
tã. Quẽdam vero põtificalibꝰ inſignitũ:
ingredi ⁊ egredi: ⁊ eos qui foꝛis erant: ne
tedio ſue expectatiõis afficerẽtur exhoꝛ-
tari. Et iã anſelmo obeũte: feſtinus exijt
et ait. Ecce adeſt quem expectaſtis ſuſci-
pite illuƺ et quo dominus iuſſit efferte in
voce laudis ⁊ exultatiõis. Expergefctũs
a ſompno qui hec vidit: anſelmũ a ſeculo

migraſſe intellexit. Quidā alius frater
anſelmū valde diligēs: orauit deū quati
nus eius meritū ſibi reuelare dignaret̃.
Cui dormiēti ſctūs anſelmus aſtitit pro
nūciās ſe velle illū oībus modis certum
eſſe: quia ſtatim vt corpis onere fuit exu-
tus: glorioſe ſuſceptus: ⁊ ſtola fuit iocun
ditatis indutus. In hora trāſitus ſerui
dei quidam iuuenis ſpecioſus apparuit
cuidā in extremis iacenti: dicens. Pater
ciuitatis iſtius ⁊ totius patrie iā nūc re-
licto ſeculo ad deū ineternū victurus pro
perat: ⁊ tu nō morieris. Surge ſanus ⁊
glorifica deū patrē hec in te operantē: et
ſctm̄ anſelmū pro meritis ſuis perhenni
ter iam glorificātem. Surrexit homo ſa
nus: ⁊ quid de anſelmi glorificatiōe didi-
cerit: clara voce cunctos edocuit. Miles
quidā ydropicus cingulū ſctī anſelmi ſi-
bi circūpoſuit: ⁊ oīs inordinatus humor
euanuit. Nec abūdātia humoris aliquo
meatu effluxit: ſed ī nichilū redacta qua-
ſi nunq̄ fuiſſet deperijt. Multa inſuper
alia miracula memoratu digna breuita
tis cauſa omiſſa meritis ſancti anſelmi
oſtendere dignatus eſt ad laudē ſui noīs
omnipotēs dominus.

¶ De ſancto Audoeno ep̄o et confeſſore.

Vitā ſancti audoeni ep̄i cuiꝰ
oſſa apud cantuariā ſicut in
ferius habet̃ delata ſunt: in
hoc nr̃o libro īſerere placuit.
Tēporibus lotharij glorioſi pricipis filij
hilderici regis frācorū anno viceſimo: iu
xta vrbē ſueſſōnicā in loco ſanctiato orti
ſunt tres fratres gratia dei celitus illu-
minati/ado/bado/dado. Nati ſunt autē
patre anchario mr̄e vero aiga. Cū eſſent
nobiliſſimi carnis origine: fuerūt tn̄ ſtu-
dioſiſſimi ⁊ xp̄iane religionis deuotione
feruētiſſimi. Cūcta que poſſidebant ſiue
in fundis ſiue in diuitijs neceſſitatibus
hoſpitū/pauperū/peregrinorum/mona
chorū ſummo ſtudio impendebāt. Con
tigit aūt eo tp̄e ſctm̄ colūbanū genere ſco
tū fundatorē cenobiorū luxouieſis in gal
lia: bobienſis in italia ex hibernia inſula
in gallias aduenīſſe. Qui cū vice quadā
ab anchario predicto cū magno gaudio
ſuſceptꝰ fuiſſet oblatos ſibi tres pueros
memoratos benedixit: et ſpū prophetico
illos in xp̄iane religionis virtutibus exi-
mios futuros predixit: honoribꝰ ⁊ digni
tate ſeculi claros: in aula etiā regis glori
oſos. Mox enī vt pubeſcere inciperēt: re-
gibꝰ lathario ⁊ dagoberto in cūctis gra-
tiſſimi inuenti ſunt. Proinde ad celeſtia
tendētes: inter peſtifera mūdi huius ne-
gocia ſanctorū ſemper cōſortia amabāt.
Primogenitꝰ nāq̄ ado cūcta mundi hu
ius obſtacula cōtempnēs ⁊ monaſticam
vitā appetēs: monaſteriū iordanēſe ſup
fluuiū materne in ꝓprio ſolo ſcōm regu-
lā ſctī columbani adiuuāte germano ſuo
audoeno cōſtruxit. Bado vero theſauro-
rū regaliū ſummus procurator effectus
ſctē tn̄ religioni ſubditꝰ et elemoſinis in-
tētus: iuſte et pie vitam ducere curauit.
Sctūs vero audoenꝰ cognomento dado
auricularij locū in aula regis ſortitur et
ad ſignāda ſcripta vel edicta regalia: quo
rū ip̄e cōſcriptor erat: ſigillū vel anulū re
gis cuſtodiebat. Erat aūt ſenſu ꝓfundꝰ:
eloquio copioſus: cōſilio ꝓuidus: corpis
ſtatura ꝓcerus: vultu decorꝰ ⁊ añ oīa in
xp̄i charitate fundatus regi amabilis: ⁊
cūctis pricipibus venerabilis erat. De-
niq̄ aſſidue regē hortari ſolebat: vt regē
oīm xp̄m: cōditorē ⁊ redemptorē ſuū: ſine
quo nullus iuſte regnat vel imperat: di-
ligēdo timēdo: cūctiſq̄ dn̄i mādatis obe-
diendo: pie coleret: ſubiectorū ſe populo-
rū: ſociū magis q̄ dn̄m eſtimaret: ſubdi
tis parceret: ſupbos debellaret: pauperi
bꝰ peregrinis ⁊ viduis: oībuſq̄ neceſſita
tē patiētibꝰ pie ſubueniret. Fulgebat ⁊
ſodalis eiꝰ in aula regis: noīe eligiꝰ quē
vt aīaȝ ſuā diligebat. His amor vnꝰ erat

cor vnū ⁊ anima vna: ab his cuncti francorum proceres exēpla ſumebāt: ⁊ monita doctrine ſalutaris hauriebant. Sepe nāq; audoenus veſtibus p̄cioſis: aureo precinctus baltheo enituit: ⁊ ſubtus cilicio caro tecta fuit. Infatigabiliter perſeuerabat in orationibꝰ: ieiunijs: vigilijs lectione diuīa: hoſpitū ſuſceptiōe: ⁊ pauperum ⁊ infirmorū miniſterio: pene ſemper deditus erat. In ſilua brigieſi: in patrimonio ꝓprio: monaſteriū ſcd̄m regulā ſcti colūbani: hieroſolimū nuncupatū cōſtruxit: ⁊ agilū ſcti cōlūbani diſcipulū: abbatē conſtituit. Cū autē hereſis quedā: totū pene fedaret orientē: ⁊ dn̄m nr̄m iheſum xp̄m: nō verā carnem ex virgine maria aſſumpſiſſe aſſereret: audoenꝰ cōtra oēs hereticos galliā intrantes diſputās: manifeſte ratione: ⁊ diuina auctoritate cōuincēs: in lōginquas regiones fugere cōpellebat. Simoniacā prauitatē in cunctis francorū pene eccleſijs nimiū preualuiſſe cōſiderās: cepit regi ſuadere vt patriā tali labe corruptā: medicina ſalutari liberaret. Hortabatur vt nullatenus cōſentiret cuiq; ſacros ordines emere vel vēdere: dicēs tale cōmerciū dyabolica fraude repertū ⁊ ab eccleſiaſtice fidei puritate: penitus eliminandū fore. Magis eligēdos eſſe ad ſacros ordīes: quos nō aurū ſed fidei puritas: doctrine ſuauitas: morū probitas cōmendarent. Electus ad archiep̄atū rothomagēſem: nō ſtatim ſacrū ordinē ſumere preſumpſit: ſed relictis palacij curis: ad predicandū verbū dei in hiſpanias perrexit: ⁊ populos nimia ſiccitate laborātes īuenit. Iā enī ſeptē anni tranſierant: ex quo pluuia regionē illā nō attigiſſet. Fuſa igit̄ ad deum prece: tanta pluuie ſequebatur abūdantia: vt priorē penuriā recōpenſare videret̄. Cōfortato igit̄ pplo rediēs per andegauiā pauperē manū aridā habentē: ⁊ lignū quo molā manualem rotabat in die dn̄ico: inter pollicē et palmā tā ſtricte tenentē: vt auelli nō poſſet: ſigno crucis ſanauit. Igitur anno dn̄i ſexenteſimo triceſimoquinto audoenus rothomagēſem cathedrā ſuſcepit: in quo eadē in vultu grauitas: in corde humilitas erat In cōſilio prudēs: in corrigēdo vehemēs: in diligēdo ardens: in aduerſis patiens: in elemoſinis largus: ad ignoſcendū paratus: humilitate ſummus: hoſpitalitate precipuus: in obſequijs pauperū ⁊ peregrinorū infatigabiliter perdurans: corū cōſortijs delectabat̄. Rigorē nimiū abſtinentie: ora pallida demonſtrabāt: maxille lachrymis humecte: contritionē cordis indicabant: lactea colla circuli ferrei premebāt: vētrē ⁊ brachia ferrū eque cōſtrigebat. Ipſius lecti cōgeries: ex aſperis virgulis cōſtruebatur: vbi corpus ieiunijs ⁊ vigilijs fatigatū: collocauit. Sepiſſime vero in cubiculo lecti ſui: lux immēſe claritatis celitus emiſſa: a diſcipulis eius viſa eſt: voceſq; angelice: cum eo colloquentes audite ſunt. Plurima cenobia per galliā: et in ep̄atu ſuo conſtruxit: clerum adunauit: ⁊ eccleſiaſticis diſciplinis mirabiliter īhibuit: ⁊ zenodochia inſtituit Waningū quēdā nobilē crucis ſigno a ſua infirmitate ſanauit: et fiſcanēſe cenobiū conſtruere fecit: ⁊ introductis monialibus: wādregeſilū fontanelle abbatē prefecit: quatinꝰ eius verbis ⁊ vita caſtiſſima: fragilioris ſexus laſciuia moderetur et in norma religiōis inſtrueret̄ Et ſi qn̄ a p̄dicatione ⁊ pijs opibus ceſſabat audoenus: quieti ſue non ſtatim prouidebat: ſed pernox in orōnibus et vigilijs inſtabat: ⁊ terrenis negotijs ſolutꝰ: mente celeſtibus inherebat. Cū enī parochiā ſuā predicādo luſtraret ⁊ nimio ſenio feſſus curru ſederet muli q̄ currū trahebāt ſubito ſtantes: nullo modo aurige flagello: ab ipſo loco auelli potuerūt. Et erigēs vir dei oculos ad celū: vexillū cru-

cis amplo ſplēdoꝛe micās: aſpexit. Cūq
intelligeret ſpū ſctō reuelāte: ꝙ eundē lo
cū ad ſeruiendū ſibi dñs elegiſſet: figurā
ſctē crucis ibidē baculo expſſit. Nocte ſe-
quēti in ipſo loco: columpna ignea tanto
ſplēdoꝛe viſa eſt: vt ſolis claritatē vince-
re videretur. Cōfluente ergo illuc popu-
loꝛum multitudine: a diuerſis languoꝛi-
bus detēti: ſanitatē receperūt. Ibi enim
poſtea cōſtructo monaſterio: monachoꝝ
multitudo regulariter deo deſeruiuit.
Peragrans parochiā ſuā iuxta ſecanā
fluuiū: paululū requieſcēs: angelicis col
loquijs fruebatur. Quo in loco eccleſia ⁊
xenodochiū pauperū: ſanct⁹ antiſtes con
ſtruxit. Sctūs tandē audoenus: cū ſctō
ſidonio gñe ſcoto: qui monaſteriū qḋ nūc
ſctm̄ ſidonium dicūt cōſtruxit: ad limina
apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli: romā pꝛofectus
eſt. Pꝛoſternēs āt ſe: ſingulis memoꝛijs
apoſtoloꝝ ⁊ martyꝛū: vota ſupplicatio-
nis tā pꝛo ſe: ꝙ pꝛo pace totius eccleſie ca
tholice obtulit: lachꝛymas tamē magis
ꝙ verba fudit. Ubicūq ꝓſtratus in oꝛa-
tione iacebat/flumīa lachꝛymarū paui-
mentū irrigabāt. Cūq ad cōfeſſionē bea
ti petri: hunc verſum inciperet. Exulta-
būt ſancti in gloꝛia: diuinitus reſpōſum
eſt: Letabūt in cubilibus ſuis. Interea
btūs audoenus: oꝛta diſcoꝛdia inter gen
tē frācoꝛum: et auſtraſioꝝ coloniā pacis
cauſa perrexit: ſigno crucis quēdā mutū
ſignauit: et linguā tacentē loqui cōtinuo
fecit: ⁊ diſcoꝛdē populū initis pacis fede-
ribus cōcoꝛdauit: ⁊ in neuſtria demoniū
fugauit. Tunc vir dei: diē obitus ſui fe
bꝛibus vexat⁹ imminere cōſpiceret hoꝛ-
tatus eſt regē: vt abbatē anſbertū ei⁹ fa-
ceret ſucceſſoꝛē: ⁊ poſt quadꝛageſimū ter
tiū epatus ſui annū: anno etatis ſue no-
nageſimo: et anno incarnatiōis dñice ſe-
xcēteſimo ſeptuageſimonono kal'. ſeptē-
bꝛis migrauit ad dñm: et in eccleſia bea-
ti petri apoſtoli: rothomago in loco quē
viuens pparauerat ſepelitur. Poſt tri-
ceſimū ſepulture ſue annū: eius coꝛp⁹ in
tegrū: ⁊ abſq coꝛruptionis moleſtia illi-
batū repertū eſt. Circa annū dñi nōgē-
teſimū quīquageſimūſextū: tpe regis ed
gari: venerūt in angliā clerici quatuoꝛ ⁊
regali curie ſe pꝛeſentātes: ad conſpectū
regis et colloquiū adducti ſunt. Qui cū
tēpus opoꝛtunū: ſe nactos exiſtimarent
ꝙ in regnum eius reliquias ſcti audoeni
attulerāt: familiari affatu: aurib⁹ regis
intulerūt. Audito aūt rex: noīe ſcti audoe
ni: obſtupuit: nec ſe hoc credere poſſe vlla
ratiōe rñdit. At illi nichil verius eſſe aſſe
rētes: addiderūt. Pꝛoba qualicūq modo
magis tibi placuerit: igne ſeu quoꝛumli
bet miraculoꝝ experimētis. Et ſi coꝛp⁹
pꝛefati patris: ſilētibus miraculis: non
eſſe cōſtiterit: nos tāti mēdacij reos: lege
qua iuſtū fuerit punitos a tuo extermīa-
bis regno. Et ait rex. Hoc enī nō ſeculari
ſed examine debet eccleſiaſtico diffiniri.
Suſtinete ergo donec archieps̄ veniat:
que dicitis audiat: audita examinet: di-
iudicet: ⁊ quid in tāta re ſit tenēdū ſentē-
tiā ferat. Cū aūt archieps̄: ſctūs odo ad-
ueniſſet: ⁊ clerici interrogati in ſuo ꝓpo-
ſito perſeueraſſent: ⁊ examinatiōe oſten-
ſionis diuīe: rē inueſtigare magnis pꝛe-
cibus exoꝛaſſent: ait eps̄. Adducatur le-
pꝛoſus aliquis: vt ex euētu illius cognoſ-
cam⁹ quid de reliquijs iſtis certa fide te-
neamus. Tāte ſiquidē pietatis: tāte vir
tutis: tantoꝛūq meritoꝝ credimus eſſe
ſctm̄ audoenum: vt ſi ipſe vere eſt de quo
agimus ſua nobis bonitate: ea ꝙ pꝛo glo
ria dei ⁊ ſua oſtenſione humiliter petieri
mus: nō negabit. Adductus eſt igiẗ qui-
dā in mediū hoꝛrida coꝛpoꝛis feditate coꝛ
ruptus. Quē pōtifex odo cum vno de oſſi
bus allatis: in modū crucis tertio conſi-
gnans: ita mox omni coꝛruptiōis hoꝛro-
re deterſo: ad inuocationē noīs ſcti audo-
eni ſanauit: vt tāti mali veſtigiū in hoīe

nullū penitus reſideret. Allatus eſt etiā
in lectō alter egrotus: peraliſis morbo to-
to corpe diſſolutus: mortis potius ꝙ vi-
te imaginē in ſe vultu/voce/⁊ mēbrorū
oīm ſtupore ptendēs. Pōtifex ergo ipſa-
rū reliquiarū caput aſſumens ſuper cor-
pus iā pene extinctū: poſuit: ⁊ flexis ge-
nibus pronus orauit: quatinus ob meri
ta ⁊ interceſſiones beati audoeni: priſti-
ne ſanitati paraliticꝰ redderet̃ ſi ipm qdē
caput eius fuit: dū in hac trāſitoria vita
degebat. Mira dei pietas: ⁊ potentia ve
re mirāda. Cōfeſtim ad tactū capitis ſa-
cri: hōmo ſanus erigitur et gaudēs atq̃
exultans: in voce laudis: et iubilo cordis
ad ſua regreditur. Patrata ſunt etiã:
per eaſdē reliquias: ipſo tpe ⁊ alia mira-
cula nō pauca: que breuitatis cauſa trā-
ſiuimus: nullū in prolixitatibꝰ grauare
volentes. His ita geſtis: rex antiſtites et
qui aderāt: valde exhilarati: deū in ſctm̄
ſuū glorificabāt. Tūc rex cū pontifice ha
bito cōſilio: clericos conuenit: et quid eis
pro adeptione ſacrorū que detulerant: fa
cere deberet diligēter inquirit. Referunt
ipſi hoc ⁊ ipſorū volūtati. Tūc regis mu
nificētia ſupra id qđ petebāt: copiam ſue
largitatis extēdit: pōtificiq̃ ait Cū reſpe
ctus gratie dei: nos et regnū anglorū tā-
ti amici ſui preſentia ſublimauerit: vide
tur cōuenire: vt ⁊ nos ipi ſctō: qui ad nos
venire dignatus eſt: in maiori ⁊ digniori
loco totius regni: perpetuā māſionē pro-
curemus cōdonare. Quapropter reuerē
de pater: ad eccleſiā cui deo auctore preſi-
des: has ſctās reliquias: condigna reue
rētia transfer: et eius patrocinio atq̃ tu-
tamini ipſam eccleſiā ⁊ quicqđ ad eā per
tinet cōmenda. Qđ cū epſ feciſſet: ipi cle
rici: loci dignitatē cōſiderantes: ⁊ mona-
chorū religionē: facti ſunt monachi inter
eos: ⁊ in ſeruitio dei ⁊ beati audoeni: vſq̃
ad finē vite ſue: iugiter permāſerūt. Fa-
ctū eſt autē ſcriniū precioſum in quo oſſa
ſacra diuerſis inuolumētis obuoluta: cū
honore ſunt locata. Cū monachus qui-
dā cātuarienſis eccleſie: demonio vexare
tur fratres conſilio habito reliquias ſan
cti audoeni ſumentes: ad infirmū fratrē
detulerūt. Nec dū oſtiū domus in qua vi
ctus ferro tenebatur intrauerant: ⁊ ecce
ille deintus: clamoſa voce perſtrepebat
dicēs. Quid eſt quo tenditis? Nichil mi-
chi ⁊ ſancto audoeno cōmune eſſe ſciatis
nec me illi preſentādū: qualibet vi aut ar
te noueritis. Quapropter ſicut veniſtis
recedite: et vos inaniter fatigare nolite.
Illi tamē intrepidi reluctantē demonia
cū ſecū violēter adducūt: ipſo inceſſanter
vociferante: ſibi vim ⁊ iniuriā fieri: ſe ta-
mē preſentiā ſctī audoeni modis omnibꝰ
deteſtari. Itaq̃ vno de oſſibꝰ ſctī audoe-
ni ſuper eo impoſito: ſtatim cōquieuit: a
ſua veſania liberatus: nec vlterius hu-
iuſmodi eſt furore fatigatus.

## De ſancto Auguſtino epō et cōfeſſore.

ANno ſiquidē dñi quīgenteſi-
mo nonageſimoſexto: ſctūs
papa gregorius diuino ad-
monitus inſtinctu: miſit ſer
uum dei auguſtinū et alios plures cū eo
monachos timentes deū: predicare ver-
bū dei genti anglorū: anno circiter cente-
ſimo quinquageſimo aduētus eorum in
britāniam. Qui cū iuſſis pōtificalibꝰ ob
tēperātes: memoratū opus aggredi ce-
piſſent: ⁊ aliquātulū itineris cōfeciſſent:
percuſſi timore inerti: redire domū potiꝰ
ꝙ barbarā ferā incredulāq̃ gentem: cu-
ius nec linguā quidē noſſent: adire cogi-
tabāt: ⁊ hoc eſſe tutius cōmuni cōſilio de
cernebant. Nec mora auguſtinū quē eis
epm ordinandū ſi ab anglis ſuſciperent̃
diſpoſuerat: domū remittūt: qui a beato
gregorio: hūili ſupplicatu obtineret: ne
tā periculoſam tā laborioſam tā incertā
peregrinationē adire deberēt. Quibꝰ il-
le exhortatorias mittens litteras: in opꝰ

eos verbi diuiſo cõſiſos auxilio: pꝛoficiſci
ſuadet. Quarum videlicet litterarũ iſta
eſt foꝛma. Gregoꝛius ſeruus ſeruoꝛum
dei: ſeruis dñi nr̃i. Quia melius fuerat
bona nõ incipere quã ab his q̃ cepta ſunt
cogitatiõe retroꝛſum redire. Sũmo ſtu-
dio dilectiſſimi filij opoꝛtet vt opus bonũ
qđ auxiliãte domino cepiſtis impleatis.
Nec laboꝛ vos ergo itineris: nec maledi-
coꝛũ hoĩm lingue deterreãt: ſed omni in-
ſtãtia: omniqꝫ feruoꝛe que ichoaſtis: deo
auctoꝛe peragite. Sciẽtes ꝙ laboꝛẽ ma-
gnũ maioꝛ eterne retributiõis gloꝛia ſe-
quetur. Remeanti autẽ auguſtino p̃poſi
to vr̃o: quẽ ⁊ abbatẽ vobis cõſtituimus:
in omnibus humiliter obedite: ſcientes
veſtris animabus per oĩa ꝓfuturũ: quic
quid fuerit a vobis in eius admonitione
cõpletũ. Omnipotẽs deꝰ ſua gratia vos
pꝛotegat: et vr̃i laboꝛis fructũ: in eterna
patria me videre cõcedat: quatinus et ſi
vobiſcuꝫ laboꝛare nequeo: ſimul tñ gau-
dio retributionis inueniar quoniã labo-
rare ſcilicet volo. Deꝰ nos incolumes cu-
ſtodiat dilectiſſimi filij Data die decima
kalẽdarũ auguſtarũ: imperãte dño nr̃o
mauricio tiberio piiſſimo auguſto anno
quartodecimo: poſt conſulatũ eiuſdẽ dñi
nr̃i anno decimotertio indictione quarta
decima. Miſit etiã idẽ venerabilis pon-
tifex ad eutheriũ arelatẽſem epm̃ vt au-
guſtinũ bꝛitãniã pergentẽ benigne ſuſci
peret litteras: quarũ iſte eſt textus. Re
uerẽdiſſimo ⁊ ſctiſſimo fratri eutherio co
epiſcopo: gregoꝛius ſeruus ſeruoꝛũ dei.
Licet apud ſacerdotes habentes deo pla
citã charitatẽ: religioſi viri nullius com
mẽdatione indigeãt: quia tamẽ tempus
aptũ: ſe ſcribẽdi ingeſſit: fraternitati ve-
ſtre nr̃a mittere ſcripta curauimus: inſi
nuantes latoꝛẽ pꝛeſentiũ auguſtinũ ſer-
uũ dei: de cuius certi ſumus ſtudio: cum
alijs ſeruis dei: illic nos pꝛo vtilitate aĩa
rũ auxiliãte dño direxiſſe: quẽ neceſſe eſt
vt ſacerdotali ſtudio ſctitas veſtra adiu-
uare: et ſua ei ſolatia p̃bere feſtinet. Cui
etiã vt pꝛomptioꝛes ad ſuffragãdũ poſſi
tis exiſtere cauſam vobis iniũximꝰ ſub-
tiliter indagare. Scientes ꝙ ea cognita
tota vos ꝓpter deũ deuotione ad ſolaciã-
dũ quia res exigit comodetis. Cãdidum
pꝛeterea pꝛeſbyterũ cõmunẽ filiũ: quẽ ad
gubernationem patrimoniali eccl'ie nr̃e
trãſmiſimus charitati vr̃e in omnibus
cõmẽdamus. Deus te incolumem cuſto
diat: reuerẽdiſſime frater. Data die deci
ma in oĩbus vt ſupꝛa. Roboꝛatus ergo
cõfirmatiõe vtĩ patris gregoꝛij auguſti-
nus: cũ famulis xp̃i qui erãt cũ eo: redijt
in opus verbi: peruenitqꝫ bꝛitãniã. Erat
eo tp̃e rex ethelbertus in cancia potẽtiſſi
mus: qui ad cõfiniũ: vſqꝫ humbꝛe flumi-
nis maximi quo meridiani ⁊ ſeptemtrio
nales angloꝛũ populi dirimuntur: fines
imperij tetẽderat. Eſt aũt ad oꝛientalem
cãtie plagã thanatos inſula non modica
id eſt magnitudinis iuxta conſuetudinẽ
eſtimationis angloꝛũ familiarũ ſexcẽta-
rũ: quã a cõtinẽti terra fluuiꝰ wantſum
qui eſt latitudinis circiter triũ ſtadioꝛũ:
et duobus tñ in locis eſt tranſmeabilis.
Utrũqꝫ enĩ caput pꝛotendit in mare. In
hac ergo applicuit ſeruus dei auguſtinꝰ
⁊ ſocij eius: viri vt ferũt ferme quadꝛagi
ta. Acceperãt autẽ p̃cipiente beato papa
gregoꝛio: de gẽte francoꝛũ interpꝛetes: ⁊
mittẽs ad ethelbertũ: mãdauit ſe veniſſe
de roma ac nunciũ ferre optimũ: qui ſibi
obtẽperãtibus: eterna in celis gaudia ⁊
regnũ ſine fine cũ deo viuo ⁊ vero futurũ
ſine vlla dubietate pꝛomitteret. Qui hec
audiens: manere illos in ea quã adierãt
inſula: ⁊ eis neceſſaria miniſtrari: donec
videret quid eis faceret iuſſit. Nam ⁊ an
tea ad eũ xp̃iane religionis fama perue-
nerat: vtpote qui et vxoꝛẽ habebat xp̃ia-
nã de gẽte frãcoꝛũ regia vocabulo berta
quã ea cõditione a parẽtibꝰ acceperat: vt

ritū fidei ac religiōis ſue: cum ep̄o quē ei
adiutoꝛē fidei dederāt: noīe lethardo: in-
uiolatū ſeruare: licētiā haberet. Poſt di-
es ergo aliquot: uenit ad inſulā rex: ⁊ re-
ſidēs ſub diuo iuſſit auguſtinū cū ſocijs
ad ſuū ibidē aduenire colloquium. Caue
rat autē ne in aliquā domū ad ſe introie-
rent: ueteri uſus augurio ne ſuperuētu
ſuo ſi qd̄ malefice artis habuiſſent: eū ſu
perādo deciperent. At illi nō demoniaca
ſed diuīa uirtute pꝛediti ueniebāt: crucē
pꝛo vexillo ferētes argēteam: ⁊ imaginē
dn̄i ſaluatoꝛis in tabula depictam: leta-
niaſqꝫ canētes pꝛo ſua ſimul ⁊ eoꝝ ꝓpter
quos et ad quos uenerant ſalute eterna:
dn̄o ſupplicabāt. Cūqꝫ ad iuſſionē regis
reſiderent: ait auguſtinus. Ad tuā o rex
totiuſqꝫ huius regni ꝑpetuā pacē huc in
greſſi: optimū nunciū ſempiterne leticie
vt pꝛidē mādauimus: afferimꝰ tibi. Si
ſuſceperis: hic ⁊ in eterno regno: eterna-
liter beatificaberis. Jā eni mūdi cōditoꝛ
⁊ redēptoꝛ humani gn̄is: regnū celoꝛum
aperuit: et de terrigenis celeſtes indige-
nas fecit. Sic eni deus dilexit mundū vt
filiū ſuum vnigenitū pꝛo mūdo daret: vt
omnis qui credit in ipſum nō pereat: ſed
habeat vitā eternā. Tā eni infinita cha-
ritate: idē dei filius: hoīes dilexit quos fe
cit: vt non ſolū homo inter hoīes fieri: ve-
rū etiā moꝛtē: moꝛtē autē crucis: pꝛo hoī-
bus pati dignaretur Sic eni placuit eiꝰ
ineffabili clementie: vt dyabolū captiua
toꝛē nr̄m nō in ſue diuinitatis maieſtate
ſed in nr̄e carnis infirmitate elideret: et
nos debitā pꝛedā: per indebitā crucis pe
nā: a faucibus impijſſimi tyꝛāni erueret
Cuius incarnata diuinitas innumeris
virtutibꝰ claret. Omni debilitate cura-
ta: omni virtute patrata celo/ſideribus/
terre/mari/inferno/ſe oīm deū oſtēdit et
dn̄m. Uētos ⁊ mare imperio ſedauit: flu
ctus maris quaſi ſolidū marinoꝛū calca
uit. Tandē moꝛi vt homo pꝛo hoībus di-
gnatus: in triduo a moꝛte ſicut deꝰ ſurre
xit: ⁊ ſolē qui in ſui conditoꝛis nece obte-
nebꝛatꝰ eſt: ſuo ſplēdoꝛe clarius illuſtra-
uit. Surrexit inquā: vt nos reſuſcitaret
aſcēdit ad celos: vt nos illuc triumphan
tes aggreget. Jnde iudex oīm ſeculoꝛū
veniet: vt credentes in regno ſuo dāpna-
tis incredulis perpetuo collocet. Ne aūt
ꝑcellētiſſime regnatoꝛ ſuperſtitiōis nos
iudices: ꝙ a roma in tuos fines tue tuo-
rūqꝫ ſalutis gr̄a laboꝛauimus deuenire
⁊ ignotis gētibus quaſi ingrata bn̄ficia
ſubꝛogare: noueris pijſſime magne cha
ritatis neceſſitate vꝛgente: id nos inten-
diſſe. Deſideramus eni ſuper oēm mun-
di appetitū et gloꝛiam ꝙ̄plurimos in re-
gno dei nr̄i cōciues habere: et qui in ſctō-
rū angeloꝛū cōſoꝛtiū poſſint pꝛoficere: ne
pereāt totis niſibus certamus ꝓſpicere
Hāc quippe beniuolētiā: xp̄i nr̄i benigni-
tas de ineſtimabili dulcedine ſpūs ſui: oī
bus ſue veritatis p̄conibus vbiqꝫ infun-
dit: vt ꝓpꝛijs neceſſitatibus poſtpoſitis
in oīm gentiū ſalutē exardeſcāt: ⁊ quaſi
bet nationes vt parētes/vt filios/vt fra
tres ⁊ cognatos habeāt: ⁊ oēs vna dei di
lectione amplexos: ad infinita oīm gau-
dioꝛū ac ſolēpnitatū ſecula pertrahere ſa
tagant. Tales regis nr̄i ſigniferi: cū in-
numeris miraculis facti teſtes/per gla-
dios/per ignes/per beſtias/per oīa toꝛ-
mentoꝛū et moꝛtis gn̄a: mūdū ſaluatoꝛi
ſuo inuictiſſime ſubdiderūt. Jā olim ro-
ma/iā grecia/iā reges ⁊ pꝛincipes terre
iā inſule gentiū ꝓpheticis inuitationibꝰ
attracte: cū ipſo oꝛbe terrarū gaudent re
gū dn̄m adoꝛare ⁊ illi imperpetuū ſerui-
re: per quē ⁊ cū quo perhēniter valeāt re
gnare. Tali etiā affatu: hodiernꝰ pater
totius xp̄ianitatis gregoꝛius: vr̄am ſal-
uationē ardentiſſime ſitiens: nec penaꝝ
nec moꝛtis timoꝛe ꝓhiberetur ad vos ve
nire ſi poſſet: ſed nō poteſt tot cōmiſſarū
aīarū curā deſerere. Quapꝛopter nos in

ſua vice miſit: vt viā eterne lucis ⁊ ianu-
am vobis pandamus regni celeſtis. Quod
ſi cōtemptis idolis demoniacis per xp̄m
intrare nō renuitis: certiſſima fide ſemꝑ
regnabitis. Cūq; hec ⁊ his ſimilia augu
ſtino diſſerente: eius comites ꝓut dn̄s
dedit: pleraq; adderent: rn̄dit rex dicens
Pulchꝛa quidē ſunt verba ⁊ ꝓmiſſa que
affertis: ſed quia noua ſunt ⁊ incerta: nō
his poſſum aſſenſum tribuere modo: re-
lictis eis que tāto tēpoꝛe cū omni anglo-
rū gente ſeruaui. Uerū quia de lōge huc
peregrini veniſtis: ⁊ vt ego michi videoꝛ
ꝑſpexiſſe: ea que vos vera ⁊ optima cre-
debatis: nobis quoq; cōmunicare deſide
raſtis: nolumus moleſti eſſe vobis: quin
potius benigno vos hoſpicio recipere: et
que victui vr̄o ſunt neceſſaria: miniſtra-
re curamus: nec ꝓhibemꝰ quin omnes
quos poteſtis fidei vr̄e religionis ꝑdicā-
do ſocietis. Dedit ergo eis manſionē in
ciuitate doꝛobernēſi que imperij ſui toti-
us erat metropolis: eiſq; vt ꝓmiſerat
cū adminiſtratiōe victus tēpoꝛalis: licē-
tiam quoq; ꝑdicandi nō abſtulit. Fertur
autē ꝙ appꝛopinquantes ciuitati: moꝛe
ſuo cū cruce ſctā ⁊ imagine magni regis
dn̄i nr̄i iheſu xp̄i hanc letaniā conſona vo
ce modularētur. Depꝛecamur te domīe
in omni miſericoꝛdia tua: vt auferat̄ fu-
roꝛ tuus ⁊ ira tua a ciuitate iſta: ⁊ de do-
mo ſctā tua: quoniam peccauimus. At
vbi datā ſibi manſionē intrauerāt: cepe-
rūt apoſtolicā pꝛimitiue eccleſie vitā imi
tari: oꝛationibus videlicet aſſiduis vigi
lijs ac ieiunijs ſeruiendo verbū vite qui
bus poterāt pꝛedicādo: cūcta huius mū-
di velut aliena ſpernendo: ea tm̄ que vi-
ctui neceſſaria videbantur: ab eis quos
docebāt accipiēdo: ſecūdū ea que docebāt
ipſi per oīa viuēdo: et paratū ad patiēdū
aduerſa queq; vel etiā moꝛiēdum pꝛo ea
quā ꝑdicabāt veritate aīm habendo. Cu
rabāt viciſſim oēs debiles: et languidos
vel ad ſe delatos: vel a ſe viſitatos. Adeo
vt nullus aut rarus in grege auguſtini
habebatur: qui nō gr̄a ſanitatū polleret
vt non minus miraculis ꝙ pꝛedicationi
bus tenebꝛas gentiliū illuſtraret. Quid
moꝛa? Crediderūt nōnulli ⁊ baptizaban
tur mirātes ſimplicitatē innocētis vite:
ac dulcedinē doctrine eoꝛū celeſtis. Erat
autem pꝛope ipam ciuitatē ad oꝛientem
eccleſia in honoꝛe ſctī martini antiquitꝰ
facta: dum adhuc romani bꝛitāniā inco-
lerēt: in qua regina quā chꝛiſtianā fuiſſe
pꝛediximus oꝛare cōſueuerat. In hac er
go et ipſi pꝛimo cōuenire: pſallere: oꝛare:
miſſas facere: pꝛedicare: et baptizare ce-
perūt: donec rege ad fidē cōuerſo: maioꝛē
pꝛedicādi per oīa ⁊ eccleſias fabꝛicādi vel
reſtaurandi licētiam acceperant. At vbi
ipſe etiā inter alios: delectatus vita mū-
diſſima ſctoꝛū: ⁊ ꝓmiſſis eoꝛū ſuauiſſi-
mis q̄ vera eſſe miraculoꝛū multoꝛū oſtē
ſione firmauerūt: credēs baptizatus eſt:
ceperunt plures cotidie ad audiendū ver
bum dei cōfluere: ac relicto gentilitatis
ritu vnitati ſe ſctē xp̄i eccleſie credendo ſo
ciare. Quoꝛū fidei ⁊ cōuerſioni ita cōgra
tulatus eſſe rex perhibetur: vt nullū ta-
mē cogeret ad chꝛiſtianiſſimū: ſed tantū-
modo credētes artioꝛi dilectiōe quaſi con
ciues ſibi regni celeſtis amplecteret̄. Di
dicerat eī a doctoꝛibꝰ auctoꝛibuſq; ſue ſa-
lutis: ſeruitiū xp̄i voluntariū: non coacti
ciū eſſe debere. Nec diſtulit quin etiā ipis
doctoꝛibus ſuis locū ſedis eoꝛum gradui
congruū: in doꝛoberni metropoli ſua do-
naret: ſimul ⁊ neceſſarias in diuerſis ſpe
ciebus poſſeſſiones cōferret. Interea vir
dn̄i auguſtinus venit arelas ⁊ ab archi-
ep̄o eiuſdem ciuitatis etherio: iuxta quod
iuſſa ſctī pr̄is gregoꝛij acceꝑat: archiepīs
genti angloꝛū oꝛdinatus eſt. Reuerſuſq;
bꝛitanniā: miſit cōtinuo romā laurentiū
pꝛeſbyterū et petrū monachū: qui beato
pontifici gregoꝛio gētem angloꝛū fidem

xp̄i ſuſcepiſſe ac ſe ep̄m factũ eſſe referrẽt
ſemul ⁊ de eis que neceſſaria videbantur
queſtionibꝰ: eius conſulta flagitãs. Nec
mora congrua queſtui reſponſa recepit:
que etiã hic comodium duximus inſerere
¶ Interrogatio beati auguſtini. Can-
tuariorũ eccleſie de ep̄is qualiter cũ ſuis
clericis conuerſentur: vel de his que fide-
liũ oblationibꝰ accedũt altario: quãte de-
beant fieri portiones: ⁊ qualiter ep̄s age-
re in eccleſia debeat. ¶ Rñſio bt̄i grego-
rij pape. Sacra ſcriptura teſtat̃ quaꝫ te
bene noſce dubiũ nõ eſt: ⁊ ſpecialiter bea-
ti pauli ad tymotheũ ep̄le: in quibus eũ
erudire ſtuduit: qualiter in domo dei con-
uerſari debuiſſet. Mos aũt ſedis apoſto-
lice eſt ordinatis ep̄is p̄cepta tradere: vt
in omni ſtipendio qđ accedit: quatuor de-
beant fieri portiones. Una videlicet ep̄o
⁊ familie eius propter hoſpitalitatẽ atqꝫ
ſuſceptionẽ: alia clero: tertia pauperibꝰ:
quarta eccleſijs reparandis. Sed qꝛ tua
fraternitas monaſterij regulis erudita:
ſeorſum fieri non debet a clericis ſuis: in
eccleſia anglorũ que auctore deo nuꝑ ad-
huc: ad fidem perducta eſt: hãc debet con-
uerſationẽ inſtituere: que in initio naſcẽ-
tis eccleſie fuit patribus nr̄is: in quibus
nullus eorum ex his que poſſidebant: ali
quid ſuũ eſſe dicebat: ſed erãt eis oĩa cõia
Si qui vero ſunt clerici extra ſacros ordi
nes cõſtituti qui ſe cõtinere non poſſunt:
ſortiri vxores debent: ⁊ ſtipẽdia ſua exte-
rius accipere: quia et de eiſdẽ patribꝰ de
quibus prefati ſumus nouimus ſcriptũ
ꝙ diuidebatur ꝓut cuiqꝫ opus erat. De
eorũ quoqꝫ ſtipendio cogitandũ atqꝫ ꝓui
dendũ eſt: ⁊ ſub eccleſiaſtica regula ſunt
tenẽdi: vt bonis moribus viuant: ⁊ canẽ
dis pſalmis inuigilent: ⁊ ab omnibus il
licitis ⁊ cor ⁊ linguã ⁊ corpus deo aucto-
re cõſeruẽt. Cõmuni aũt vita viuẽtibus
iã de faciendis portionibus vel exhiben-
da hoſpitalitate: et ad implenda mĩa no-
bis quid erit loquendũ: cum omne qđ ſu-
per eſt in cauſis pijs ac religioſis erogã-
dum eſt: dño magiſtro oĩm docente. Qđ
ſupereſt: date elemoſinã ⁊ ecce oĩa mũda
ſunt vobis. ¶ Interrogatio bt̄i auguſti
ni. Cũ vna ſit fides: quomõ ſunt eccleſia
rũ diuerſe cõſuetudines: ⁊ altera conſue-
tudo miſſarũ in ſancta romana eccleſia:
atqꝫ altera in galliarũ tenetur. ¶ Reſpõ
ſio beati gregorij pape. Nouit fraterni-
tas tua: romane eccleſie conſuetudinem
in qua ſe meminit nutritã: ſed michi pla
cet vt ſiue in romana: ſiue in galliarum:
ſeu in qualibet eccleſia aliquid inueniſti:
qđ plus omnipotẽti deo poſſit placere ſol
licite eligas: ⁊ in anglorũ eccleſia: que ad
huc ad fidem noua eſt: inſtitutione preci-
pua que de multis eccleſijs colligere po-
tuiſti: infundas Nõ enĩ pro locis res: ſed
pro bonis rebꝰ: loca amãda ſunt. Ex ſin-
gulis ergo quibuſqꝫ eccleſijs: q̃ pia: q̃ reli
gioſa: que recta ſunt elige: et hec quaſi in
faſciculũ collecta: apud anglorũ mentes
in cõſuetudinẽ depone. ¶ Interrogatio
beati auguſtini Obſecro qđ pati debeat
ſiquis aliquid furto abſtulerit: ¶ Rñſio
bt̄i gregorij pape. Hoc tua fraternitas
ex perſona furis penſare poteſt: qualiter
valeat corrigi. Sũt enĩ quidã qui haben
tes ſubſidia furtũ perpetrant: ⁊ ſunt alij
qui in hac re ex inopia delinquunt Unde
neceſſe eſt vt quidã nimis: quidam vero
verberibꝰ: et quidã diſtrictius: quidam
autẽ leuius corrigãtur. Et cum paulo di
ſtrictius agitur ex charitate agendũ eſt:
⁊ nõ ex furore: quia ipſi hoc preſtatur qui
corrigitur ne iehenne ignibus tradatur.
Sic enĩ nos fidelibꝰ tenere diſciplinam
debemus ſicut boni patres carnalibꝰ fi-
lijs ſolent: quos ⁊ pro culpis verberibus
feriũt: ⁊ tamen ipſos quos doloribꝰ affli-
gũt: habere heredes querũt: et que poſſi-
dent ipſis ſeruãt: quos iratim ſequi vidẽ
tur. Hec ergo charitas in mente tenenda

eſt: ⁊ ipſa modũ correctiõis dictat: ita vt
mẽs extra ratiõis regulã omnino nichil
faciat Addas etiã quomõ ea que furto de
eccleſijs abſtulerĩt reddere debeãt ſed ab
ſit vt eccleſia cũ augmẽto recipiat: qđ de
terrenis rebus videtur amittere ⁊ lucra
de vanis querere. ¶ Interrogatio beati
auguſtini. Si debeãt duo germani fra-
tres ſingulas ſorores accipe: q̃ ſunt ab il-
lis longa progenie gñate: ¶ Rñſio beati
gregorij pape. Hoc fieri modis oĩbus li
cet. Nequaq̄ enĩ in ſacris eloquijs inue-
nit̃ qđ huic capitulo cõtradicere videat̃.
¶ Interrogatio beati auguſtini. Uſq̧
ad quotã gñationẽ debeãt fideles cũ pro-
pinquis ſibi cõiugio copulari: et nouercis
cognatis ſi liceat copulari coniugio. Rñ-
ſio bti gregorij pape Quedã terrena lex
in romana republica pmittit: vt ſiue fra
ter ⁊ ſoror: ſeu duorũ fratrũ germanorũ:
vel duarũ ſororũ: filius ⁊ filia miſceãtur.
Sed experimẽto didicimus ex tali cõiu-
gio ſobolẽ nõ poſſe ſuccreſcere ⁊ ſacra lex
phibet cognationis turpitudinẽ reuela
re. Unñ neceſſe eſt: vt iã tertia vel quarta
gñatio fideliũ: licẽter ſibi iũgi debeat: nã
ſcđa quã pdixim⁹ a ſe omni mõ debet ab-
ſtinere. Cũ nouerca autẽ miſcere: graue
eſt facin⁹: q̄r ⁊ in lege ſcriptũ eſt. Turpi-
tudinẽ pr̃is tui nõ reuelabis. Neq̧ ei pa
tris turpitudinẽ fili⁹ reuelare poteſt: ſed
q̄r ſcriptũ eſt: erũt duo in carne vna: q̃ tur
pitudinẽ nouerce q̃ vna caro cũ patre fu-
it reuelare pſumpſerit: profecto pr̃is tur
pitudinẽ reuelauit. Cum cognata quoq̧
miſcere phibitũ eſt: q̄r per iunctionẽ pri-
orem caro fratris fuerit fctã. Pro qua re
etiã iohãnes baptiſta capite trũcatus et
ſctõ martyrio cõſummatus: cui nõ eſt di
ctũ vt xp̄m negaret: ⁊ pro xp̄i cõfeſſiõe oc
ciſus eſt. Sed q̄r iſoẽ dñs nr̃ iheſus chri-
ſtus dixerat: ego ſum veritas: q̄r pro ve-
ritate iohãnes occiſus eſt: videlicet ⁊ pro
xp̄o ſanguinẽ fudit. Q̄r vero ſũt multi in
anglorũ gente: q̃ dũ adhuc in infidelitate
eſſent huic nephãdo coniugio dicũtur ad
mixti: ad fidẽ veniẽtes admonendi ſunt:
vt ſe abſtineant: ⁊ graue hoc eſſe peccatũ
cognoſcãt: tremẽdũ dei iudiciũ timeant:
ne pro carnali dilectiõe: tormenta eterni
cruciat⁹ icurrãt. Nõ tñ pro hac re corpis
⁊ ſanguinis dñi cõione priuandi ſunt: ne
in eis illa vlciſci videãtur in quib⁹ ſe per
ignorãtiã añ lauacrũ baptiſmatis aſtri-
xerũt In hoc eĩ tpe ſctã eccľia: quedã per
feruorẽ corrigit: quedã per mãſuetudinẽ
tolerat: quedã per cõſiderationẽ diſſimu
lat atq̧ ita portat et diſſimulat: vt ſepe
malũ qđ aduerſat̃ portãdo ⁊ diſſimulan-
do cõpeſcat. Oẽs aũt q̃ ad fidẽ veniũt ad-
monẽdi ſunt: ne tale aliq̃d audeãt perpe-
trare Si qui aũt ppetrauerĩt: corporis ⁊
ſanguinis dñi cõione: priuandi ſunt. Q̄r
ſicut in his q̃ per ignorãtiam fecerũt: cul
pa aliquaten⁹ tolerãda eſt: ita in his for-
titer inſequẽda: qui nõ metuũt ſciẽdo pec
care. ¶ Interrogatio bti auguſtini. Si
lõginquitas itineris magna interiacet:
vt epi nõ facile valeãt cõuenire: an debe-
at ſine aliorũ epõrũ preſentia epſ ordina
ri: ¶ Rñſio bti gregorij pape. Et quidẽ
in anglorum eccleſia: in qua adhuc ſolus
tu epſ inueniris: ordinare epm nõ aliter
niſi ſine epis potes: naz qñ de gallijs epi
veniũt q̃ in ordinatiõe epi teſtes aſſiſtãt.
Sed fraternitatẽ tuã ita volumus epos
ordinare: vt ipſi ſibi epi longo interuallo
minime diſiũgantur quatinus nulla ſit
neceſſitas vt in ordinatione epi paſtores
quoq̧ alij quorũ pñtia valde eſt vtilis fa
cile debeant cõuenire. Cũ igitur auctore
deo ita fuerint epi in propinquis ſibi locis
ordinati: per oĩa epõrũ ordinatio ſine ag-
gregatis trib⁹ vel quatuor epis fieri nõ
debet. Nã in ipis reb⁹ ſpũalib⁹ vt ſapiẽ-
ter ⁊ mature diſponant̃ exẽplũ trahere a
reb⁹ etiã carnalib⁹ poſſum⁹. Certe enim
dũ cõiugia in mũdo celebrãtur: cõiugati

quicq₃ cōuocant᷑: vt q̄ in via iā cōiugij preceſſerūt in ſubſequētis quoq₃ copule gaudio miſceātur. Cur nō ergo ⁊ in hac ſpūali ordinatiōe qua per ſacrū miniſteriū hō deo cōiūgit᷑ tales cōueniāt: qui vel in profecto ordinati epi gaudeāt: vel pro eiꝰ cuſtodia: oīpotēti deo p̄ces pariter fundāt᷑.

¶ Interrogatio bti auguſtini. Qualiter debemꝰ cū galliarū atq₃ britanniarū epis agere. ¶ Rūſio beati gregorij pape

In galliarū epis nullā tibi auctoritatē tribuimus: quia ab antiquis p̄deceſſorū meorū tpibus palliū arelatēſis eps accepit: quem nos priuare auctoritate percepta minime debemꝰ. Si igitur cōtigat: vt fraternitas tua ad galliarū prouīciā trāſeat cū eodē arelatēſe epo debet agere qualiter ſi qua ſunt in epis vicia corrigātur. Qui ſi forte in diſciplīne vigore trepidus exiſtat: tue fraternitatis zelo accēdēdus eſt. Cui etiā epl'as fecimus vt cū tue ſctitatis p̄ſentia in gallijs ⁊ ip̄e tota mēte ſubueniat: ⁊ q̄ ſunt creatoris nr̄i iuſſioni contraria ab eporū moribus cōpeſcat. Ip̄os autē extra auctoritatē ꝓpriā epōs galliarū iudicare nō poteris: ſed ſuadendo / blādiēdo / bonorū quoq₃ opm eis imitationē mōſtrādo: prauorū mētes ad ſctitatis ſtudia reforma. Qr ſcriptū eſt in lege Per alienā meſſem trāſiēs: falcē in eā mittere nō debet: ſed manu ſpicas conterere ⁊ māducare. Falcē eni iudicij mittere nō potes in ea ſegete q̄ alteri videt᷑ eſſe cōmiſſa: ſed per affectū boni opis frumēta dn̄ica vitiorū ſuorū paleis expolia ⁊ in eccl'ie corpe monēdo ⁊ perſuadendo quaſi mādādo cōuerte. Quicq̄d vero ex auctoritate agendū eſt: cū predicto arelatenſe epo agat᷑: ne p̄termitti poſſit hoc q̄d antiqua patrū inſtitutio inuenit. Britāniarꝝ vero oēs epos tue fraternitati committimus vt indocti doceāt᷑: infirmi pſuaſione roborēt᷑: ꝑuerſi auctoritate corrigantur.

¶ Interrogatio bti auguſtini. Si pregnās mulier debeat baptizari: aut poſt q̄ genuerit poſt quātū tēpus poſſit eccleſiā intrare: aut etiā ne morte preoccupet᷑ q̄d genuerit poſt quot dies hoc liceat ſacri baptiſmatis ſacrā ſuſcipere: aut poſt q̄tū tēpus huic vir ſuus poſſit in carnis copulatiōe cōiūgi: aut ſi mēſtrua conſuetudīe tenet᷑ an eccl'iā intrare liceat: aut ſacre cōmuniōis ſacrā percipere aut vir ſue cōiugi pmixtus priuſq̄ lauet᷑ aqua ſi eccl'iam poſſit itrare: vel etiā ad miſteriū cōionis ſacre accedere. Que oīa rudi anglorū gēti oportet haberi cōpta. ¶ Rūſio bti gregorij pape.

Hoc non ābigo fraternitatē tuā eſſe req̄ſitā: cui iā ⁊ rn̄ſum reddidiſſe me arbitror. Sed hoc q̄ ipſe dicere ⁊ ſentire potuiſti: credo q̄ mea apd te volueris rn̄ſione firmari. Mulier eteni pregnās cur nō debeat baptizari cum nō ſit añ oīpotētis dei oculos culpa aliqua fecūditas carnis. Nā cū primi parētes nr̄i in padiſo deliquiſſēt: immortalitatē quā acceperāt recto dei iudicio ꝑdiderūt. Quia itaq₃ idē omp̄s deꝰ hūanū genꝰ pro culpa ſua funditꝰ extinguere noluit: et immortalitatē hōi pro pctō ſuo abſtulit: ⁊ tamē pro benignitate ſue pietatis fecunditatē eſſe ſobolis reſeruauit. Quod igit᷑ nature humane ex oīpotētis dei dono ſeruatū eſt: qua ratione poterit a ſacri baptiſmatis gr̄a ꝓhiberi. In illo quippe myſterio in quo oīs culpa funditꝰ extinguit᷑: valde ſtultū eſt ſi donū gr̄e cōtradicere poſſe videatur. Cū vero enixa fuerit mulier poſt quot dies debeat eccl'iam intrare: teſtamēti veteris preceptione didiciſti: vt pro maſculo diebꝰ trigītatribꝰ: pro femīa āt diebꝰ ſexagītaſex debeat abſtinere. Qd̄ tn̄ ſciendū eſt q̄ in miſterio accipit᷑. Voluptas eteni carnis nō dolor in culpa eſt: in carnis cōmixtione voluptas eſt: nam in prolis prolatiōe gemitꝰ. Vn̄ ⁊ ipſi prime matri omniū dicitur: ī dolore paries. Si itaq₃ enixā mulierē prohibemus eccleſiā

intrare ipſam penã ſuã in culpã deputa-
m⁹. Baptizare aũt enixã mulierẽ vł hoc
qđ genuerit: ſi mortis periculo vrgetur: vł
ipſam hora eadẽ qua gignit vł hoc qđ gig
nit eadẽ qua natũ eſt nullo mõ ꝓhibetur
qꝛ ſcti miſterij grã ſicut viuẽtib⁹ atqꝫ diſ
cernẽtib⁹ cũ magna diſcretiõe ꝓuidenda
eſt: ita his qb⁹ mors imminet ſine vlla di
latiõe offerẽda: ne dũ adhuc tẽp⁹ ad pbẽ-
dũ redẽptiõis miſteriũ qrit: interuenien
te paululũ mora inueniri nõ valeat q̃ re-
dimat. Ad ei⁹ vero cõcubitũ vir ſu⁹ acce
dere nõ debet quoaduſqꝫ q̃ gignitur abla
ctet. Praua ãt in cõiugatorũ morib⁹ cõ-
ſuetudo ſurrexit vt mulieres filios quos
gignũt nutrire cõtẽpnãt: eoſqꝫ alijs mu-
lierib⁹ ad nutriẽdũ tradãt. Qđ videlꝫ ex
ſola cauſa incõtinẽtie videt inuẽtũ: qꝛ dũ
ſe continere nolũt deſpiciũt lactare quos
gignũt. He itaqꝫ q̃ filios ſuos ex praua cõ
ſuetudĩe alijs ad nutriẽdum tradũt: niſi
purgatiõis tẽp⁹ trãſierit: viris ſuis non
debẽt admiſceri: q̃ppe qꝛ ꝛ ſine part⁹ cau
ſa cũ inconſuetis mẽſtruis detinet viris
ſuis miſceri prohibet: ita vt morte lex ſa
cra feriat: ſiqs vir ad mẽſtruatã mulierẽ
accedat. Que tñ mulier dũ cõſuetudinez
menſtruã patit ꝓhiberi eccleſiã intrare
non debet: qꝛ ei nature ſupfluitas in cul-
pã nõ valet reputari: ꝛ per hoc qđ inuita
patit: iuſtũ nõ eſt: vt ingreſſu eccleſie pri
uetur. Nouim⁹ nãqꝫ ꝙ mulier q̃ fluxum
patiebat ſanguinis poſt tergũ dñi hũili
ter veniẽs: veſtimẽti ei⁹ fimbriã tetigit:
atqꝫ ab ea ſtati ſua ĩfirmitas receſſit. Si
ergo in fluxu ſanguinis poſita laudabili
ter potuit dñi veſtimẽtũ tãgere: cur que
mẽſtruũ ſanguinis patit ei nõ liceat dñi
eccleſiam intrare. Sed dices illã infirmi-
tas cõpulit: has vero de quib⁹ loquimur
cõſuetudo cõſtrigit. Perpẽde aũt chariſ-
ſime frater qꝛ oĩe qđ in hac mortali car-
ne patimur ex infirmitate nature eſt: di-
gno dei iudicio poſt culpã ordinatũ. Eſu-
rire nãqꝫ/ſitire/eſtuare/algere/laceſſere
ex infirmitate nature eſt. Et qđ eſt aliud
cõtra famẽ alimẽta: cõtra ſitim potũ: cõ-
tra eſtũ auras: cõtra frigus veſtẽ: cõtra
laſſitudinẽ requiem querere: niſi medica
mẽtũ qndẽ cõtra egritudines explorare
Femine itaqꝫ ꝛ mẽſtruus ſui ſanguinis
fluxus egritudo eſt. Si igit bñ preſum-
pſit q̃ veſtimentũ dñi in illa languore po
ſtea tetigit: qđ vni perſone infirmãti con
ceditur: cur nõ cõcedatur cũctis mulieri-
bus q̃ nature ſue vitio infirmãtur. Sctẽ
autẽ cõmunionis miſteriũ in eiſdẽ dieb⁹
pcipere non debet ꝓhiberi. Si aũt ex ve
neratiõe magna pcipere nõ p̃ſũpſit: lau-
dãda eſt: ſed ſi pceperit nõ iudicãda. Bo-
narũ q̃ppe mentiũ eſt: ꝛ ibi aliqñ culpas
ſuas agnoſcere vbi culpa nõ eſt: qꝛ ſepe ſi
ne culpa agit qđ venit ex culpa. Vñ etiã
cũ eſurim⁹: ſine culpa comedim⁹: quib⁹
ex culpa primi hoĩs fctm̃ eſt vt eſuriam⁹
Mẽſterna ei cõſuetudo mulierib⁹ nõ ali
qua culpa eſt videlicet q̃ naturaliter accẽ
dit. Sed tñ qđ natura ipſa ita viciata eſt:
vt etiã ſine voluntatis ſtudio videat eſſe
polluta ex culpa venit vitiũ: in quo ſe ipſa
qualis per iudiciũ fctã ſit hũana natura
cognoſcat: ꝛ hõ q̃ culpã ſponte ppetrauit
reatũ culpe portet inuit⁹. Atqꝫ ideo femi
ne cũ ſemetipſis cõſiderẽt: ꝛ ſi mẽſtrua cõ
ſuetudĩe ad ſacramẽtũ dñici corpis ꝛ ſan
guinis accedere nõ preſumãt de ſua rctã
cõſideratiõe laudãde ſũt. Dũ vero pcipi-
endo ex religioſe vite conſuetudĩe eiuſdẽ
miſterij amore rapiũt reprimende ſicut
p̃dixim⁹ nõ ſunt. Sicut enĩ in teſtamẽto
veteri exteriora opa obſeruãt ita in teſta
mẽto nouo nõ tã qđ exterius agitur ꝙ id
qđ interius cogitat ſollicita intẽtione at-
tẽditur vt ſubtili ſentẽtia puniatur. Nã
cũ multa lex velut ĩmũda mãducare pro
hibeat: in euãgelio tñ dñs dicit nõ qđ in-
trat in os coĩquinat hoĩem: ſed que exeũt
de ore illa ſunt q̃ coinquinãt hoiem. Atqꝫ

paulopoſt ſubiecit exponēs: ex corde exe-
unt cogitatiōes male. Ubi vberti indica
tū eſt: q2 illō ab oīpotēte deo pollutū eſſe i
ope oſtēdit̄: qđ ex pollute cogitationis ra
dice gn̄atur. Un̄ paul⁹ quoq3 apl's dicit.
Oīa mūda mūdis: coinq̄natis aūt ⁊ infi
delib⁹ nichil mūdū. Atq3 mox eiuſdē cau
ſam coinq̄natiōis annūciās ſubiūgit: co
inq̄nata ſunt eni ⁊ mēs eorū et cōſciētia.
Si ergo cib⁹ immūd⁹ nō eſt: cui mēs im
mūda nō fuerit: cur qđ mūda mēte muli
er ex natura patit̄ ei in immūdiciā depu
tat̄. Uir aūt cū ꝓpria cōiuge dormiēs: ni
ſi lot⁹ aqua intrare eccleſiā nō debet: ſed
neq3 lot⁹ intrare ſtati debet. Lex āt vete-
ri ppl'o p̄cipit vt mixt⁹ vir mulieri ⁊ laua
ri aqua debeat et an̄ ſolis occaſu3 eccleſiā
nō intrare. Qđ tn̄ ſpūaliter intelligi po-
teſt: q2 mulieri vir miſcetur: qn̄ illicite cō
cupiſcētie animus in cogitatiōe per dele
ctationē cōiūgit̄: q2 niſi prius ignis cōcu
piſcētie a mēte deferueat: dignū ſe cōgre
gatiōi fratrū eſtimare nō debet: q̄ ſe gra-
uari per nequitiā praue volūtatis videt
Quāuis de hac re diuerſe hoīm natiōes
diuerſa ſentiāt: atq3 alia cuſtodire videā
tur: romanorū tn̄ ſemꝑ ab ātiquioribus
vſus fuit: poſt ammixtionē ꝓprie coniu-
gis et lauachri purificationē q̄rere et ab
īgreſſu eccl'ie paululū reuerēter abſtine-
re. Nec hec dicētes culpā deputam⁹ eſſe
cōiugiū: ſed q2 ipa licita admixtio coniu-
gis ſine voluptate carnis fieri non pōt: a
ſacri loci ingreſſu abſtinendū eſt: q2 volu
ptas ipa eſſe ſine culpa nullaten⁹ poteſt.
Nō eī de adulterio vl' fornicatiōe ſed de le
gitio cōiugio nat⁹ fuerat q̄ dicebat. Ecce
eī in iniq̄tatib⁹ cōcept⁹ ſum: ⁊ in delictis
peꝑit me mr̄ mea. Qui eī in iniq̄tatib⁹ ſe
conceptū nouerat: a delicto ſe natū geme
bat: q2 portat in ramo hūorē vicij quē tra
xit ex radice. In q̄b⁹ tn̄ verbis nō admi-
xtionē cōiugū iniq̄tatē noīat: ſed ipam vi
delicet voluptatē admixtiōis. Sūt eteni
multa q̄ licita ac legitima ſunt: ⁊ tn̄ in eo
rū actu aliquaten⁹ fedamur. Sicut ſepe
iraſcēdo culpas inſequimur et trāquilli-
tatē in nobis animi ꝑturbam⁹. Et cū re-
ctū ſit qđ agit̄ nō eſt tn̄ approbabile qđ in
eo anim⁹ ꝑturbat̄. Cōtra vitia quippe de
linquētiū irat⁹ fuerat q̄ dicebat: turbat⁹
eſt pre ira ocul⁹ me⁹. Q2 eni nō valet niſi
trāquilla mēs in cōtēplatiōis ſe lucē ſuſ-
pēdere: in ira ſuū oculū turbatū dolebat:
q2 dū male actū deorſum inſequit̄ cōfun-
di atq3 turbari a ſummorū cōtēplatione
cogebatur. Et laudabilis ergo eſt ira cō-
tra vitiū: ⁊ tn̄ moleſta q2 turbatum ſe ali
quē reatū incurriſſe eſtimabat. Oportet
itaq3 legitiā carnis copula vt cauſa ꝓlis
ſit nō voluptatis ⁊ carnis cōmixtio creā
dorū liberorū ſit gr̄a nō ſatiſfactio vitioꝝ.
Siq̄s vero ſua cōiuge nō cupidine volu-
ptatis rapt⁹ ſed ſolūmō creādorū libero-
rū gr̄a vtitur: iſte ꝑfecto ſiue de ingreſſu
eccl'ie: ſeu de ſumēdo dn̄ici corꝑis ſangui
niſq3 miſterio: ſuo eſt iudicio relinquend⁹.
Q2 a nobis ꝓhiberi nō debet accipe: q̄ in
igne poſit⁹ neſcit ardere. Cū vo nō amor
optāde ſobolis ſed voluptas dn̄at̄ in ope
cōmixtiōis: habēt cōiuges etiā de ſua cō
mixtiōe qđ doleāt. Hoc eī eis cōcedit ſctā
p̄dicatio ⁊ tn̄ de ipa ɔceſſiōe metu aīm cō
cutit. Nā cū paul⁹ apl's diceret: q̄ ſe cōti-
nere nō poteſt habeat vxorē ſuā: ſtati ſub
iūgere curauit. Hoc aūt dico ſcđm indul-
gētiā nō ſcđm impiū. Nō eni indulgetur
qđ licet: q2 iuſtū eſt. Qđ igit̄ indulgeri di
xit: culpā eſſe demōſtrauit. Uigilanti ve
ro mēte pēſandu3 eſt q2 in ſyna mōte dn̄s
ad ppl'm locuturus: prius eūdē populu3
abſtinere a mulierib⁹ precepit. Et ſi illic
vbi dn̄s per creaturā ſubditā hoībus lo-
quebat̄ tāta ꝓuiſione eſt mūdicia corpo-
ris requiſita: vt q̄ verba dei ꝑciperēt mu
lierib⁹ mixti nō eſſent: quāto magis mu-
lieres q̄ corp⁹ dn̄i oīpotentis accipiūt: cu
ſtodire in ſe mūdiciā carnis debēt: ne ipa

ineſtimabilis miſterij magnitudie grauentur. Hinc eteni ad dauid de pueris ſuis per ſacerdotē dicit: vt ſi a mulieribus mūdi eſſent panes ꝓpoſitionis acciperēt quos oīno nō acciperēt: niſi pri⁹ mundos cos dauid a mulierib⁹ fateret. Tūc autē vir q̄ poſt admixtionē cōiugis lot⁹ aqua fuerit etiā ſacre cōmuniōis miſteriū valet accipe: cui ei iuxta p̄finitā ſententiā etiam eccleſiā licuerit intrare. ¶ Interrogatio bti auguſtini. Si poſt illuſionez q̄ per ſompniū ſolet accidere: vel corp⁹ dñi q̄libet accipe valeat: vel ſi ſacerdos ſit ſacra miſteria celebrare ¶ Rñſio beati gregorij pape. Hūc quidē teſtamētum veteteris legis ſicut in ſupiori capitulo iā diximus pollutū dicit: ⁊ niſi lotum aqua ei vſq3 ad veſperū itrare eccleſiā nō cōcedit Qd tñ aliter pp̄ls ſpūalis itelligēs: ſub eodē intellectu accipiet quo prefati ſum⁹ q3 quaſi per ſompniū illuditur: q̄ tēptat⁹ immūdicia veris imaginib⁹ in cogitatione inquinat. Sed lauādus eſt aqua: vt culpas cogitatiōis lachrymis abluat et niſi prius ignis tēptatiōis receſſerit reū ſe quaſi vſq3 ad veſperū cognoſcat. Sed eſt in eadē illuſiōe valde neceſſaria diſcretio: que ſubtiliter pēſare debeat ex qua re accidat mēti dormiētis. Aliqñ eni ex crapula: aliqñ ex nature ſuperfluitate: vel infirmitate: aliqñ ex cogitatiōe cōtigit. Et quidē cū ex nature ſuperfluitate vl' infirmitate euenerit: oīno hec illuſio nō eſt timēda: q3 hāc aīm neſciētē ptuliſſe magis dolēdū eſt q̄ feciſſe. Cū vero vltra modū appetitus gule in ſumēdis alimētis rapit atq3 idcirco humorū receptacula grauāt habet exiñ anim⁹ aliquē reatū: nō tamē vſq3 ad ꝓhibitionē pcipiendi ſcti miſterij vel miſſarū ſolēpnia celebrādi cū fortaſſe aut dies feſt⁹ exigit: aut exhiberi miſteriū pro eo q̄ ſacerdos ali⁹ i loco deeſt: ipa neceſſitas cōpellit. Nā ſi aſſunt alij q̄ implere miniſteriū valeāt: illuſio pro crapula fctā a pceptiōe ſacri miſterij prohiberi nō debet: ſed ab imolatione ſacri miſterij abſtinere (vt arbitror) hūiliter deb3: ſi tñ dormiētis mētē turpi imaginatiōe nō cōcuſſerit. Nā ſunt q̄bus ita plerūq3 illuſio naſcit: vt eorū anim⁹ etiā in ſompno corporis poſit⁹ turpib⁹ imaginatiōib⁹ nō fedet. Qua in re vnū ibi oſtēdit: ipa mēs rea: nō tñ ſuo iudicio libera: cū ſe ⁊ ſi dormiēti corpe nichil meminit vidiſſe: tñ in vigilijs corpis meminit in ingluuiē cecidiſſe. Sin vero ex turpi cogitatione vigilātis orit illuſio dormiētis: patet animo reat⁹ ſuus. Uidet eni a qua radice inquinatio illa pceſſerit: q3 q̄ cogitauit ſciens hoc ptulit neſciēs. Sed pēſandū eſt: ipſa cogitatio vtrū ſuggeſtiōe an delectatiōe vel qđ maius eſt pcti conſenſu acciderit. Trib⁹ eteni modis implet oīe pctm̄ videlicet ſuggeſtiōe: delectatiōe: conſenſu. Suggeſtio quippe fit per dyabolū: delectatio per carnē: cōſenſus per ſpm̄. Nā et primā culpā ſerpens ſuggeſſit: eua vero velut caro delectata eſt: adā vo velut ſpirit⁹ cōſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio: vt inter ſuggeſtionē atq3 delectationē: inter delectationem ⁊ cōſenſum iudex ſui anim⁹ p̄ſideat. Cū eni malignus ſpūs pctm̄ ſuggerit in mēte: ſi nulla pcti delectatio ſequit: oīno perpetratū nō eſt. Cū vero delectare caro cepit: tūc pctm̄ icipit naſci. Si aūt ex deliberatiōe cōſentit tūc pctm̄ cognoſcit pfici. In ſuggeſtione igit pcti ſemē eſt: in delectatiōe fit nutrimētū: in cōſenſu pfectio. Et ſepe cōtigit vt hoc qđ malign⁹ ſpūs ſemiat in cogitatione: caro in delectationē trahat: nec tñ aīa eidē delectatiōi cōſentiat. Et cū caro delectare ſine aīo neq̄at: ipe tñ anim⁹ carnis voluptatib⁹ reluctās: in delectatiōe carnali aliquo mō ligat inuit⁹ vt ei ex ratiōe cōtradicat ne cōſentiat: ⁊ tñ delectatiōe ligat⁹ ſit: ſed ligatū ſe vehemēter ingemiſcat. Uñ ⁊ ille celeſtis exercitus pci

puus miles gemebat dicēs. Uideo autē
aliā legē in mēbꝛis meis repugnantē le-
gi mētis mee: ⁊ captiuū me ducentē in le
gē peccati que eſt in mēbꝛis meis. Si au
tē captiuus erat: minīe pugnabat. Sed
⁊ pugnabat: quapꝛopter et captiu⁹ erat
⁊ pugnabat.. Igitur legi mētis: lex que
in membꝛis eſt repugnabat. Si aūt pu
gnabat: captiuus nō erat. Ecce itaqꝫ ho-
mo eſt (vt ita dixerim) captiuus et liber.
Liber ex iuſticia quā diligit captiuus ex
delectatiōe quā poꝛtat inuit⁹. Hucuſqꝫ
rñſiones bti pape gregoꝛij: ad cōſulta re
uerendiſſimi antiſtitis auguſtini epiſto
lā vero quā ſe arelatēſi epō feciſſe comme
moꝛat: ad virgiliū etherij ſucceſſoꝛem de
derat cuius hec foꝛma eſt. Reuerēdiſſi-
mo ⁊ ſctiſſimo fratri virgilio epō: grego-
rius ſeruus ſeruoꝛū dei. Quātus ſit affe
ctus veniētibus ſpōte fratrib⁹ impēden
dus: ex eo qđ plerūqꝫ ſolēt charitatis cau
ſa inuitari cognoſcitur. Et ideo ſi cōmu-
nē fratrē auguſtinū epm ad vos venire
contigerit: ita illū dilectio vr̄a ſicut decet
affectuoſe dulciterqꝫ ſuſcipiat: vt et ipm
conſolationis ſue bono refoueat: et alios
qualiter fraterna charitas colenda ſit do
ceat. Et qm̄ ſepius euenit vt hi qui longe
ſunt poſiti pꝛius ab alijs que ſunt emen-
dāda cognoſcāt: ſi quas foꝛte fraternita-
ti veſtre ſacerdotū vel alioꝛū culpas intu
lerit: vna cū eo reſidētes ſubtili cūcta in-
ueſtigatione perquirite: ⁊ ita vos in ea q̄
deū offendūt ⁊ ad iracundiā ꝓuocant: di
ſtrictos ac ſollicitos exhibete: vt ad alio-
rum emendationē ⁊ vīdicta culpabilem
feriat: ⁊ innocentem falſa opinio nō affli-
gat. Deus te incolumē cuſtodiat reuerē-
diſſime frater Data die decima kalenda
rum iuliarū imperāte dn̄o nr̄o mauricio
tiberio pijſſimo auguſto anno nonodeci-
mo: pōtificatus eiuſdē domini nr̄i anno
octauodecimo: indictiōe quarta. Pꝛete-
rea idē papa gregoꝛi⁹ auguſtio epiſcopo
quia ſuggeſſerat ei: multā quidē ſibi eſſe
meſſem: ſed operarios paucos: miſit cū
pꝛefatis ſuis legatarijs: plures coopera
toꝛes ac verbi miniſtros: in quib⁹ pꝛimi
⁊ pꝛecipui erant: mellitus: iuſtus: pauli
nus: rufinianus: ⁊ per eos gn̄aliter vni-
uerſa que ad cultū erant ac miniſteriū ec
cleſie neceſſaria: vaſa videlꝫ ſacra: et ve-
ſtimenta altariū: oꝛnamenta quoqꝫ eccle
ſiarū: et ſacerdotalia vel clericalia indu-
mēta: ſanctoꝛū et apoſtoloꝛū ac martyꝛū
reliquias: necnō ⁊ codices plurimos. Mi
ſit etiā litteras in quibus ſignificat ſe ei
palliū direxiſſe: ſimulqꝫ inſinuat qualiter
epōs in bꝛitannia conſtituere debuiſſet.
Quarū litterarū iſte eſt textus. Reue-
rēdiſſimo ⁊ ſanctiſſimo fratri auguſtino
coepō: gregoꝛius ſeruus ſeruoꝛū dei. Cū
certum ſit pꝛo omnipotēte deo laboꝛanti
bus: ineffabilia eterni regni pm̄ia reſer-
uari: nobis tn̄ eis neceſſe eſt honoꝛū bn̄fi
cia tribuere: vt in ſpūalis operis ſtudio:
ex remuneratione valeāt multiplici⁹ in-
ſudare. Et quia noua angloꝛum eccleſia
ad omnipotētis dei grām eodē dn̄o largi
ente: ⁊ te laboꝛante perducta eſt: vſum ti
bi pallij in ea: ad ſola miſſarū ſolempnia
agenda cōcedimus: ita vt per loca ſingu
la: duodecim epōs oꝛdines: qui tue ſubia
ceant ditioni: quatinus londoniēſis ciui-
tatis epus ſemp impoſterū a ſynodo pꝛo
pꝛia debeat conſecrari: atqꝫ honoꝛis pal-
liū: ab hac ſctā ⁊ apoſtolica cui deo aucto
re deſeruio ſede percipiat. Ad eboꝛacā ve
ro ciuitatē volumus epm mittere: quem
ipſe iudicaueris oꝛdinari: ita dūtaxat vt
ſi eadē ciuitas cū finitimis locis verbum
dei receperit: ipſe quoqꝫ duodecim epiſco-
pos oꝛdinet: ⁊ metropolitani honoꝛe per
fruatur. Quia ei quoqꝫ: ſi vita comes fu
erit palliū tribuere: dn̄o fauente diſponi
mus: quē tamen tue fraternitatis volu-
mus diſpoſitiōi ſubiacere. Poſt obitū ve
ro tuū: ita epīs quos oꝛdinauerit pꝛeſit:

vt londonieſis epi nullo modo ditiōi ſub⸗
iaceat. Sit vero inter lōdonie et eborace
ciuitatis epos impoſterum: honoris iſta
diſtinctio vt ipſe prior habeatur: qui pri⸗
us fuerit ordinatus. Cōmuni aūt cōſilio
⁊ concordi actione queqꝫ ſunt pro xpi zelo
agenda diſponant: vnanimiter recte ſen
ciāt: ⁊ ea que ſenſerint: nō ſibimet diſcre⸗
pando perficiāt. Tua vero fraternitas:
nō ſoluꝫ eos epos quos ordinauerit: neqꝫ
hos tm̄modo qui per eborace epm fuerit
ordinati: ſed etiā oēs britānie ſacerdotes
habeat dn̄o nr̄o iheſu xpo auctore ſubie⸗
ctos: quatinus ex lingua et vita tue ſcti⸗
tatis: ⁊ recte credēdi et bene viuendi for⸗
mā percipiāt: atqꝫ officiū ſuū fide ac mo⸗
ribus exequētes: ad celeſtia cū dn̄s volu
erit regna pertingāt. Deus te incolumē
cuſtodiat: reuerendiſſime frater. Data
die decima kalēdarū iuliarū: imperante
dn̄o nr̄o mauricio tiberio piiſſimo augu⸗
ſto: anno nonodecio: pontificatus eiuſdē
dn̄i: anno octauodecimo: indictiōe quar⸗
ta. Abeūtibus aūt prefatis legatariis
miſit poſt eos beatus papa gregori⁹ lit⸗
teras mēoratu dignas in quibus aperte
ꝙ ſtudioſe erga ſaluationē nr̄e gentis in
uigilauerit oſtēdit ita ſcribēs. Dilectiſ⸗
ſimo filio mellito abbati: gregorius ſer⸗
uus ſeruorū dei. Poſt diſceſſum cōgrega
tionis que tecū eſt valde ſumus ſuſpenſi
redditi: quia nichil de proſperitate veſtri
itineris: audiſſe nos cōtigit. Cū ergo de⸗
us opms: vos ad reuerēdiſſimū virū au⸗
guſtinum epm perduxerit dicite ei: quid
diu mecum de cauſa anglorum cogitās
tractaui videlicet q̄uia phana idolorum
deſtrui in eadem gente minime debeant
ſed ipſa que in eis ſunt idola deſtruātur:
aqua bn̄dctā fiat ⁊ in eiſdē phanis aſper
gatur: altaria cōſtruātur: reliquie ponā
tur qꝛ ſi phana eadē bene cōſtructa ſunt:
neceſſe eſt vt a cultu demonū in obſequiū
veri dei debeāt cōmutari vt dū gens ipa
eadē phana ſua nō videt deſtrui: de corde
errorē deponat: ⁊ deū verū cognoſcens et
adorans: ad loca que conſueuit: familia⸗
rius cōcurrat. Et quia boues ſolent in ſa
crificio demonuꝫ multos occidere: debet
eis etiā hac de re aliqua ſolēpnitas imu⸗
tari: vt die dedicatiōis vel natalicij ſctō⸗
rū martyrū: quorū illic reliquie ponūtur
tabernacula ſibi circa eaſdē eccl'ias: que
ex phanis commutate ſunt: de ramis ar
borū faciāt: ⁊ religioſis cōuiuijs ſolēpni⸗
tatē celebrent. Nec dyabolo iā animalia
immolent: ſed ad laudē dei in eſu ſuo aīa
lia occidant: et donatori oīm de ſacietate
ſua grās referant. Ut dum eis aliqua ex
terius gaudia reſeruantur: ad interiora
gaudia cōſentire facilius valeāt. Nā du
ris mētibus: ſimul omnia abſcidere im⸗
poſſibile eſſe nō dubium eſt: ⁊ is qui ſum
mū locū aſcendere nititur: gradibus vel
paſſibus: nō aūt ſaltibus eleuatur. Sic
iſraelitico pp̄lo in egypto: dn̄s ſe quidem
innotuit: ſed tamen eis ſacrificiorū vſus
q̄ dyabolo ſolebant exhibere: in cultu pro
prio reſeruauit: vt eis i ſuo ſacrificio aīa⸗
lia immolare pciperet: quatinus cor mu
tātes: aliud de ſacrificio amitterēt: aliud
retinerēt: vt ⁊ ſi ipa eſſent animalia: que
offerre cōſueuerāt: vero tm̄ deo hec: et nō
idolis immolantes: iā ſacrificia ipſa non
eſſent. Hec igitur dilectionē tuā predicto
fratri neceſſe eſt dicere: vt ipſe in preſenti
illic poſitus perpēdat: qualiter oīa debe⸗
at diſpenſare. Deus te incolumē cuſtodi
at: dilectiſſime fili. Data ⁊c. vt ſupra.
Quo in tpe miſit etiaꝫ auguſtino epiſto⸗
lā: ſuper miraculis q̄ per eū facta eſſe co⸗
gnouerat: in qua eum nec per illorum co
piā: periculū elatiōis incurreret: his ver
bis hortatur. Scio frater chariſſime: qꝛ
omps de⁹ per dilectionē tuā in gēte quā
elegi voluit: magna miracula oſtendit.
Unde neceſſe eſt vt de eodē dono celeſti et
timēdo gaudeas: ⁊ gaudēdo ptimeſcas.

Gaudeas videlicet quia anglorũ anime
per exteriora miracula: ad interiorẽ gra-
tiã pertrahũtur: pertimeſcas vero ne in
ter ſigna que fiunt: infirmus animus in
in ſui p̃ſumptione ſe eleuet: ⁊ vnde foras
in honorẽ tollitur: inde per inanez gloriã
intus cadat. Meminiſſe eteñ debemus
quia diſcipuli cũ gaudio a predicatiõe re
deũtes: dũ celeſti magiſtro dicerẽt. Dñe
in nomĩe tuo etiã demõia nobis ſubiecta
ſunt: protinus audierunt. Nolite gaude
re ſuper hoc: ſed potius gaudete: qꝛ noïa
vr̃a ſcripta ſunt in celo. In priuata enim
⁊ tpali leticia: mentẽ poſuerãt: q̃ de mira
culis gaudebãt: ſed de priuata ad cõmu-
nẽ: de tpali ad eternã leticiã reuocantur:
quibus dicit̃. In hoc gaudete: qꝛ noïa ve
ſtra ſcripta ſunt in celo. Nõ eni oẽs electi
miracula faciũt: ſed tamẽ eorũ noïa oïm
in celo tenẽtur aſſcripta. Ueritatis eteni
diſcipulis eſſe gaudiũ nõ debet: niſi de eo
bono: qđ cõe cũ oïb⁹ habent: in quo leticie
finem nõ habẽt. Reſtat itaqꝫ frater cha-
riſſime vt inter ea que operãte dño: exte-
rius facis: ſemper te interius ſubtiliter
iudices: ac ſubtiliter intelligas: et temet
ip̃m q̃s ſis: ⁊ quãta ſit in eadẽ gente gra-
tia pro cuius cõuerſione: etiã faciendorũ
ſignorũ dona percepiſti. Et ſi qñ te creato
ri nr̃o: ſeu per linguam: ſiue per opera re
miniſceris deliquiſſe: ſemꝑ hec ad memo
riã reuoces: vt ſurgẽtẽ cordis gloriã: me
moria reatus premat. Et quicqđ de faciẽ
dis ſignis accepis: vel accepiſti: hec non
tibi ſed illis deputes donata: pro quoꝝ ti
bi ſalute: collata ſunt. Miſit idẽ btũs pa
pa gregorius: eodẽ tpe etiã regi ethelber
to ep̃lam ſimul ⁊ dona: in diuerſis ſpecie
bus perplura tpalibus quoqꝫ honorib⁹:
regẽ glorificare ſatagens: cui glorie cele-
ſtis: ſuo labore ⁊ induſtria: noticiã proue
niſſe gaudebat. Exẽplar aũt ep̃le hoc eſt
Dño glorioſiſſimo atqꝫ p̃cellẽtiſſimo fi-
lio ethelberto regi anglorum Gregorius
epũs. Propter hoc omĩps de⁹ bonos quoſ
qꝫ ad pp̃lorũ regimina pducit vt per eos
oïbus quibus p̃lati fuerint: dona ſue pie
tatis impendat: qđ in anglorũ gẽte factũ
cognouim⁹: cui vr̃a gloria idcirco eſt pre-
poſita: vt per bona q̃ vobis conceſſa ſunt
etiã ſubiecte vobis genti ſuperna benefi
cia preſtarẽtur. Et ideo glorioſe fili: eam
quã accepiſti diuinit⁹ grãm: ſollicita mẽ
te cuſtodi. Chriſtianã fidem in pp̃lis tibi
ſubditis extendere feſtina: zelũ rectitudi
nis tue in eorũ cõuerſiõe multiplica: ido-
lorũ cult⁹ inſeq̃re: phanorũ edificia euer-
te: ſubditorũ mores ⁊ magna vite mũdi-
cia exhortãdo: terrẽdo: blãdiẽdo: corrigẽ-
do: et boni opis exẽpla mõſtrãdo edifica:
vt illũ retributorẽ inuenias in celo cuius
nomẽ atqꝫ cognitionẽ delataueris in ter-
ra. Ipſe eni quoqꝫ vr̃e glorie nomen: etiã
poſteris glorioſius reddet: cuius vos ho
norẽ queritis ⁊ ſeruatis in gẽtibus. Sic
eteni cõſtãtinus: quõdã piiſſimus impe-
rator romanã rẽpublicã: a peruerſis ido
lorũ cultib⁹ reuocãs: oïpotẽti deo dño no-
ſtro iheſu xp̃o ſecũ ſubdidit: ſeqꝫ cum ſub
iectis populis: tota ad eũ mente cõuertit
Uñ factũ eſt vt antiquorũ pricipũ nomẽ:
ſuis vir ille laudibus vinceret ⁊ tanto in
opinione preceſſores ſuos: quãto in bono
opere ſuperaret. Et nũc itaqꝫ vr̃a gloria
cognitionẽ vnius dei patris ⁊ filij ⁊ ſpũs
ſcti: regib⁹ ac pp̃lis ſibimet ſubiectis fe-
ſtinet infundere: vt ⁊ antiquos gẽtis ſue
reges: laudib⁹ ac meritis trãſeat: ⁊ quã-
to in ſubiectis ſuis aliena peccata deter-
ſerit: tãto etiã de peccatis ꝓpriis: añ om
nipotẽtis dei terribile examẽ: ſecurior fi-
at. Reuerendiſſimus frater noſter augu
ſtin⁹ ep̃s: in monaſterij regula edoct⁹: ſa
cre ſcripture ſcientia repletus: bonis au
ctore deo opib⁹ p̃ditus: queqꝫ vos ammo
net libenter audite: deuote peragite: ſtu-
dioſe in memoria reſeruate: qꝛ ſi vos eũ
in eo qđ pro oïpotẽte deo loquit̃ auditis:

idē omps de⁹: hūc pro vobis exorātē cele
ri⁹ exaudit. Si ei (qđ abſit) vba ei⁹ poſt-
ponitis qn eū omps deus poterit audire
pro vobis quē vos negligitis audire pro
deo. Tota igit mēte cū eo vos in feruore
fidei ſtrigite atq; anniſū illi⁹: vtute quā
vobis diuinitas tribuit adiuuate: vt reg
ni ſui vos ipe faciat eſſe pticipes cui⁹ vos
fidē in regno vro recipi facitis ⁊ cuſtodiri
Preterea ſcire gloriā vram volum⁹: q; ſi
cut in ſcriptura ſacra: ex verbis dni oipo
tētis agnoſcim⁹: pntis mūdi iā termin⁹
iuxta eſt: ⁊ ſctorū regnū vēturū eſt: quod
nullo vnq̄ poterit fine terminari. Appro
piquāte aūt eodē mūdi termīo multa im
minēt q̄ ātea nō fuerāt: videlʒ imutatio-
nes aeris: terroreſq; de celo: ⁊ cōtra ordi-
natioēm tpm / tēpeſtates / bella / fames /
peſtilētie / terremot⁹ per loca: q̄ tn̄ nō oīa
nris diebus vētura ſunt: ſed poſt nros di
es oīa ſubſequet. Vos itaq; ſi qua ex his
euenire i terra vra cognoſcitis: nullomō
vrm aīm pturbetis: q; idcirco hec ſigna
de fine ſeculi pmittūt: vt de aīab⁹ nris de
beam⁹ eſſe ſolliciti: de mortis hora ſuſpe
cti: ⁊ vēturo iudici in bonis actib⁹ inueni
amur eſſe pparati. Hec nunc glorioſe fili:
paucis locut⁹ ſū verbis: vt cū xpiana fi-
des in regno vro excreuerit: noſtra quoq;
apud vos locutio latior excreſcat: ⁊ tanto
pl⁹ loqui libeat: quāto ſe in mēte nra gau
dia de gētis vre pfectā cōuerſioē multipli
cāt Parua aūt exennia trāſmiſi: q̄ vobis
pua non erūt: cū a vobis ex bti petri apli
fuerit bndictioē ſuſcepta Omps itaq; de
us in vobis grām ſuaʒ quā cepit pficiat:
atq; vitā vraʒ et hic per multorū annorū
curricula extēdat: ⁊ poſt lōga tpa in cele-
ſtis vos patrie cōgregatioē recipiat. In
columē excellētiā vram grā ſupna cuſto-
diat: dne fili. Data die decia kalēdarū iu
liarū imperāte dno nro mauricio tiberio
piiſſimo auguſto: anno nonodecio: pōtifi
cat⁹ eiuſdē dni nri anno octauodecio indi
ctiōe quarta At auguſtin⁹ vbi in regia
ciuitate: ſedē epalē vt pdixim⁹ accepit: re
cuperauit in ea: regio fult⁹ adminiculo:
eccliaʒ quā inibi antiquo romanorū fide-
liū ope: factā fuiſſe didicerat: et eā in noie
ſcti ſaluatoris dei: et dni nri iheſu xpi ſa-
crauit atq; ibidē ſibi habitationē ſtatuit
⁊ cūctis ſucceſſorib⁹ ſuis. Fecit aūt ⁊ mo
naſteriū nō lōge ab ipa ciuitate ad orien-
tē: in quo ei⁹ hortatu ethelbert⁹ eccliam
btorū aplorū petri ⁊ pauli a fundamētis
cōſtruxit ac diuerſis donis ditauit: i qua
ipſius auguſtini ⁊ oīm epōrū dorobernē
ſiū ſimul ⁊ regū cācie: poni corpa poſſent
Quā tn̄ eccliaʒ: nō ipe auguſtin⁹ ſed ſuc-
ceſſor ei⁹ laurēti⁹ cōſecrauit. Prim⁹ autē
eiuſdeʒ monaſterij abbas: petr⁹ pſbyter
fuit: q̄ legat⁹ galliā miſſus: dimerſus eſt
in ſinu maris: q̄ vocat amflet: et ab inco-
lis loci: ignobili tradit⁹ ſepulture. Sed
omps de⁹ vt qualis meriti vir fuerit de-
monſtraret: omni nocte ſupra ſepulchrū
ei⁹ lux celeſtis apparuit: donec animad-
uertētes vicini q̄ videbāt ſctm̄ fuiſſe virū
q̄ ibi eſſet ſepult⁹ et inueſtigātes: vn̄ vel
q̄s eſſet: abſtulerūt corp⁹ ⁊ in bononia ci-
uitate: iuxta honorē tāto viro cōgruū in
eccleſia poſuerūt. Anno aūt dni ſexcēte
ſimoquito btūs gregori⁹ poſtq̄ romanā
ſedē: tredecim annis mēſib⁹ ſex diebus
decē rexiſſet: ad celeſtē gloriā trāſlat⁹ eſt.
Quē recte nrm appellare poſſum⁹ et de-
bem⁹ aplm: q; cū primū in toto orbe gere
ret pōtificatū: et cōuerſis iā dudū ad fidē
veritatis eſſet plat⁹ eccleſijs: nram gētē
eaten⁹ idolis mācipatā: xpi fecit eccleſiā
Nec ſilētio ptereūda opinio: q̄ de btō gre-
gorio traditioē maiorū ad nos vſq; plata
eſt: qua videlicet ex cauſa āmonit⁹: tā ſe-
dulā erga ſalutē noſtre gētis curā geſſit.
Dicūt q; die quadā cū aduenientib⁹ nup
mercatorib⁹ multa venalia i forū fuiſſēt
allata: multi ad emendū confluxiſſent: ⁊
ipm gregoriū inter alios aduenifſe: ac vi

diſſe inter alia pueros venales poſitos:
cādidi corpis ac venuſti vult⁹: capilloꝝ
quoqꝫ forma egregia. Quos cū aſpiceret
īterrogauit de qua regiōe vł terra eſſent
allati? Dictūqꝫ eſt: q̄ de britānia inſula:
cui⁹ incole talis eſſēt aſpect⁹. Rurſus in-
terrogauit vtrū inſulani xpiani eſſēt: an
paganicis adhuc erroꝛib⁹ implicati? Di
ctū eſt ꝙ eſſēt pagani. At ille ītimo ex cor-
de lōga trahēs ſuſpiria: heu proch dolor
inquit: ꝙ tā lucidi vult⁹ hoīes: tenebrarū
auctor poſſidet tātaqꝫ grā frōtis pſpicue
mentē ab interna grā vacuā geſtat. Rur
ſus ergo interrogauit qđ eſſet vocabulū
gētis illi⁹? rn̄ſumqꝫ eſt ꝙ angli vocarent.
At ille. Bn̄ inquit angli: nā ⁊ angelicā ha
bēt faciē: et tales angeloꝝ in celis: decet
eſſe coheredes. Qđ habet nomē ipa puī-
cia de qua iſti ſūt allati? Rn̄ſum eſt: q̄ de-
iri vocarent idē puīciales. Et ille. Bn̄ inqt
deiri: q̄ de ira eruti: ad miām xpi vocādi
Rex puīcie illi⁹ quō appellat? Rn̄ſumqꝫ
eſt ꝙ alle diceret At ille alludēs ad nomē
ait. Alla ad laudem dei creatoris illis in
partib⁹ oportet cātari. Aſcēdēſqꝫ ad pōti
ficē ſummū: nōdū enī erat ipe pōtifex fa-
ctus rogauit vt gēti angloꝝ in britāniā
aliquos v̄bi miniſtros per quos ad xpm
cōuertent mitteret: ſeipm paratū eſſe in
hoc op⁹ dn̄o cooperāte pficiēdū: ſi tn̄ apo-
ſtolico pape hoc fieri placeret. Qđ dū pfi-
cere nō poſſet: q̄ ⁊ ſi pōtifex concedere illi
qđ petierat voluit: non tn̄ ciues romani:
vt tā longe ab vrbe tēderet permitterēt.
Mox vero pōtifex fctūs: op⁹ diu deſidera
tū pfecit: alios quidē p̄dicatores mittēs:
ſed ipe p̄dicationē vt fructificaret ſuis ex
hortationib⁹ ac p̄cib⁹ adiuuās. Interea
auguſtin⁹ adiutorio vſus ethelberti re-
gis: conuocauit ad ſuū colloquiū epos ſi-
ue doctores prime britonū puīcie: in lo-
co vbi vſqꝫ hodie ligua angloꝝ auguſti-
nes ok id eſt robur auguſtini in confinio
wictioꝝ ⁊ occidētaliū ſaxonū appellatur
cepitqꝫ eis fraterna admonitiōe ſuadere
vt pace catholica ſecū habita: cōmunem
euāgelizādi gētibus pro dn̄o laborē ſuſci
perēt. Nō eñ paſche diē dn̄icū ſuo tpe: ſed
a quartadecima vſqꝫ ad viceſimā obſer-
uabāt: q̄ cōputatio octogītaquatuor an-
noꝝ circulo cōtinet. Sed ⁊ alia plurima
vnitati eccłiaſtice ꝯtraria faciebāt. Qui
cū lōga diſputatiōe habita: neqꝫ p̄cibus
neqꝫ hortamētis: neqꝫ increpationibus
auguſtini ac ſocioꝝ ei⁹ aſſenſū p̄bere vo
luiſſēt: ſed ſuas poti⁹ traditiōes vniuer-
ſis q̄ per orbē ſibi in xpo concordāt eccłijs
p̄ferrēt: ſctūs pater auguſtin⁹ hūc labo-
rioſi ac lōgi certaminis finē fecit: ⁊ dixit.
Obſecremus deū q̄ habitare facit vnani
mes in domo patris ſui: vt ipe nobis inſi
nuare celeſtib⁹ ſignis dignet q̄ ſequenda
traditio: quib⁹ ſit vijs ad ingreſſū regni
illi⁹ pperādū. Adducat aliqs eger: ⁊ per
cui⁹ p̄ces fuerit curat⁹: hui⁹ fides ⁊ ope-
ratio deo deuota atqꝫ oīb⁹ ſequēda creda
tur. Qđ cū aduerſarij licet inuiti cōcede-
rēt: allat⁹ eſt qdā de gn̄e angloꝝ oculoꝝ
luce priuat⁹. Qui cū oblat⁹ britonū ſacer
dotib⁹ nichil curatiōis vel ſanatiōis ho-
rū miniſterio pciperet: tandē auguſtin⁹
iuſta neceſſitate cōpulſus: flectit genua
ſua ad p̄rem dn̄i nr̄i iheſu xpi: dep̄cās vt
viſū ceco quē amiſerat reſtitueret: et per
illuminationē vni⁹ hoīs corpalē in pluri
moꝝ corde fideliū: ſpūalis grāz lucis ac-
cēderet. Nec mora illumiat cecus ac ve-
ris ſūme lucis p̄co ab oīb⁹ p̄dicat augu-
ſtin⁹. Tūc britones cōfitent quidē intelle-
xiſſe ſe verā eſſe viā iuſticie quā p̄dicaret
auguſtin⁹: ſed nō poſſe ſe: abſqꝫ ſuoꝝ cō-
ſenſu ac licētia priſcis abdicare moribus
Vn̄ poſtulabāt vt ſecūdo ſynod⁹ plurib⁹
aduenientib⁹ fieret. Qđ cū eſſet ſtatutū:
venerūt ſeptē britonū epi: et plures viri
doctiſſimi: maxie de nobiliſſimo eoꝝ mo
naſterio bencornaburc mō ab anglis bā
gor vocato: cui tpe illo dinoot abbas pre-

fuiſſe narratur. Qui ituri ad prefatū cōſilium venerunt primo ad quedā virū ſctm̄ ac prudētē qui apud eos anachoritice vixit: cōſulentes an ad predicationē auguſtini ſuas deſerere traditiones deberēt. Qui rn̄dit. Si homo dei eſt: ſequimini illum. Dixerūt. Et vnde hoc poſſum⁹ probare? Et ille. Dn̄s inquit ait. Tollite iugū meū ſuper vos ⁊ diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Si ergo auguſtinus ille mitis eſt ⁊ humilis corde: credibile eſt q̄ iugū xp̄i ⁊ ipē portet ⁊ vobis portandū offerat. Sin aūt imitis ac ſupbus eſt: cōſtat q̄ nō eſt de deo: neq̄ vobis ei⁹ ſermo curād⁹. Et illi. Et vnde vel hoc dinoſcere valeam⁹? Procurate inquit vt ipē prior cū ſuis ad locū ſynodi adueniat et ſi vobis appropiquātib⁹ aſſurrexerit: ſciētes quia famul⁹ xp̄i eſt: obtēperanter illū audite. Sin aūt vos ſpreuerit: nec corā vobis aſſurgere voluerit: cū ſitis numero plures: et ipē ſpernatur a vobis. Factumq̄ eſt vt veniētibus illis ſederet auguſtinus in ſella. Qđ illi videtes: mox in irā cōuerſi: eumq̄ notātes ſupbie cūctis que dicebat cōtradicere laborabāt. Dicebat autē eis q̄ in multis nr̄e cōſuetudini immo vniuerſali eccleſie contraria geritis: ⁊ tamē ſi in tribus his michi obtēperare vultis: vt paſcha ſuo tēpore celebretis: ⁊ miniſteriū baptizādi iuxta morem romane eccleſie cōpleatis: ⁊ gētibus anglorū vna nobiſcū verbū dn̄i p̄dicetis: ceteraq̄ agitis q̄uis morib⁹ nr̄is cōtraria equanimiter cūcta toleramus. At illi nichil horum ſe facturos neq̄ illum pro archiep̄o habituros eſſe rn̄debāt: ꝯferētes adiuicē quia ſi modo nobis aſſurgere noluit quāto magis ſi ei ſubdi ceperimus: iam nos pro nichilo cōtempnet. Quib⁹ auguſtinus fertur dixiſſe: quia ſi pacē cum fratribus accipere nollēt: bellū ab hoſtibus forent accepturi: ⁊ ſi nationi anglorū nollent viā vite predicare: per horū man⁹ vltionē eſſent mortis paſſuri. Qđ ita diuio agente iudicio patratū eſt. Siquidē poſt hec rex northāhūbrorū ethelfridus collecto grandi exercitu ad ciuitatē legionū que modo ceſtria dicitur maximaȝ gētis perfide ſtragē dedit. Cūq̄ bellū acturus videret ſacerdotes eorū qui ad exorandū deū pro milite bellū agente cōuenerāt ſeorſum in tutiore loco cōſiſtere: ſciſcitabatur qui eſſent hi: quidue acturi illuc cōueniſſent. Erāt aūt plurimi eorū de monaſterio bencor: id eſt bangor: in quo tātus fertur fuiſſe numerus monachorū: vt cū in ſeptē portiones eſſet cū prepoſitis ſibi rectorib⁹ monaſteriū diuiſum nulla harum portio minus q̄ trecentos hoīes haberet. Qui omnes de labore manuū ſuarū viuere ſolebāt. Horū ergo plurimi ad memoratā aciem peracto triduano ieiunio cū alijs orandi cauſa cōuenerant: habentes defenſorē noīe brocinailū: qui eos intētos precib⁹ a barbarorū gladijs protegeret. Quorū cauſā aduētus cū intellexiſſet rex ethelfridus ait Ergo ſi aduerſū nos ad deū ſuum clamāt: profecto et ipſi q̄uis arma nō ferant cōtra nos pugnāt qui aduerſis nos imprecationibus perſequūtur. Itaq̄ in hos primū arma verti iubet: ⁊ ſic ceteras nephāde militie copias: nō ſine magno exercit⁹ ſui dāpno deleuit Extinctos in ea pugna ferūt de his qui ad orādū venerāt: viros circiter mille ducētos: brocinailus ad primū hoſtiū aduentū cū ſuis terga vertēs: eos quos defendere debuerat: inermes ⁊ nudos ferientibus gladijs reliquit. Sicq̄ cōpletū eſt preſagiū ſancti pōtificis auguſtini q̄uis illo ad celeſtia regna tūc tranſlato: vt etiā tpalis interitus vltionē ſentirent perfidi: q̄ allata ſibi perpetue ſalutis cōſilia ſpreuerūt. Perrexit autē ſctūs auguſtinus: ad eboracā ciuitatē ſalutē oīm affectans. Ibat ſemper pedes: abſq̄ vehiculo: patiēs laborū vt verus apoſtolo-

rū ſucceſſoꝛ. Igitur circa fines eboꝛacos
iuxta iter homo quidā paraliticus ⁊ ocu
loꝛū lumine pꝛiuatus exclamauit dicēs.
Sācte auguſtine huic homini rerū ⁊ ſa-
lutis indigo: ſuccurre. Ad quē ſctūs acce
dēs dixit. Argentū nō eſt michi: qđ autē
habeo hoc do tibi. Surge ſanus in nomi
ne dñi nr̄i iheſu xp̄i. Qui ſtatim curatus
credens baptizatus eſt. Baptizauit aūt
in ipſo natalis dñi die: plus ꝙ decē milia
angloꝛū: abſqꝫ paruuloꝛū ac mulierū in-
finito numero: in fluuio qui ſwaluna mo
do ſwala dicitur. In tanta tamē irruen-
tiū turbarū pꝛeſſura: in tā diuerſo ſexus
⁊ etatū atqꝫ infirmoꝛū diſcrimine: cū oēs
per illud intrāſuadabile pꝛofundū trāſi-
rent: nullus omnino periit: nullus ſe ar-
tatū vel leſum planxit: oēſqꝫ egroti: ſicut
aīarū ita ⁊ coꝛpoꝛū moleſtias: in aqua de
poſuerūt. Stat hacten⁹ in eodē loco eccle
ſia in ſancti auguſtini honoꝛe ⁊ nomīe cō
dita. Regrediēs auguſtinus ab eboꝛaco:
obuiū quēdam habuit lepꝛoſum vlcero-
ſa ac pꝛurulenta feditate defoꝛmatū: ⁊ ſa
lutē petenti: condolens acceſſit dicēs. In
dñi ſaluatoꝛis noīe: mūdare ab omni le-
pꝛe tue illuuie. Et ſtatim oīs putrid⁹ hu
moꝛ: vt nubes aufugit: et abſoꝛpta pꝛoꝛ-
ſus immūdicia: cutis mūda totū hoīem
veſtiuit. Cūqꝫ pꝛouinciā que doꝛſeta ap
pellatur attigiſſet et vbiqꝫ vt angel⁹ dñi
reciperetur: incidit in quādā villam: vbi
plebs impia nō ſolū audire nequibat vi-
uifica documēta: verū ludibꝛia et oppꝛo-
bꝛia ſanctis ingerētes: a poſſeſſiōe ſua ſā
ctos dei lōge perturbabāt: nec manu pe-
perciſſe creditur man⁹ effrenis. Uir aūt
dei excuſſo puluere pedū in eos dignā ſu-
is meritis ſentētiā iniecit: quatinus ſan
ctoꝛū cōtemptoꝛes tam in ipſis ꝙ in om-
nib⁹ poſteris ſuis debita pena redargue
ret: qui vite mandata repuliſſent. Fama
enim eſt illos marinoꝛū piſcium caudas
ſāctis appēdiſſe: ⁊ illis quidē gloꝛiā ſem-
piternā peperiſſe: in ſe vero ignominiā
perennē retoꝛſiſſe vt hoc dedecus degene
ranti generi nō innocenti ⁊ generoſe im-
putetur patrie. In alia vero incredulo-
rū gente: cū non ſolū repudiaretur verū
etiā quicq̄d benign⁹ pꝛedicatoꝛ credenti-
b⁹ pollicebatur reſpuebāt ⁊ ſubſānabāt
Oꝛat aūt ſctūs vt illā ollā mundialis pe
tulātie ac dyabolice culture qualē ꝓphe-
ta vidit a facie aquilonis feruentē: in vir
ga ferrea cōterat: aut ſua foꝛnace in meli
us excoquat: ⁊ perditione dignos: coꝛre-
ptione redimat. Pꝛotin⁹ oēs incredibili
igne inuiſibili exuſta cute ſanguinolēta
veſtigia oſtēdebāt. Senes iuuenes ⁊ la-
ctētes vna pene ſentētia plectebant. De
mū ꝑuaricatoꝛes ad coꝛ redeūtes: ſimul
cōglobati: veſtigiis ſctī auguſtini ſuccū-
būt: baptiſmū humiliter flagitātes. Au
guſtino tandē interueniēte in vniuerſis
baptizatis ignis extinguit: et ab illa die
hec peſtis a tota hac patria extermīatur
Oꝛāti ſemel ſctō auguſtīo iheſus xp̄s ſe
oſtēdere dignatus eſt: ⁊ familiari allocu-
tiōe cōſolatus eſt eū dicēs. Cōfoꝛtare mi
ſerue bone et fidelis et viriliter age: quia
tecū ſum dñs de⁹ tuus in omni tua affe-
ctiōe ⁊ aures mee ad pꝛeces tuas: vt pꝛo
quibuſcunqꝫ petieris obtineas. Tibi eni
patet ianua eterne vite vbi mecū gaude
bis ſine fine. Et cū in loco vbi ſteterūt pe-
des dñi baculū itineris ſui fixiſſet: fōs vi
uus ⁊ indeficiēs manare cepit. Quē locū
ad eternā tante gloꝛie memoꝛiā a cernen
do deū cernel appellauit: qđ nomen ex la-
tino hebꝛeoqꝫ cōfectū eſt. Nam vt pꝛima
ſyllaba a cernēdo viſum: ita ſequēs el do-
mini ſonat: modo vero cern dicitur et eſt
in pꝛouincia doꝛſetana: quē locnm et fon-
tem ego iohannes vidi. Ad hoc etiā eccle
ſia in nomīe domini ſaluatoꝛis qui ſe ibi-
dem reuelare dignatus eſt conſtruitur ⁊
conſecratur: ac deinde mōaſterium iam
olim in honoꝛe beati petri apoſtoli edifi-

cijs et rerum opulentia ſublimatum con
ſpicuo in p̄ſētiaꝝ cetu pollet monachoꝝ.
Iuuenis quidā contractꝰ ſurdus ⁊ mu
tus pꝛece ſcti̅ auguſtini curatur dirigun
tur greſſus: abſoluit̄ lingua: aures reſe⸗
rātur. Hic vt cetera vitia leuitatis ⁊ ſcur
rilitatis ip̄iꝰ taceamꝰ: ad eccleſiā veniēs
tanta garrulitate ⁊ laſciuia plebē afficie
bat: vt omnes ſua ī ꝓbitate ſcādalizaret
Et cū ſine moꝛa p̄dictis vinculis grauiꝰ
aſtrictꝰ eſſet: ad ſctm̄ dei adductꝰ qđ ver⸗
bis nequibat: diris ſuſpirijs deplangit ⁊
eiulās veniā depoſcit. Miſertꝰ ergo au⸗
guſtinꝰ miſerie eiꝰ: fuſa ad deū p̄ce: per⸗
fecte ſanitati illū reſtituit. Erat autem
beatꝰ auguſtinꝰ ſtatura pꝛocerus: adeo
vt a ſcapulis populo ſupꝑemineret: facie
amabilis et reuerendus. Signa vero et
ſanitates que ī pp̄lo faciebat: nullꝰ enar⸗
rare poteſt. Pedes incedebat: ſepius diſ⸗
calceatus ꝓuincias luſtrabat: ⁊ callos in
genibus ꝓ crebꝛa genuflectiōe habebat.
Anno autem dn̄ice incarnatiōis ſexcen
teſimoquarto: auguſtinꝰ oꝛdinauit du⸗
os epōs: mellitū videlicet ⁊ iuſtū. Melli⸗
tū quidē ad pꝛedicādū ꝓuincie oꝛiētaliū
ſaxonū: qui thamiſi fluuio dirimuntur
a cancia: et ipſi oꝛientali mari contigui:
quoꝛuz metropolis londonia ciuitas eſt:
ſupꝑ ripā p̄fati fluminis ſita. In qua vide
licet gente: tūc tempoꝛis ſabertus nepos
ethelb̄ti regis regnabat. Ubi vero et hec
pꝛonitia fidē xp̄i p̄dicāte mellito accepit:
rex ethelb̄tꝰ in vꝛbe lōdonia eccleſiā ſcti̅
pauli apoſtoli cōſtruxit: ī qua locū ſedis
ep̄alis inſtituit. Iuſtū vero in cancia au
guſtinꝰ ep̄m oꝛdinauit: in ciuitate doꝛu⸗
bꝛeni que ab anglis a pꝛimario quodā il⸗
liꝰ q̄ dicebat̄ roues roueſceſter cognoīat̄.
Diſtat autē a doꝛoberina milibꝰ paſſuū
fere vigintiquatuoꝛ ad occidētē. In qua
rex ethelbertꝰ ecc̄liā beati andꝛee apoſto⸗
li fecit: ⁊ vtriſqꝫ ecc̄lijs ſcilicet bti̅ pauli ⁊
andꝛee ſimul ⁊ doꝛobernēſi ecc̄lie multa
dona cōtulit: ſed et territoꝛia ac poſſeſſio
nes in vſū eoꝝ qui erant cū ep̄is adiecit.
Defūcto tandē ſctō auguſtino ſeptimo
kalēdas Iunij: poſitū eſt coꝛpꝰ eiꝰ foꝛas
iuxta ecc̄liā beatoꝝ apl̄oꝝ petri ⁊ pauli:
quia necdum fuerat ꝑfecta nec dedicata.
Mox vero vt dedicata eſt trāſlatū eſt coꝛ
pꝰ eiꝰ ⁊ in poꝛticu illiꝰ aq̇lonari decēter
ſepultū eſt. Ibi eni̅ archiep̄oꝝ coꝛꝑa vſqꝫ
ad theodoꝝ archiep̄m poſita ſūt. Thedo
ri vero ac bꝛithwaldi coꝛpoꝛa ī ip̄a ecc̄lia
cōdita ſūt: eo ꝙ p̄dicta poꝛticꝰ plura coꝛ⸗
poꝛa caꝑe neq̇uit. Cum aūt rex anglie
canutꝰ ſctō auguſtino valde deuotus: ro
mā ꝓficiſcēs mare trāſire vellet: oꝛta ſu
bito tēpeſtate validiſſima: ad ſctm̄ augu
ſtinū deuotas p̄ces fudit: et om̄is pelagi
furoꝛ in trāquillitatē verſus: mox cōqui
eſcere cepit. Erant eniz in tranſlatione
ſcti̅ auguſtini duo irremediabiles inimi
ci quoꝝ alter alteriꝰ occiderat genitoꝛē.
Ultoꝛ exhoꝛruit interfectoꝛē: interfectoꝛ
expauit vltoꝛē. Cū autē vterqꝫ alter odio
alter timoꝛe fugere ab eccleſia decerta⸗
ret: diuina virtute quaſi fulmine reuer⸗
berati etiam patente oſtio egredi non po
terāt. Itaqꝫ auguſtini interueniēte gra⸗
tia ex in pꝛouiſo coꝛā eodē pio pacificato⸗
re repꝛeſentati: ⁊ nullo alio mediante in⸗
uicē cōpūcti: inuicē in ſatiſfactione ꝓſtra
ti: vberrimis lachꝛymis ſuffuſi ex aduer
ſarijs fiunt amici: ac ſi eiuſdem patris fi
lij. Tertio enim die ante natiuitatem
ſctē marie: facta eſt trāſlatio ſcti̅ auguſti
ni ſocioꝛūqꝫ eiꝰ: in qua nocte ciuis quidā
cantuarienſis wintonie conſtitutus: vi⸗
dit eminꝰ celū apertū ſuper ecc̄liam ſcti̅
auguſtini: ſcalamqꝫ flammeo fulgoꝛe ra
diantē angeloꝛūqꝫ choꝛū ſplendidiſſimo
habitu per illā deſcendentē vſqꝫ in ipſam
apoſtolicā aulā. Totū vero monaſteriuz
quaſi ingens globꝰ flāmiuomꝰ tātꝰ ful⸗
goꝛis radius cū ipſa ſcale extremitate in
uoluebat: vt repercuſſo intuitu q̇d intri⸗

ſecus vel circa ea loca ageretur ꝑpendere
nequiret. Euigilans autē cū nichil ſciret
de ſāctoꝝ trāſlatiōe mirabatur: quid nā
rerū pꝛefiguraret hec viſio. Facta eſt
autē tranſlatio ſcti auguſtini ſocioꝝūqꝫ
ei⁹: anno domini milleſimo nonageſimo
pꝛimo: octauo id⁹ ſeptēbꝛis per guidonē
abbatē: ꝓſulāte venerabili āſelmo: ⁊ coꝛ
poꝛa ſinguloꝛū ſctōꝝ in ſcrinijs ſicut mo
do apparet honoꝛifice collocantur. San
ctus enim auguſtinus verſus angliā tē
dēs in ādegauenſi ꝓuintia pontē ſay nū
cupatū miliarij tractu ſuper ligerim flu
uiū lapideo ope ꝓductū cū ſocijs ſuis trā
ſijt. Quibus adiacenti ville ſay eiuſdem
nois conātibus accedere: incole tot homi
nes pegrinos pedeſtri inceſſu: et habitu
humiles: quaſi tot lupos et ignota mon
ſtra repulerūt. Muliercule vero ſimul cō
gregate: ſubſānatiōe deriſiōe ⁊ deſpectu
in ſanctos dei debaccate ſunt. Nec ſuffe
cit eieciſſe: ſed lōgius inculcantes trahe
bant: impellebant: abeuntes ludibꝛioſa
impoꝛtunitate laceſſebant. Stabat eniꝫ
pꝛope vlmus ampla et vmbꝛoſa laſſis vi
atoꝛib⁹ ad pauſam accomoda. Sub hac
ſancti volentes: ipſa nocte quieſcere non
poterant ꝓ mulierū infeſtatiōe. Unam
vero ceteris īpudēti⁹ ſcti veſtigijs incū
bentē: dum ipſe eleuato baculo velut beſti
am conaretur abigere: ſubito baculus
de manu eius velut ab arcu excuſſa ſa
gitta euolauit: ⁊ in ſpacio fere trium ſta
dioꝛum humi affixus ſubſtitit. Et accur
rens illuc ſctūs ⁊ baclm immo cū baculo
fontis eſtū extraxit: qui pꝛotinus copioſe
erūpere cepit. Quo viſo: gratias agētes
deo ſerui dei a graui ſiti releuati ⁊ ſua
uiter ſunt refecti. Et ecce ſubito lux de ce
lo elapſa ⁊ ſuper eos effuſa: tota ipſa no
cte obtexit famulos chꝛiſti. Finitimi eni
omnes tā immēſum radiū a celo vſqꝫ ad
ſtōs directū palā cōſpexerūt. Sanctus
aūt auguſtin⁹ ſec⁹ fonteꝫ illū ita baculo
ſcripſit in terra. Hic hoſpicium habuit
auguſtinus: quem miſit ad conuertēdos
anglos beatus papa gregoꝛi⁹. Mane au
tem facto: ſanctis iter arripientibus vi
cini ad locū vbi viderāt lumē accurrētes
⁊ fōtē īuētes: graui meroꝛe ꝓ iniuria ſctis
illata tabeſcebāt. Et īueniētes ſcripturā
et legatiōis officiū iuxta fonte ecclīā cō
ſtruxerunt: ac in noīe ſcti auguſtini con
ſecrari fecerūt: ⁊ vbi littere inuēte ſunt:
altare conſtruxerūt. Ibi enī perpetuū il
lud durat miraculū: ꝙ ipſam eccleſiā in
trare aut de fonte aquam haurire nulla
vnꝗ̃ poteſt feminarū: vt nimirum ſciat
mūdus quātū hoc genus offenderit deū
in iniuria ſeruoꝛū ſuoꝛū. Quedā matro
na diues cū cereo illic appetebat ingreſ
ſum: ⁊ interminātibus oībus: dixit ſe nō
peccaſſe in ſctm̄: ſed velle honoꝛare eum.
Uix autem inconceſſam metam attigit:
quin ſubito ruptis inteſtinis expirauit.
Sūt autē in ecclīa ſcti auguſtini quinqꝫ
cerei cōtinue ardentes: videlicet coꝛā tū
ba beati auguſtini angloꝛū apl̄i: ſctē mil
dꝛede: ſcti adꝛiani abbatis: coꝛā magno
altari añ feretrū ſācti ethelberti regis:
⁊ ſcti lethardi epī: et etiam in cripta coꝛā
ymagine beate virginis marie: vbi ſan
ctus dunſtanus: crebꝛas eiuſdem virgi
nis glorioſe viſiones habere meruit. In
ueni ſiquidē a patribus antiqͣs: nōnullis
in locis ſcriptum ꝙ ī comitatu oxonie in
villa nomīe cometoū veniente beato au
guſtino ad pꝛedicādum: acceſſit ad eum
pꝛeſbit eiuſdē ville dicēs. Pater: dn̄s hu
ius fūdi ſepe a me monitus: decimas nō
ſoluit: illum excōicaui: ⁊ magis obſtina
tū repperi. Cui accito auguſtinus dixit.
Cur decimas fili deo et ecclīe nō reddis:
Neſcis quia decime nō ſunt tue ſed dei:
Et miles. Quis terram coluit aut ſemi
nauit: nonne ego: Sciant omnes quia
eius erit decimus manipulus: cui⁹ erūt
⁊ nouem. Et cōuerſus ad altare augu

tinus vt celebꝛaret: coꝛā omnibus dixit. Pꝛecipio ne aliquis excoīcatus miſſe interſit. Quo dicto: in ipſo introitu eccl'ie cadauer ſepultū ſe erigēs: exijt et īmobile in cimiterio ſtetit. Cui auguſtinus accedens dixit. Pꝛecipio tibi in nomine dn̄i vt indices michi qui ſis. Et ille. Ego inquit tempoꝛe bꝛitonū: huiꝰ ville patronꝰ fui: ⁊ licet ſepius a pꝛeſbitero monitꝰ decimas meas nūꝙ̄ dedi. Tandē excōmunicatꝰ moꝛtuꝰ ſum ⁊ in infernū detruſus. Pꝛecedēte autē cadauere p̄cepto viri dei et locū ſepulti ſacerdotis oſtendente: ait auguſtinus. Ut ſciāt oēs ꝗa moꝛs ⁊ tua in manibꝰ dei ſunt: cui nichil eſt īpoſſibile: in eiꝰ noīe ſurge opus enī te habemꝰ. Quo de tumulo reſurgēte et coꝛaȝ oībus ſtāte: dixit vir dei. Cognoſcis iſtū frater Noui inquit: ⁊ vtinā nō nouiſſē. In omnibus enim eccl'ie ſemꝑ extitit decimarū retētoꝛ: ⁊ multoꝛū flagitioꝝ vſ꜃ ad dieȝ vltimum ꝑpetratoꝛ. Cui auguſtinꝰ. Noſti frater quia miſericoꝛs eſt deus: vnde ⁊ nos miſeri creature ⁊ imagini dei que eiꝰ ſanguīe redēpta eſt: q̄ tādiu penas inferni ſuſtinuit: opoꝛtet miſereri. Tunc tradidit ei flagellū ⁊ flexis ante eū genibus abſolutiōe flebiliter petita: moꝛtuus moꝛtuū relaxauit. Quo abſoluto p̄cepit auguſtinus vt ad ſepulchꝛum rediret et diē iudicij expectaret. Qui ad ſepulchꝛū reuerſus: mox in cinerem eſt reſolutus. Tūc ait pꝛeſbitero auguſtinus. Quāto tēpoꝛe hic iacuiſti? Et ille. Centū quīquaginta annis et amplius. Quomodo inq̄t auguſtinus hucuſ꜃ fuiſti? Reſpōdit. Bene pater ſancte: ⁊ in eterne vite delicijs. Uis ne ait vt oꝛē dn̄m quatinus ad nos reuertaris ⁊ animas a diabolo deceptas nobiſcuȝ pꝛedicādo ad ſuū creatoꝛē reducas? Abſit a te pater ait: vt me a quiete mea ꝑturbatū: ad ſeculi laboꝛioſā vitam facias reuerti. Tūc auguſtinus ait. Uade chariſſime frater: ⁊ q̄eſce in pace: ⁊ oꝛa pꝛo me ⁊ vniuerſa eccleſia ſācta dei. Qui ſepulchꝛū intrās incineratꝰ eſt. Tūc militi aduocato: vir dei ait. Adhuc vis decimas tuas deo reddere fili mi? Et tremēs miles pꝛocidit ad pedes eius flens et reatum ſuū cōfitēs: et veniā petens omnibus que habebat relictis: cūctis diebus vite ſue ſanctū ſecutus eſt auguſtinum.

## De ſctō bartholomeo ſeruo dei.

VIr dei bartholomeꝰ ī ꝓuincia whitebi oꝛiundꝰ a parētibꝰ p̄mo toſtiꝰ dictꝰ eſt. Cū vero monaſteriū intraſſet felici p̄ſagio celebꝛe quo nūc vocat̄ nomen a fratribꝰ ei īponitur: quatinꝰ eiꝰ in celo coheres gaudij fieret: cuiꝰ in terra cōſoꝛtiū vocabuli ſoꝛtitꝰ eſt. In puerili etate cōſtitutꝰ: putabat ſe in loco admirāde viriditatis ⁊ amenitatis conſtitui: lumēq̄ in eo quaſi nubis candide vel auroꝛe ſurgentis intueri. Cum꜃ ſuperne claritati aciem intenderet: vidit dominū iheſum eminꝰ ſtantē: ſanctā꜃ matrē eiꝰ mariā petrū꜃ apoſtolū ⁊ iohannē euangeliſtā. Quem beata virgo placido vultu intuita: pꝛotēſa manu ipſum nutu quodā vocauit et dixit. Accede inquit et filij mei veſtigia amplectere: et vt tui miſereatur eius pietatē humiliter depoſce. Statim꜃ eo in faciem pꝛoſtrato et clamante iā tertio: miſerere mei dn̄e iheſu: eleuās ille manuȝ benedixit eum dicens. Et ego tui miſereoꝛ et ineternū miſereboꝛ. Hoc idem ſecūdo ī ſompnis vidit: ⁊ ne phantaſtica illuſio videretur tertio vigilans carnalibus oculis manifeſte conſpexit. Adoleſcens autem diuerſarū gentium nationes et moꝛes inquirens: in noꝛwegia tandē cuidā pꝛeſbitero adheſit et ab ep̄o loci ſacerdocij gradū ſuſcepit. Quadā eniȝ die cū quodā iuuene faciēs iter ꝙ malignū ſp̄m adeſſe cōſpiciēs quem pꝛouintie illius incole kambeyn vocāt alludēs ait. Ecce ille. Cui bartholomeꝰ. Uel

lem eum videre. Iubet ergo eū ſupra pe
des ipſius ſtare ⁊ pedibus ſuis terrā nō
tāgere: pollicēs ꝙ ſuis artibus optate vi
ſiōis deſiderio frueretur. Quē qui ſemel
intuitus fuiſſet perpetuo videre poſſet.
Quo audito: vir dei hominem illum irri
ſit: ſocietatem contempſit: viſionem ne-
phariam deteſtando. Fidem enim chriſti
anam ſicut poſtea referebat lederet: ſi cō
templatione diabolice iugiter inhereret.
Angliam vero rediens in monaſterio
dunelmenſi religionis habitu ſuſcepto:
cū in eccleſiam introductus ex more cru-
cem adoraret vidit in ſpiritu crucis ima-
ginem ſubmiſſo vultu adorantem reſa-
lutare ⁊ protenſis brachijs in amplexus
excipere. Cū monachis enī habitans in
humilitate et obediētia proficiens: opus
dei quod ceteri negligerēt aut facere nō
poſſent: alacriter perficiebat: affirmans
hoc eſſe pro fratribus animā ponere. Lo
cum ſolitudinis affectabat: vbi ſecretius
dn̄o militare ⁊ parciꝰ viuere poſſet. Be-
atus quoqꝫ cuthbertus ei in viſu appa-
rens et ad inſulam pharnenſem in ſpiri-
tu adducens: ſitum loci decorem oratorij
⁊ ſingula inſule loca oſtēdit dicens. Ecce
locum a deo tibi preparatuꝫ: ſi in eo vſqꝫ
in finem conuerſari te ſpōdeas. Quo fir
miter promittente et gratias agente: ma
ne a fratribus de inſula inquirens oīa
audiuit que per beatum antiſtitem in
ſompnis vidit. Propoſito itaqꝫ priori
oſtenſo cum in religione niſi annum fe-
ciſſet: vix impetrata licentia pharnenſeꝫ
inſulam veniens: fratrem elwinum ibi-
dem inuenit qui ei inuidit et aduentum
eius moleſte tulit. Et poſt multas tandē
viro dei illatas iniurias cum nil profice-
ret pacientia illius et humilitate victus
dunelmuꝫ rediit. Vir dei cilicio aliquot
annis donec prior ſuꝰ illud deponi iube-
ret vſus eſt: lectū quo pauſaret nō habe-
bat. Cibus eius panis et olera ⁊ que de
pinguedine lactis exprimi ſolent. Poſt
aliquot annos a piſcibus abſtinuit: ⁊ po-
tus eiꝰ aqua raro vero lac fuit. Eſus car
niū ex quo inſulā intrauit nō tetigit. De
niqꝫ ſeptē añis ⁊ dimidio ante obitū ſuū
nichil omnino bibiſſe ꝑhibetur. Nūꝙ ca
put operuit: nec pelliciū corpori adhibu-
it: ſolū ſtanima vſus eſt ⁊ cuculla que di
citur fuiſſe manicata ⁊ pallio nigro pelli
bus intꝰ munito. Caligas ex pellibus ari
etinis corticatis habebat quas cū ſemel
tibijs circūdedit donec vetuſtate cōſume
rentur non amouit. Solebat enim fratri
bus dicere ꝙ omnia turpia corpibꝰ nr̄is
inferre debemꝰ: ſi ea ad perfectuꝫ anime
cādorē volumus perducere. Erat quoqꝫ
fortis ⁊ integer viribus: ⁊ que vel animo
vel corpori ingerebantur inuictiſſimus.
Sed et faciem ita ſemper hilarē adeoqꝫ
ruboris gratia perfuſaꝫ pretendebat: ꝙ
cū ſūme abſtinentie parcitatē ſectaretur
⁊ curam corporis negligeret: euꝫ quiſqꝫ
delicijs vti corporalibus eſtimaret. Pſal
terium bis vel ter in die deo cantare ſole-
bat: diuitum ferotium arrogantiam ar-
guebat: nec ſine metu qñqꝫ coram eo ap-
perebant. Tantū enī reuerentie gerebat
i vultu adeoqꝫ venerabilis erat aſpectu
vt nōnulli eoꝝ eius exortationibꝰ a leſio
ne pauperum deſiſtere: a munere illicito
manus excutere: elemoſinis peccata re-
dimere ſtudebāt. Circa pauperes ⁊ egro
tos pia viſcera gerebat: vitam in pacien
tia ducere eis ſuadens. Multa tēptatio
nū genera a ſpiritu maligno expertꝰ eſt.
Modo ſe in murē: modo i leonē vel taurū
traſformauit: ſimie et mureligi ſepius ef
figiem oſtendit. Poſt matutinas lau-
des nocte quadaꝫ ſpūs neqꝫ viro dei orō-
nibꝰ intēto: pmo ſup veſtigia: deīde ſup
crura ſaltꝰ dedit. Poſtremo ſup ipm to-
tū ſe ꝓiciēs: guttur manibꝰ fortit ſtrix
it: et ita tādiu tenuit donec quaſi defice-
ret ſub tāta mole. Tandē virtute diuina

liberat⁹ ſanctā mariā in adiutoꝛiū ſepi⁹ inuocabat. Pleruq̄ȝ etiā cū ad oꝛationeȝ genu flexo ſtaret: idē inimicus eū per capucium traxit et lōgius in atriū pꝛoiecit Jlle aūt arrepta virga eū percutere nitebatur: ſed imago vanitatis ictū deriſit. Aſtāte illo ad altare ⁊ ſacra miſſaꝝ ſolēnia celebꝛante: inimicus ſe exhibere nō erubuit et oꝛā caſule nūc trahēs: nūc extuciēs: deuotionis obſequiū impedire laboꝛabat. Aſſerebat enim ipſū humani generis inimicū fragilē ⁊ fumo ſimilē et facile a ſuo colluctatoꝛe: poſſe ſubuerti. Ueniente ad eū quodam fratre dunelmēſi cū de ſpirituali vite rudimentis in uicē tractarēt: malign⁹ ſps inuiſibiliter affuit et quaſi humana manu deſup tectū lapillis ꝑcutiēs ſui aduētus ſignū dedit: ⁊ fratrē illū pallere ⁊ non modicū pauere coegit. Cui vir dei ait. Nō turbetur coꝛ tuū neq̄ȝ timeas venit bonoꝝ omī inimic⁹ ⁊ nr̄is ſermonib⁹ inuid⁹: a colloq̄ȷs diuinis nos ceſſare laboꝛat. Et ſtatiȝ malign⁹ ille vacu⁹ in auras euanuit. Thomas pꝛioꝛ dunelmēſis depoſito regiminis onere in inſula cū viro dei manere cepit: et in magna vite ſctitate vſq̄ȝ ad moꝛtē in eodē loco perſeuerauit. Qui i extremis poſit⁹ vidit choꝛos cādidatoꝝ in ſuperioꝛi ꝑte dom⁹ deambulātes: libellos poꝛtātes in manib⁹ ⁊ ad ſuſceptionē ei⁹ cū iubilo ꝑparatos animā ei⁹ a coꝛpe exutā: vir dei bartholome⁹ ab āgl'is in celū ferri vidit. Uidit etiā diabolū in angulo ꝓpius aſſiſtere plāct⁹ miſerabiles oꝛe terribili et facie defoꝛmi edere: vꝛſi quippe ſpecie tūc erat. Eo vehemēti⁹ dolebat ꝙ nullā in moꝛiēte que doloꝛi ſatiſfaceret cauſā repiret. Caſſatis enī fallacie ſue laqueis quos ei a puericia tetēdit: libere celeſtia penitrare ſenē vidit. Allata auteȝ bartholome⁹ aqua bn̄dicta locū ⁊ beſtiā aſperſit: ⁊ illa tactū aque declināſ ⁊ reſiliēs in angulum rediȷt. Cūq̄ȝ aliquotiēs hoc faceret ⁊ hoſtis antiquus illū deluderet aſſūpto vir dn̄i in manib⁹ vaſe aqua bn̄dicto pleno: in faciē ei⁹ pꝛoiecit. Qui in diuerſas foꝛmas tādē paulati deficiēs euanuit. Depoſito aūt i itinere verſus dunelmū in quadā eccleſia coꝛpe: quidā diacon⁹ bone actionis vir colūbā niueaȝ toto noctis tēpoꝛe circa loculū volitare et alarū plauſu ſacris exequȷs obſequium pꝛebere conſpexit. Uenerūt ad inſulaȝ pharnenſem mulieres quedā cū quibus quedam flandꝛenſis viros oꝛatoꝛium ingredi conſpiciens ⁊ vocē diſſuadentium introitum non audiens auſu femineo intrare pꝛeſūpſit. Nec moꝛa iam veſtigiuȝ in oſtio poſuit: ⁊ quaſi valido vēti turbine: celitus repulſa: retroꝛſū in terram exanimis coꝛruit. Quo audito vir dei ſubridens dixit. Et hoc merito ꝓ culpis ſuis accepit. Et veniens ad eam ⁊ aqua benedicta aſpergens: adeo ſalus feſtina ſucceſſit: ꝙ eadem hoꝛa aque fieret aſpſio et ſanitatis exhibitio. Cū aūt modicū cēre a nautis ſibi traditum vſq̄ȝ ad vlterioꝛē inſulam coꝛuū in oꝛe deferre cōſpiceret: contriſtatus poſitis in littoꝛe genib⁹ ſupnā exoꝛauit clementiā: ne qd̄ naute dederant ex deuotiōe: vſui depiret eccleſie. Et ſtatim coꝛuus rediȷt: ⁊ in loco vnde cerā tulerat illaꝫ pꝛoiecit. Quibuſdā nautis in inſule poꝛtu moꝛātib⁹: puer coꝝ cibā naui annectere ſicut conſueuerat oblit⁹ eſt. Quam rapaces vnde excipientes: longius in freta compellūt. Quō naute vidētes: exclamare ceperūt: Frater bartholomee veni et adiuua nos. Qui egreſſus ⁊ tanq̄ quid peterent pꝛeſcius: ſubꝛiſit et ita iocoſe intulit. Ut quid vocaſtis me: Quid enī vultis michi dare: Jllis aūt caſum ſuū de ciba exponētib⁹: ipſe nauē aſcendens cimbam eoꝛuȝ velociter crucis ſigno redire coegit. Jnſurgēte in puerū gubernatoꝛe et manū ad percutiendum extendente: pꝛohibuit vir dei: aſſerens in

ſulã tale pacis habere priuilegiũ: ꝙ pro nullo exceſſu licet in ea animaduerſiõis exercere iudicium. Et ille. Et ſi in ea pacẽ habere meruit: in naui pacẽ nõ habebit. In naui inquit vir dei vide ne feceris: eo quod inde continget quod vite tue nõ expediet. Ille vero monita patris audire contempnens: adoleſcẽtem virga percuſſit: et primo nauigationis die egrotare cepit: et ſecũdo vite finẽ dedit. Qd cũ vir dei audiſſet: ait. Nũquid non dixi homini illi: noli peccare in puerũ: et non audiuit me. Auis paruula cotidianã de menſa eius capiens annonam: a niſo in oratoriũ eã inſequente rapta deuoratur Quo facto niſus exire temptans et non valẽs: ꝑcipiti volatu in feneſtra in oſtio aperto veluta muro repulſus allidens egreſſũ nõ inuenit: ſed vbi vir dei ſedere ſolebat deſcendit. Quẽ cum vidiſſet ſeruus dei in roſtro et vngulis cruoris ſignum habentẽ ait. Nunquid tu miſer auẽ noſtrã auſu temerario inuadere preſũpſiſti. Et apprehendens eum: et biduo concludens: tanti facinoris culpam ieiunio purgare coegit: et tertia die mĩa motus libere abire permiſit. Hanc inſulam farnenſẽ vetuſta longeuitas quaſdam perhibet aues in colore que aues ſancti cuthberti ab incolis appellantur. Tempore nidificationis ibi conueniunt et tãte mãſuetudinis gratiam a loci ſanctitate poſſident: vt humanos contactus et aſpect⁹ nõ abhorreant: quietem amant: ſecus altare quedam aues cubant: nulluſq; eas ledere preſumit. Qua ſibi et ceteris hoſpitibus fratres apponũt: cũ maſculis in equore victũ aues ille querunt. Pulli cũ creantur matres ſequũtur. et patrias vndas ſemel ingreſſi: ad nidos nõ reuertũt Quodã tempore dũ quedam pullos ſuos ipſa preeũte duceret: vnus ex eis in rimoſe rupis baratrum incidit. Mater vero relictis ibi filiis ad bartholomeum reuerſa venit: et oram pallii ſui roſtro trahere cepit. Animaduertẽs ille eam aliqd petere: ꝑcedentẽ ſequitur et veniẽs ad rupem roſtro locum oſtẽdit et ſcim intuita quo potuit indicio vt videret inuit. Qui accedens pullum in rupe pẽnulis herẽtẽ vidit: et deſcẽdẽs matri reſtituit. Aquas igitur cum filiis mater ingreditur: et vir dei rediit ad oratorium ſuum. Sanctus cuthbertus nõ ſolũ per viſum verũ etiã corporaliter ad cõſolationẽ famuli ſui ſuam exhibere dignat⁹ eſt preſentiã. Quadã nocte natalis domini poſt matutinas egreſſus vir dei vt videret ſi adhuc aurora eſſet: reuerſus vidit cereos accenſos et reuerẽdi vultus ſacerdotẽ corã altari ſacerdotalibus indutum aſſiſtere. Cũq; nullus ad miniſtrãdum appuit: ipſe admiracione et gaudio replet⁹ acceſſit. Dictaq; alterutrum cõfeſſione canebat officium: lux fulgebit cum ceteris. In proſa quoq; letabũd⁹: ſe ſupra vires clamaſſe profeſſus eſt. Peractis miſteriis cerei nemine manum apponente extincti ſunt: ſacerdote ab oculis eius diſparẽte. Nec auſus eſt eũ interrogare quis eſſet: ſciens pro certo: quia ſanctus cuthbertus extitiſſet. Interrogatus vtrũ oſculum pacis ſacerdoti in miſſa dediſſet licet cõfiteri noluerit: dubiũ non eſt: quin id exhibuerit qui debitum et deuotum in ceteris miniſterium impendit. Seruus dei obitũ ſuũ longe ante preſciuit. Uidit eñi in viſione quemdã ſibi mirandi decoris et eximee claritatis virũ aſſiſtere: qui in hac vita nouẽ annis ipſum peregrinari oportere oſtendit. Quadã itaq; nocte cũ vigilaret in oratione tintinabulum ſuũ nullo pulſãte trine pulſationis quaſi trine citationis ſignum dedit: quatinus ex hoc agnoſceret ꝙ vocatio ſua a corpore immineret. Corrept⁹ ergo ĩfirmitate corporis ſui reſolutionem fratribus palam nũciat. Requirentibus fratribus vbi ſei

pulturam corporis ſui eligeret ait. Cor-
pus meum inquit hic quieſcere deſidero
vbi ſpiritum a ſuo cõditore ſuſcipiendū
ſpero: ⁊ aliquantulum dn̄o militaui ⁊ tri
bulatiões multas pro illa que in celis eſt
cõſolatione ſuſtinui. Locus enī iſte ſctūs
eſt. Septem namq̃ ebdomatibus ante
obitum ſuū: nec comediſſe nec bibiſſe phi
betur. Quinta ſiquidē feria aſcentionis
dn̄ice illud laudabile ieiuniuz inchoauit
⁊ rurſus quīta feria ſcilicet in natiuitate
iohãnis baptiſte migrauit ad dn̄m. Pa-
rū enī ante trãſitū ei⁹ fact⁹ eſt ī atrio ſo-
nitus quaſi murium ſaltantium ⁊ ſuper
tectum quaſi paſſerū vngulis et roſtris
reptãtium. Sed et moles quaſi canis in
maniſſimi ad tergū cuiuſdam fratris ce
cidit et ipſum palleſcere ⁊ quaſi deficere
pre timore fecit. Seruus autē dei quod
fiebat agnoſcens: ait. Quid hic agis mi-
ſer ⁊ infelix? In vanuz laboras: quia ni-
chil in me quod tuum eſt inuenire debes
Statimq̃ omnis ille ſonitus cū horrore
abſceſcit. Omī tēpore imbecillitatis ſue
nunq̄ ſtratum in quo vel modicum pau
ſaret fieri permiſit: ſed ſedens aut ambu
lans aut inſulã circuiens ab oratione nõ
ceſſauit: cum fratribus colloquiū habere
vix cõſenſit. Jam vero homines videre
nõ dignatus ad celeſtia toto corde inhia-
bat. Tranſactis itaq̃ in vita ſolitaria
quadraginta duobus annis et menſibus
ſex ab hac luce ſubtractus eſt. Cuius obi
tus cuidam adoleſcenti in eccleſia lindiſ
farnenſi quieſcenti innotuit. Aſtitit autē
ei quidã venerandi vultus dicens. Sur
ge velociter et dic priori et fratrib⁹: quia
bartholome⁹ a ſeculo migrauit. Super
ueniente alio de vrbe bebbe et de tranſi-
tu viri dei referente: ſicut dixerant ita re
pertum eſt. Sepulto in oratorio corpore
eius: quedã ad tumulum eius febris om
nino reliquit: demoniaca ſenſuz recepit:
noxius ſquinãtie tumor de collo iuuenis
euanuit ⁊ ille letus grãs deo egit. ¶ De
ſctõ benedicto abbate cognomēto biſcop.

ANno grē ſeptigēteſimo ter-
tio ſãctus benedictus abbas
in angila poſt vitam lauda-
bilem finem in dn̄o quieuit.
Hic vir dei in ſtirpe nobili gē
tis anglorum progenitus eſt ⁊ in adoleſ-
cētia militie rudimētis addict⁹. Deniq̃
cuz eſſet miniſter oſwij regis et poſſeſſi-
onem non modicam ipſo donante perce-
piſſet: caduca mundi omnia pro chriſto
ſpernens romam adijt vt ibidem eccleſi
aſtice informatus diſcipline miliciam aſ
ſumeret ſpiritualem: qua ſibi prodeſſet
⁊ alijs vtiliſq̃ miniſtris in dominice poſ
ſet cultura vinee reperiri. Inde vero re
diens apud lixmenſem inſulam ſe mona
chorum cetui coniunxit. Tonſurã acce-
pit vbi per bieniū regulariter inſtitut⁹:
ad limina ſanctorū apoſtolorum petri et
pauli iteruz repedauit. Quo tempore cū
papa vitalianus theodorū cantuarienſē
archiepiſcopū in britanniam deſtinauit:
ipſe ſimul adueniens multas ſecū ſctõꝝ
reliq̃as reportauit. Qui poſtea regi nor-
thamhūbrorū egfrido coniunctus cõceſſi
ei rex terram.lx.familiarum ad conſtru-
endū apoſtolorū principi petro monaſte
riū cõtulit. Ad hoſtiū were fluminis an-
no grē ſexcēteſimo.lxxiiij.indictiõe ſecū
da. Sed ⁊ aliud monaſteriuz ad honorē
doctoris gentium pauli in girum nõ lon-
ge ab altero fabricauit. Et a rege prefa-
to predijs.xl.famuliaruz acceptis multi-
plicit illud ditare curauit. Hec aūt mo-
naſteria religioſis implens monachis ce
olfridū in vno eaſtwinū in altero prepo-
ſitos ordinauit hic ideo fecit vt taz in ei⁹
abſentia q̄ in preſentia regularis ſēper
cuſtodia ſeruaretur: huic deniq̃ famulo
dei benedicto beda venerabilis ⁊ doctor
anglorum traditur nutriendus ſub quo
et ordinem ſacerdotis legitur fuiſſe pro-

motꝰ. Quiquies romã petiſſe aſſeritur: qui ſemper rediẽs diuinorũ locupletatꝰ cõmodoꝝ ſubiectos iſtituere opere parit et exemplo curauit tandem poſt vitã laudabilem victor vitioꝝ benedictus confeſſor chriſti piiſſimus carnis infirmitate victus pridie idus ianuarij ſpiritũ reddidit creatori. Succeſſit ei in onere ⁊ in honore vir ſanctus ⁊ eiuſdẽ diſcipulus ceofridꝰ ſub quo beda chriſti famulꝰ ad vtilitatẽ vniuerſalis eccl'ie de ſcripturis ſãctis laborẽ inchoatũ laudabiliter adimpleuit.

## De venerabili beda preſbitero.

Beda venerabiliſ preſbiter in territorio girwenſi nõ grãdi oriundus fuit viculo: quẽ nõ longe inde: lapſurus in occeanũ amnis tyna preterfluit. Anno aũt dominice incarnatiõis ſexcenteſimo ſeptuageſimoſeptimo: ⁊ a fundatione monaſterij girwẽſis quarto etatis vero ſue anno ſeptimo cure ꝓpinquorũ datus eſt puer Beda educandus: reuerendiſſimo abbati bñdicto: cognomine biſcop in monaſterio apoſtolorũ petri et pauli: qđ eſt in wiremutha ⁊ in girwin qđ modo iarwe appellatur: primo quidẽ in monaſterio beati petri. Poſtmodũ vero in monaſterio apoſtoli pauli etas infantilis ſub diſcipline frenis educatur. Monaſteriũ vero girwẽſe qđ modo iarwe a vulgo dicitur cõſtructũ erat in honore beati pauli apoſtoli: ſuper tynã fluuiũ verſus auſtrũ. Monaſteriũ in weremutha edificatum erat in honore beati petri apoſtoli. ſup weram fluuiũ modo vero weremuth dicitur. Et quia vnꝰ abbas duobus illis monaſterijs prefuit: quaſi ſub vniꝰ monaſterij appellatione beda de illis mẽtionẽ faciens ſcripſit. Erant autem in illis amplius q̃m ſexcenti monachi: ſub regulari diſciplina deo militantes. Poſtꝙ vero adepta liberaliũ artiũ ſciẽtia: exercitij ſui ingenium protriuerat vſu: etiam profunda ſanctarum ſcripturarum penitranda ingredi conatus eſt. Vir vtiqꝫ venerabilis benedictus abbas girwẽſis quinquies romam proficiſcens: librorũ innumerabilem omnis generis copiam ſecũ deferebat. Jubente quoqꝫ papa vitaliano theodoꝝ archiepiſcopũ ⁊ eius collegã adrianũ abbatem britãniam ꝑduxit: vtriuſqꝫ ſecularis ſcilicet et eccleſiaſtice philoſophie ſciẽtia ſufficiẽter inſtructos in vtraqꝫ lingua greca videlicet ⁊ latina Qui diſcipulorũ cateruas cõgregantes metrice artis: aſtronomie: ⁊ arithmetice eccleſiaſtice diſciplinam inter ſacrorum apicũ volumina ſuis auditoribus infũdebãt. Poſt illos vero in lingua latina ſimul ⁊ greca eque vt in propria nõnullos eruditos diſcipulos in britãnia relinquebant: a quibus adoleſcens beda: in latina lingua nõ mediocriter inſtructus: grece quoqꝫ non parua ex parte ſcientiam attigit. Preteria ⁊ archicãtorẽ ſancte romane eccleſie iohannẽ abbatem ab agatonẽ papa directũ: legẽdi et modulãdi habuit preceptorem. Habuit ⁊ alios ꝙ plures in ſcripturis ſanctis inſtructos. Quippe inter ſexcentos monaſtice militie cõmilitones degẽs: hũc enim numerum fratrũ vt premittitur legitur habuiſſe ſupradictum apoſtolorum petri ⁊ pauli monaſterium in ſingulis emulabatur cariſmata meliora: vt qđ quiſqꝫ illorũ ſpũalis ſcientie accepiſſet: ille totũ ex ſingulis perdiſcendo cõbiberet. In hec ſacroſãcte philoſophie ſtudia cum incremẽto annorũ creuit ⁊ gratia ſpũalium donorũ: vt cũ ſpiritu ſapiẽtie et intellectus acciperet etiã ſpiritũ timoris domini: quo caſtigãs corpus ſuũ ⁊ in ſeruitutem redigens: ſciret vas ſuum poſſidere in ſanctificationẽ et honorẽ. Nonodecimo autẽ vite ſue anno diaconatum triceſimo: gradum preſbiteratus a ſancto iohanne beuerlacenſi ſuſcepit. A quo tempore: vt idem beda teſta

tã: omnem meditãtis ſcripturis ĩ eiuſdẽ
monaſterij habitatiõe vitã ducẽs: operã
dedit ⁊ ſẽp aut diſcere: aut ſcribere dulce
habuit aut docere. Inſup et in explana-
tiõe ſctãꝝ ſcripturaꝝ ĩgenij ſui laxabat
acumẽ: pluresqꝫ catholice eruditionis li-
bros conficiẽs. Quicqd eatenus diſcẽdo
legẽdo et meditãdo mũdũ animal rumi-
nauerat: totũ ad dei laudẽ ſcribẽdo ac di-
cẽdo eructuabat. Cũ igitur tã ſublimiter
dei in eo gr̃a emineret: nomẽ viri celebris
circumquaqꝫ fama ferebat: que illius in
ſcripturis excellẽtiã eccľe aurib⁹ infũde
bat: plurimiqꝫ ei⁹ ſapiẽtiã audituri etiã
de lõginquo cõfluxerũt ĩdiuidua cohabi-
tatiõe ei adherẽtes. Alij qui p̃ſentes eſſe
nequibãt: directis epiſtolis queſtiões ſu-
per capitula ſcripturaꝝ nodoſas enoda-
ri: et obſcuras ſibi exoptant dilucidari.
Unde inter alia ſcripta ſua in euangeliũ
luce ſex explanatiõis libros luculẽter edi
dit poſtulatus ab epõ hagustaldẽſi acta:
cui⁹ exhortatoria ad eũ epiſtola ita ĩcipit.
Sepe qdẽ tue ſctẽ fratnitati ⁊ abſẽs ſcri
bẽdo ⁊ p̃ſens colloquẽdo ſuggeſſi: vt poſt
expoſitionẽ actuũ apoſtoloꝝ: ĩ euãgeliũ
quoqꝫ luce ſcribere digneris. Quod ipſe
hacten⁹ verecũda excuſatione differre q̃
facere maluiſti. Et in ꝓceſſu epľe. Beatũ
lucã luculẽto ſermone expone. Et qa ſan
ctus ambroſius quedã ĩdiſcuſſa p̃terijt:
que illi quaſi ſũme eruditiõis viro plana
nec queſitu digna videbãtur: hec quoqꝫ
perſpectis alioꝝ patrũ opuſculis: dili-
gẽtius tuis vel eoꝝ dictis explanare cu
rato. Credo etiã tuo vigilãtiſſimo inge-
nio q̃ in lege dñi meditãda dies nocteſqꝫ
duces peruigiles: nõnullis in locis que
ab eis intermiſſa ſunt qd ſentiri debeat
auctor lucis apiat. Juſtũ nãqꝫ ſatis eſt
et ſuperne pietatis atqꝫ equitatis mode-
ramini cõueniens vt qui neglectis ad in-
tegrũ mũdi negotijs: etnũ verũqꝫ ſapien
tie lumẽ indefeſſa mẽte pſequeris: et hic
fructũ intelligẽtie purioris aſſequaris: ⁊
in futuro ip̃m in quo ſũt omnes theſauri
ſapiẽtie ⁊ ſciẽtie abſconditi regẽ in deco-
re ſuo mũdo corde cõtempleris. Deniqꝫ
vt ⁊ ipſe beda ſcripſit: ſemp docere ⁊ ſcri
bere dulce habuit. Cui⁹ viri venerabi-
lis apud romanũ põtificez adeo celebris
erat fama: vt ad quaſdã enodãdas ſacre
ſcripture queſtiões: ei⁹ auxilio: romana
ſublimitas ĩdigeret. Quod aũt rome fu-
erit: ſolide nõ affirmo: ſed tamẽ illũ illuc
inuitatũ nõ dubito: qd hec epľa clarũ fa-
cit: q̃ oli ſergi⁹ papa colfrido abbati gir-
wẽſi ĩ hec v̾ba dixit. Sergi⁹ epũs ſer-
uus ſeruoꝝ dei colfrido religioſo abbati
ſalutẽ ⁊ apoſtolicaꝫ bñdictionẽ. Quibus
verbis ⁊ modis: clemẽtiã dei nr̃i atqꝫ ine
narrabilẽ ꝓuidẽtiã poſſum⁹ effari ⁊ dig
nas gr̃aꝝ actiões ꝓ vniuerſis ei⁹ bñfiti
is circa nos pſoluere: q̃ in tenebris ⁊ vm-
bra poſitos: ad lumen ſcientie perducit.
Hortamur itaqꝫ in dño dilectaꝫ religioſi-
tatis tue bonitatẽ: vt qa exortis qbuſdaꝫ
eccľaſticaꝝ cauſaꝝ capitulis: nõ ſine ex-
aminatiõe lõgi⁹ innoteſcẽdis: op⁹ nobis
fuit ad cõferẽdũ arte litterature imbutũ
ſicut decet deuotũ auxiliatorẽ ſctẽ mr̃is
et vniuerſalis eccľie immo obediẽtie de-
uotionẽ. Huic nr̃e hortationi non deſiſtat
actio moderare: ſed abſqꝫ aliqua retẽtiõe
religioſũ dei famulũ bedã venerabilem
monaſterij tui preſbiterũ ad limina apo-
ſtoloꝝ pricipũ dñoꝝ meoꝝ petri et pauli
amatoꝝ tuoꝝ ac protectoꝝ ad nr̃e medio
critatis cõſpectum nõ moreris dirigere:
quẽ fauẽte dño ſãctis tuis p̃cib⁹ nõ diffi-
das ꝓſpe ad te redire: pacta p̃miſſoꝝ ca-
pituloꝝ cũ auxilio dei deſiderata ſolẽpni
tate. Erit enĩ vt cõfidim⁹ etiã cũctis tibi
creditis ꝓfuturũ quicqd eccľie generali
claruerit p ei⁹ preſentiã imptitũ. Vene
rabilis iſte pater triginta ſex volumina
edidit q̃ in ſeptuaginta octo libros diui
ſit: et quinquaginta nouem annis vixit.

# De venerabili Beda pꝛeſbitero et doctoꝛe.

Continuis ſeptem ebdomatibus ante obitum ſuum ſtomachi indignatione cibos nauſeans ⁊ anguſto ſuſpirio altiuꝫ pꝛoducens litterarum tamen ac ſtudioꝝ operam non reiecit: ſed totaliter his diebus pꝛeter debitū pſalmodie penſum intendebat: et tandem in vocem oꝛationis pꝛoꝛupit dicens. Te depꝛecoꝛ bone iheſu vt cui pꝛopicius donaſti verba tue ſcientie dulciter haurire: dona etiam benign⁹ aliquādo ad fontē omnis ſciencie peruenire: ⁊ ſemꝑ ante tuā facieꝫ cōparere. Et cōuerſus ad fratres dixit. O īquit chariſſimi qm̄ tempus eſt perſoluendi debitū conditioni humane: rogo vos rogate patrē domini noſtri iheſu chꝛiſti: patrē miſericoꝛdiaruꝫ vt per eum in quo pꝛīceps mūdi hui⁹ nichil inuenit in occurſum ſalutis michi dirigat angelū pacis: cui⁹ et cūſeptus tutela nō confundar: cū loquar inimicis meis in poꝛta. Plane cupio diſſolui et eſſe cū xp̄o cui⁹ moꝛte moꝛte peremta: de moꝛte ad vitam me tranſiturū confido. Si quid autem vobis laboꝛaui: ſi quantulūcūqꝫ eccleſie fructificaui: id bn̄ficij queſo michi repēdatis: vt ibi poſt moꝛtē mei memineritis: vbi cotidie chꝛiſtus eſt ſacerdos ⁊ ſacrificiū placationis. Interea cū hoꝛā moꝛtis īmo ingreſſū vite pꝛēnis letus expectaret: q̄ddā de ſcripturis reſtabat ſuꝑ quo diſcipulis magr̄i ſentētiā audire neceſſe fuit. Qua pcepta ab illo atqꝫ deſcripta: dicēte ſcriptoꝛe cōſummatū eſt: ille hilarioꝛ verbo cōſūmatiōis applaudēs: bene ait ac vere dixiſti: cōſummatū eſt. Die autem dn̄ice aſcētionis infra oꝛatoꝛium in quo oꝛare cōſueuerat: cilicio ſub ſe poſito decumbēs: integro vultu et ſenſu ſpiritus ſc̄i gratiam inuitabat dicēs. O rex gloꝛie domine virtutum qui triūphatoꝛ hodie ſuper om̄es celos aſcēdiſti ne derelinquas nos oꝛphanos: ſed mitte pꝛomiſſuꝫ patris in nos ſpiritū veritatis all'a. Adiūcta vero laude ſc̄tē et indiuidue trinitatis: gloꝛia patri et filio et ſpūi ſc̄tō: cū noīatiōe ſc̄ti ſpirtus: ſpm̄ exalauit ſeptimo kalendas Junij: ſubſequēte tā ſuaui odoꝛe vt oēs qui aſtabant in paradiſo ſe eſſe crederēt talemqꝫ odoꝛem ſentiebant qualem nec timiamata ſpirant: nec balſama pꝛecōſa ſubminiſtrant. Sepultus eſt autem in eodem monaſterio ſancti pauli apud iarwin: anno domini ſeptingēteſimo triceſimoquinto: etatis vero ſue quinquageſimonono: anno centeſimo pꝛimo ex quo per ſanctū oſwaldum regem ⁊ aidanum pōtificem in pꝛouincia bernicioruꝫ pꝛimū fundata eſt eccleſia. Extēdebatur autem regnū bernicioꝛum a fluuio tyna vſqꝫ ad mare ſcoticū. Regnū vero deiroꝝ ab hūbꝛo fluuio ſiue trēta vſqꝫ ad tynā fluuiū poꝛrigebatur. Licet enim beda in ſanctoꝛum cathalogo computetur: tn̄ ab eccleſia non ſanctus ſed venerabilis appellatur et hoc duplici de cauſa. Pꝛima eſt quia cū pꝛe nimia ſenectute eius oculi caligaſſent: habebat vt aiunt quēdam ductoꝛem a quo per villas et caſtra ſe duci faciebat et vbiqꝫ verbum domini pꝛedicabat. Quadam vice dū per quādā valleꝫ magnis lapidibus plenā trāſirēt eius diſcipulus deriſiōis cauſa eideꝫ dixit: ꝙ ibi eſſet magnus populus cōgregatus: qui eius pꝛedicationē ſilenter et auide expectabant. Tunc ille feruenter pꝛedicare incipiens: cum in fine per oīa ſc̄la ſc̄loꝝ cōcludiſſet: mox vt aiūt lapides alta voce clamauerūt: amē venerabilis pater. Quia igitur eū venerabilē miraculoſe lapides vocauerūt: ideo venerabilis pater appellatur. Uel vt alij aſſerunt: angeli ei reſponderunt. Bene venerabilis pat̄ dixiſti. Sc̄da cauſa eſt q̄a poſt ei⁹ moꝛtē quidā clericus ſibi deuotus quendam verſum edere cupiebat: quē in eius tumulo facere ſculpi volebat: ita īcipiēs Hac ſunt in foſſa volēs v̄ſū taliter termi

nare. bede ſancti oſſa. Sed quia talem fi
nem verſus congruitas nō patiebatur:
et cedula mēte reuolueret nec congruū
finē videret dū quadā nocte ī ſtratu ſuo
ſuper hoc cogitans mane ad tumulū pro
peraſſet: manibus angelicis verſum tali
ter ſculptū repperit ⁊ finitū. Hac ſunt
in foſſa bede venerabilis oſſa. Eius oſſa
vt habetur in fine legēde auree apud ia
nuam deuotione cōgrua recoluntur. Ve
rius tamen creditur ꝙ cū corpore ſancti
cuthberti in locello auro ⁊ argento fabre
facto: recondita ſint: ſicut antiquiſſimi il
lius plage codices ⁊ etiam hiſtorie ſatis
auctentice atteſtautur. ¶ Narratio.

Tempore adriani imperatoris
quedā virgo nomine maria ꝓ fide chri
ſti multis tormētis cruciata: cum preces
ad deum ne ampliꝰ manibus impiorum
eā lacerari ꝑmitteret: cū lacrimis effudiſ
ſet: petra pergrādis que ante oculos eiꝰ
iacebat deo iubente patefacta: rimā refu
gij qua virgo ſuſciperetur oſtendit: ⁊ ad
inſtar matris care virginē anxiam am
plexans ſe prebuit. Moxqꝫ ſuſcepta vir
gine latera ante aperta concluſit. Carni
fices vero omnia petre loca perſcrutati
ſunt ſicubi erepta ſubito petra ex oculis
latitaret ⁊ adherentes eximiarū reliqui
as et affixa ſaxo veſtium fruſta deprehē
dunt. Incredibili autem ſtupore cōfuſi:
ad eruendū lapidē magnā multitudinē
populi cōgregabant. Quod cū attēptare
niterentur: fulgor nimij ſplēdoris ⁊ fra
gor maximus cunctos qui aderant pro
ſtrauit et fugiēte ſenſu pariter et anima
in eternam mortem oculos clauſerunt.
Multi vero ad templum fugiētes ab ig
ne de celo miſſo combuſti ſunt. Et ita fa
ctū eſt vt iuxta lapidē ⁊ in templo quīqꝫ
milia ⁊ ſeptingēti exigentibus peccatis
corpore ⁊ anima perierunt.

¶ De ſancto benigno epiſcopo et cō
feſſore.

Sanctꝰ enī benignꝰ in regiōe
pōtificali trāſactis feliciť in
hibernia annis multis qua
dā nocte ſoporatꝰ ꝑ angelū
admonetur patriā ſuā relinquere ⁊ volūta
ria ꝑegrinatiōe ſuſcepta: deſerti ſecreta
petere. Mari igitur ꝓſpere trāſito: gla
ſtoniā veniēs ſctm̄ patritiū inuenit qui
ei dixit. Proficiſcere mi frater baculo tuo
cōtentꝰ: ⁊ cū ad locū a dn̄o tibi ꝑdeſtina
tū ipo ducente perueneris: quocūqꝫ ſolo
fixo baculo tuo ipm̄ vireſcere floreſcere
et frōdeſcere videris: ibi tibi habitādū ⁊
habitaculum preparatū noueris. Qui co
mitāte quodā puero noīe pincio profectꝰ
ꝑ nemoroſa et paludoſa loca gradiētes:
ad quādā iſulā noīe ferramere ꝑuenerūt
⁊ fixo ibi baculo: vireſcere frondes ⁊ flo
res ꝓducere cepit. Illis enī tēporibꝰ flu
uius quē nūc ibidē defluere cernimꝰ non
tūc defluebat: ſed diebus ſingulis penu
riā aque nimiā vir dei cū puero paciebať
Et cū die quadam puer aquā ei humeris
de longe baiulans in itinere dormiret:
hoſtis malignus vaſculum auferens ab
ceſſit. Euigilans puer et merens protinꝰ
cum lachrymis in hāc vocem prorupit di
cens. Heus inquit tibi loquor quicumqꝫ
meum furatus es vaſculū: en te per de
um celi adiuro quem meus magiſter bea
tus benignꝰ adorat in quem credit ac fi
deliter ſeruit: vt illud michi feſtinanter
reſtituas. Nec mora vas eius vlteriꝰ ſe
cum demon retinere nequiuit: ſed dicto
citius reſtituit et cachinnando aufugit.
Quod audiens ſanctus benignꝰ proſtra
to in terram toto corpore cū preces ad de
um deuotas fudiſſet angelus domini pē
nis fulgentibus alas habens flammeoqꝫ
aſpectu irradiās apparuit ei dicens. Cō
ſtans eſto ſerue dei exaudite ſunt oratio
nes tue: mitte puerū tuū pinciū ad oriē
talē celle tue plagā vbi terrā baculo tuo
ꝑcutiens fontē ꝑhennem abunde mana

re videbit. Perrexit ergo puer ad locū a viro dei deſignatum ⁊ cū terram baculo percuſſiſſet: fōs ingēs ſtatī erupit: a quo vſqꝫ nunc magnū et latū fluuiū creuiſſe videmus. Uir dei benignus ſolus in obſcuro noctis ſilētio ad eccleſiam ſctē marie in glaſtonia orādi gratia ire ſolebat. Cūqꝫ nocte quadā per pontē quē fecerat tranſiret: vidit quēdā demonem turpiſſimū aſpectu terribilē obuiā ſibi venietē. Ad quē ſctūs ꝓpius accedēs hijs verbis eū alloquitur dicens. Quid inqͭ hic ſtas cruenta beſtia: cui inſidiaris: cui hic expectando dāpnū geſtis īferre? Cui demō ait. Te hic expecto edētule ſenex te decipere cupio. Ad quē ſctūs. Dñs inqͭ michi eſt adiutor nō timebo quid faciat michi vel dicat malignꝰ. Et hec dicēs: leuā eū apphēdit manu ⁊ baculo quē dextera geſtabat diutiſſime verberauit: ⁊ in quēdam profundiſſimū puteū precipitauit qui vltra non cōparuit. Ex illo enī tēpore vſqꝫ in hodiernum diē nullus ad puteū illū auſus eſt accedere: qm̄ fertur ibi fūdū penitus nō inueniri. Et ad glaſtoniā pergens ſctūs fctā ibi orōne ſolita: ad cellā rediit Ieiunijs ⁊ orōnibꝰ aſſiduis vacās ſupremā vite ſue horā cotidie ſuſpectā habuit. Cū igitur finem ſuum diuinitus imminere cognouiſſet: vocatis diſciplis ſuis horā qua ab hoc ſeculo migraturus erat innotuit. Eleuatis tādē in celū oclis inter manꝰ illoꝝ felicē aīam ad ſupnorū ciuiū beatitudinē tertio nonas nouēbris emiſit. Anno autē dñi milleſimo nonageſimoprimo eleuatū eſt corpꝰ eiꝰ ſctm̄ de terra ⁊ ad glaſtonienſē ecclīā delatū. Illo vero die abbas vnū de oſſibus ſctis arripiēs ⁊ ſignū crucis ſup pplm cū eo faciēs. nōnullos diuerſi lāguoꝝ cruciatibꝰ vexatos ſanitate recepta letari fecit ⁊ ceci quidā atqꝫ cōtracti optatā ſalutē cōſecuti ſunt: ⁊ plimi cerei in manibꝰ ppli a vento ⁊ turbine prius extincti p merita beati benigni ipa hora diuinitus ſunt accenſi. Plurimi etiā colubros ⁊ diuerſa doloꝝ genera viſceribꝰ habētes: palā vidente populo euomuerūt. Tāta etenim curationis gratia in illo loco erat oſtēſa vt vix debilis quiſqꝫ aut egrotꝰ ad tūbā ſctī veniens: abſqꝫ ſanitate recepta diſcederet. Frater quidam longa infirmitate decoctus a fratribus rogatur: vt ſctm̄ benignū ꝓ ſalute ſua exoraret: qui ita reſpondit. Re enī vera ſicut michi prodeſſe nō valet ita nec mihi nocere poteſt. Cūqꝫ ſopori mēbra dediſſet: apparuit ei ſctūs benignꝰ cādidis veſtibꝰ ornatus: qui quaſi īdignās ſic eū affatur. Quid nūc tibi ait de benigno ſeruo dei videt frater? Quid tibi de duobus crede potiſſimū ſit an cū ſctis in regno gaudet: vel cū ipijs in penis torquetur? Et cū ille reſpōdere nō auderet: cōminādo hoc intulit ſctūs. Cū ſecreta dei iudicia humane fragilitatis ingenio cōprehendi nequeant: cur michi derogaſti quare me blaſphemare voluiſti? Ecce enim grauiorē ꝙ hactenꝰ paſſus es infirmitatē ⁊ moleſtiā inuitus ſuſtinebis: eo ꝙ ꝟbis manibꝰ michi irridēdo detraxiſti. Ceteri quoqꝫ quos me deriſū habuiſſe cognoſco: illū maxime qui dentē meū furto abſtulit. niſi penitētiam agēdo reſipuerit: penis cū ipijs amaris ſe torqri cognoſcāt. Hijs dictis: alapam ingētē in faciē eius dedit: ⁊ mox expgefactꝰ a ſōpno: quē ante deſpexerat tūc timere et venerari cepit: diris tamē correptus febribꝰ per totū annū liberari nequit. Qd̄ cū per ordinē abbas et fratres audiſſet: dēs a fratre receptus ī locū ſuū reſtituitur et laudes et grē ab omnibꝰ deo et ſctō eius referuntur.

## De ſancto bernaco confeſſore.

ERat aūt bernacꝰ venuſtꝰ ornatꝰ moribꝰ: tituliſqꝫ virtutū inſignibꝰ excellēs ab vberibus mr̄is ſue dei ſui nomē ample-

ctens: eiuſq3 mādata nō preteriēs. Ab il-
luſtri ſiquidē proſapia ortus: diuitijs ad
modū locupletat⁹ extitit: ⁊ patrimonijs
dilatatus. Oīa tamē propter deū demū
relinquēs: trāſito ꝓſpere mari: romā pe
regre ꝓficiſcitur. Eo tpe in ptibus rome
ſeuiebat quedā belua peſtifera que quoſ-
cūq3 cōſpiceret aut cruētis faucibus lace
rabat aut ſolo flatu venenoſo ad morteȝ
infecit: infinitaq3 aīaliū corpa laniabat.
Tantū incolis metū incutiebat: vt felicē
ſe eſtimaret qui ſuā habitationē relinquē-
do: dirā huius peſtē effugere poſſet. Uir
aūt ſctūs hoīm illorū miſerijs cōpatiens
qđ populorū neqbat multitudo: ſola pre-
cū inſtātia beluā mortiferā ad terrā ene-
cādo ꝓſtrauit. Cūq3 ab oībus magnifica
ri cepiſſet: malens in occulto ſoli placere
deo ꝙ in ore populi qui ſola ſolet exterio-
ra perpēdere famoſus verſari. Romam
aūt clā deſerens: minorē britanniā ingre
ditur: et per multos annos laudabiliter
ibidē cōuerſatus: magnas virtutes oſtē
dit. Cōfluebat ad eum cotidie infirmorū
multitudo ⁊ ſanitate cōſecuta celeſtis do
ctrine monita ſalutaria percepit Demū
laudē populi et fauorē fugiens: ſolus ac-
ceſſit ad mare: ⁊ naue non reperta: petrā
quādā in vnde ſupficie locauit totū ſe deo
cōmittens petrā aſcēdit: et proſpero cur-
ſu in demetica regiōe id eſt ſouthwallia
applicuit. Cūq3 aliqādiu deo famulando
ibidē moraretur: humani gn̄is aduerſa
rius filiā optimatis qui terrā illam rege
bat in amorē illi⁹ acrius incitauit. Om-
ni ingenio ſuo famulū dei illecebroſe vo-
luptatis ſue laqueis vinculare tēptat: et
a cōſummatiōe melioris ꝓpoſiti auerte-
re conatur: nec ceſſat illi ꝓpinare qđ miſ-
cuit inepte. Sctūs tamē dei huiuſmodi
poculū reſpuēs: fornicatiōis inſultus fu
git. In hoc eni conflictu melius pugnat
qui cedit ꝙ qui reſiſtit: fortius vincit qui
fortius fugit. Puella tandem viri ſancti
animū ad amorem illicitū non valens in
clinare: amorem vertit in odiū et animā
a corpore ſeperare cogitabat Repudiata
eni omne malū excogitat ⁊ quē pauloan
te vt aīam ſuam dilexerat: in odium tūc
ſtimulata: ad omne genus mortis eum
pducere deſiderat. Miſit ergo viros quoſ
dā iniquitatis filios: ferociter precipiēs
vt ſi viuū nō poſſent reducere: viuū nō ſi
nerent abire. Illi aūt pergentes in ſctm̄
irruunt et diro lancee vulnere quidā ini-
quitatis filius eum cōfodit: nutu tamen
dei aſſiſtētes viri: ſctm̄ de manibus eorū
eripiunt. Qui aūt vuln⁹ inflixit: dei ſta-
tim vltione percuſſus: toto corpore pedi-
culis alatis obſeſſus: poſtꝙ diu languo-
re ⁊ inedia afflictus fuerat: morte miſe-
rabili vitā finiuit. Sanitate demū diui-
no recepta ſuffragio: iuxta fluuium quē
dam inhabitare cepit: ⁊ locū illū a ſpiriti
bus immūdis turbatū liberauit: quē ipi
oī nocte oberrantes diris clamorib⁹: hor
rēdiſq3 replētes vlulatib⁹ vſq3 ad illū diē
inhabitabilē reddiderunt. Ad alium lo
cum poſt hec ſe transferēs: ignē accendit
⁊ totā noctē cum ſocijs orōnibus vacans
inſompnē duxit. Mane autē ſurgēs dn̄s
loci illius nomine cletherus ⁊ ignē vidēs
vocatis viginti filijs ſuis dixit Filij mei
audite ⁊ aurib⁹ percipite: quia venit vir
ille quem diu nobis ꝓmiſſum nouimus:
cuius fama ſuper terraȝ dilatata eſt. Et
pergētes ad virum dei et ad genua eius
prouoluti orauerūt vt miſeretur ſui. Et
benedicens eos ſanctus bernacus: quid
velint inquirit. Senex ait. Domīe mul-
to tempore huius territorij domin⁹ fui:
ſed quia dei prouidentia hunc locum tibi
noui deſtinatum: voluntati dei cedo ⁊ ti-
bi. Uerum hos filios meos tibi commen
do: vt ſub tutela paternitatis tue deo no
ſtro valeāt adherere. Suſcepit ergo eos
gratanter: regularibuſq3 inſtructos diſ-
ciplinis: conſortes ſui laboris habuit fi-

deles. Pater vero ſenex illis valedicens oſculatiſq; omnibus in partes cornubie ceſſit: et deo ibidem ſeruiens: beatam domino aīam cōmēdauit. Sctūs itaq; bernacus corpus ſuū ieiunijs aſſiduis macerabat: et crebris vigilijs extenuabat: carnis inſolētiam veſtiū aſperitate gelideq; quā intrabat cotidie aque infrigidatiōe cohibebat. Qđ ori ⁊ toto corpori ſubtrahebat: in vſus paupeꝝ conuertebat. Placētem ita deo vitā gerebat: vt angelorū viſione ſimul ⁊ allocutiōe crebra perfrui mereretur. Mōs aūt ille in quo conueniebant in cuius pede eccleſia cōſtruitur: mons angeloꝝ appellatur. Aduocabat quādoq; de grege ceruos quos volebat ad trahēdum currū in quo ſuppellex deferēda repōnebatur: ⁊ ſoluti a iugo ad paſcua redire iuſſit. Vaccā ſuam cotidie cuſtodie cuiuſdā lupi deputauit: qui more paſtoris vaccā ad paſcua mane agēs: ſero ad domū reduxit. Miſit autē rex cābrie ad ſctm̄ bernacū: precipiēs vt ſibi cenā pararet. Ille vero nullam regi debere cenam: nec iniuſto eius precepto in aliquo ſe velle parere aſſeruit. Offenſus ergo rex: miſit ſatellites qui vaccā ſctī adducerent: et inde ſibi cibaria prepararēt minaſq; minis adiecit ꝙ in craſtino ſanctū a regno ſuo proſcriberet: locaq; ſua ſolotenus penitus deſtrueret. Occiſam āt vaccā et in partes diuiſam ſupra ignē in caldario locāt: ⁊ igni ligna copioſa miniſtrant. Lupus interim cuſtos vacce currit ad dn̄m ſuū: triſtis ac gemēs proſtratus ad terrā iacet: quaſi veniā poſtulaturus. Affuit etiā quidā vaccā a miniſtris regis raptā: occiſam ⁊ ad coquendū poſitā denūcians. Nec mora vir ſctūs coram deo ſuo querimoniā deponēs: totam cauſam ſuam diuino cōmiſit arbitrio vētilādam. Aqua enī in qua caro coquēda iacuit: ſicut quādo īfuſa erat: ita frigida permāſit. Nec magis maximo igne ſuppoſito ad bullitionē vl̄ calefactionem mouebatur: ꝙ ſi glaciei cōgeries non modica dēpto igne ſupponeretur. Quo viſo: humiliatus ſtatim rex: faſtu regali depoſito: omneſq; ſui pariter cōtriti: nudis pedib⁹ incedētes: ad virū dei venerūt. Omnibus enī ad pedes ei⁹ in terra prouolutis: rex ſe grauiter peccaſſe cōfitetur: humili poſtulās prece: vt ſui miſertus omnipotentē pro ſe ⁊ ſuis exoraret. Sanct⁹ autē bernacus regis dexterā ſuſcipiens erexit eum et gratanter qđ cōmiſerat indulſit: vaccā in cōſpectu oīm reſuſcitauit ⁊ lupo cuſtodiēdā commiſit. Poſt hec regē rogauit vt ſecum pernoctaret: ⁊ quod pauloante fronte obſtinata negauerat: hoc nūc largiflua charitate ⁊ mente gratuita obtulit. Rex aūt gratias ei agens: hilari mente remāſit. Et cū vir dei nichil pro cena regis paratū haberet: acceſſit ad quercū que ꝓpe ſtabat: ⁊ pro folijs dependētes triticeos decerpſit panes quotquot habuit neceſſarios: vnde ⁊ quercus illa quercus panis dū ſtabat vocabatur Acceſſit quoq; ad torrentē qui prope erat ⁊ pro aqua in magna abūdantia vinum hauſit. Pro lapidibus de torrēte eodem piſces ad ſaturitatē extraxit ⁊ ſaturatis oībus: dormierunt vſq; mane. Tunc ſurgens rex: ait ad ſctm̄ bernacū. Quia gratuitā beneficētiā tuā accepi: ego munificentiam meā tibi gratis largiri nō dedignor. In noīe dei ⁊ dn̄i nr̄i iheſu xp̄i te et locū tuum: totūq; territoriū ad locum tuum pertinens: necnō omnes in eo manētes ab omni regia exactiōe imperpetuū libero. Quot ⁊ quantis ſanctus iſte in vita ſua miraculis ⁊ bonis operib⁹ effulſerit: difficile quiſq; poteſt explicare. Trāſijt autem de hoc mūdo ad dn̄m ſeptimo idus aprilis.

¶ Narratio.

Sanctus helyas ſcđm vincentiū monaſticā vitam agēs: feminei ſexus miſeratione cōmotus: deuotarū deo virginum

curā habebat: & in quodā grādi monaſterio vſq; ad trecentarū feminarū numerū collegerat: earūq; cōuerſationem ordinabat. Qd̄ cū per bienniū iam feciſſet: & adhuc iuuenis quaſi triginta annorū eſſet: ſubito carnis tēptationē paſſus eſt. Relictoq; monaſterio dū per ſolitudines iugi biduo ieiuniis erraret: ait. Dn̄e de⁹ aut occide me aut tēptationē iſtam exclude a me. Veſpere igitur ei ſubito ſompn⁹ irrepſit: et tres angelos ad ſe veniſſe aſpexit dicētes. Cur egreſſus es de monaſterio femiarum? Qui cū timuiſſe ſe diceret ne aut ſibi aut illis noceret: dixerūt. Si huiuſmodi metu per nos liberatus fueris: rurſus illarū curā ſuſcipies. Cūq; libenter adquieuiſſet: & hoc exigētibus illis iuramēto firmaſſet: vnus eorū manus illius tenuit & alter pedes: tertius vero nouacula teſticulos ei⁹ abſcidit: nō qd̄ vere hoc faceret: ſed qd̄ facere videret̄. Angelis aūt interrogātib⁹ an aliqd̄ ſibi profuiſſe ſenſiſſet factū ſuū: vehemēter inquit intelligo qd̄dā on⁹ circa me eſſe ſublatū & ſatis credo me omni quā formidabā moleſtia liberatū. Igitur poſt quinq; dies regreſſus & lugentiū femiarū monaſteriū ingreſſus: in cella quadā illic habitauit: & quadraginta annis poſt hec vixit: ſanctis patrib⁹ aſſeuerans q nūq̄ vlteri⁹ in cor eius cogitatio talis aſcenderit.

¶ De ſancto Birino epiſcopo & cōfeſſore.

Sanctus eni birin⁹ a papa honorio epūs ordinat⁹ ad predicandū verba ſalutis gēti anglorū directus eſt. Hic enim pape honorii preſentia in intimis anglorum partib⁹ quo nullus doctor p̄ceſſiſſet ſctē fidei ſemia ſe ſparſurū promiſit. Vnde & iuſſi eiuſdē pontificis ad littus britānici freti arrepto itinere pueniens: aſcenſurus nauē diuina celebrat miſteria ſibi ſuiſq; viaticum parās: ſalutaris hoſtie pia libamina deo obtulit. Vrgente vero nauigatiōis articulo ad nauem feſtinās introducitur & inſurgente vento: dū alta ſulcarēt pelagi: reminiſcitur birinus ſe qd̄ carius ſibi erat amiſiſſe: et nautis vrgētib⁹ ſe p̄peditū in littore vnde aſcenderat reliquiſſe. Dederat ei ſiquidem honorius papa pallā ſuper quā corp⁹ xp̄i cōſecrabat: corpuſq; dn̄icū in eadē inuolutū: & collo ſuo ſuſpēſum ſemp ſecū portabat: et inter ſacrāda ſacroſctā miſteria ſuper ſctm̄ altare ponere cōſueuit. Fide igit̄ armatus in mare deſcēdit: deū auctorē habēs per mare ſecurus incedit: et recepto qd̄ reliquerat: ad nauē regredit̄. Repperit aūt nauē quaſi immobilē ſtātem quā paulo an̄ per vndas maris velociter currentē dimiſit. Quo nauē intrāte: inuentus eſt in veſtimēto ſuo nec vnā ſtillicidii guttā habere. Qd̄ naute vidētes: flexis genib⁹ quaſi deū eum adorauerūt: & plures ex eis ad fidē xp̄i p̄dicante illo verbū dei cōuerſi ſunt. Intrāte aūt ep̄o in portū apud occidētaliū ſaxonū gentē q̄ antiquitus geviſſe vocabantur: cū oēs ibidē paganiſſimos inueniret: vtilius eſſe ratus eſt ibi potius verbum dei predicare: q̄ vltra progrediens eos quibus predicare deberet inquirere. Ruebāt enim populi cateruatim audire beatū antiſtitē non tam aure corporis q̄ cordis: q̄ ab ipſo dicebātur humiliter amplexantes. Erat in eadem prouincia mulier quedā annoſa: que per multū tempus nec videre nec audire poterat: cui per viſionē reuelatū eſt: vt ad beatū antiſtitē receptura ſanitatē ire feſtinaret. Surgens autem mulier: ducem parat qui greſſus ei⁹ regat. Epiſcopus autē viſa illa motus pietate: aurib⁹ & oculis ei⁹ ſignum crucis appoſuit: & mox diſſoluta cecitate: viſus redditur & vitio ſurditatis eliſo auditus reparatur. Euangelizante itaq; illo in prefata prouincia cum rex kinegilſus cathezizatus fonte baptiſmi cum ſua gēte ab-

lueretur cõtigit tūc ſctū regem northan
hūbrorū oſwaldam affuiſſe: eumqꝫ de la-
uachro exeūtē ſuſcepiſſe ac ſic pulcherrio
prorſus ⁊ deo digno conſortio: cuius erat
filiā accepturus in cõiugē: ipm prius ſe-
cunda regñatione deo dedicatū: ſibi acce
pit in filiū. Donauerūt aūt ambo reges
eidē epo ciuitatē q̄ vocat dorcic. id eſt dor-
ceſtre ad faciēdā inibi ſedē epalem. An-
no aūt triceſimooctauo poſt ingreſſū ſcti
auguſtini in angliā pdicare cepit ſanct⁹
birinus weſtſaxonib⁹ ⁊ baptizare. An-
no dñi ſexcēteſimo triceſimoquīto tēpore
regis kinegilſi canonicos ſeculares inſti
tuit apud dorceſtre ab oxonia miliarib⁹
ſeptē diſtantē vbi ipe ⁊ ſucceſſores ei⁹ vi-
ginti ⁊ ſeptē epi manſerūt per annos cir-
citer quadringētos quinquagintaſeptē.
Tpe regis willelmi conqueſtoris per re-
migiū epm apud lincolniā ſedes epalis
trāſlata extitit. Tpe vero regis ſtephani
per alexandrū epm apud dorceſtre cano-
nici regulares īſtituti ſunt. Beda vero
de geſtis anglorū libro tertio capitulo ſe-
ptimo ſcribit beatū birinū factis dedica-
tiſqꝫ eccleſijs multiſqꝫ ad dñm pio ei⁹ la-
bore populis aduocatis: migraſſe ad do-
minū ⁊ in eadem ciuitate ſepultū eſſe: et
poſt multos annos hedda epatū agente
eū inde in wentā ciuitatē id eſt wintoniā
tranſlatū: et in eccl'ia btōrū aplorū petri
⁊ pauli honorifice collocatū. Dorceſtrē-
ſes canonici ſcripture bede obuiātes pa-
pe honorio ſuggeſtionē quādam fecerūt:
vnde ⁊ ipe litterā talis tenoris in angliā
tranſmiſit. Honorius eps ſeruus ſeruo-
rum dei venerabili fratri ſtephano archi
epo cātuarienſi: ſctē romane eccl'ie cardi-
nali ⁊ dilectis filijs archidiacono ⁊ offici-
ali cant. ſalutē ⁊ apoſtolicā bñdictionem
Ex parte dilectorū filiorū abbatis ⁊ cõuē
tus de dorceſtria fuit nobis humilit ſup-
plicatū vt corpus ſcti birini qui olim a fe
licis recordatiõis honorio papa pdeceſſo
re nřo in angliā deſtinatus clare memo-
rie regē anglie ab idolatria cū gente ſua
cõuerſuz baptizauit: ⁊ multis choruſcās
virtutib⁹ feliciter officio legationis im-
pleto: defunct⁹ et ſupultus in ſuo mona-
ſterio in loco humili extitit: cū nomē eius
in ſctōꝝ cathalogo habeat facerenius in
loco magis idoneo collocari. Nos igit de
vřa diſcretione plenā fiduciā obtinētes:
diſcretioni vře per apl'ica ſcripta manda
mus: quatin⁹ ſi rem inueneritis ita eſſe:
prefatis abbati ⁊ cõuētui vt corp⁹ ſancti
predicti ad locū transferāt digniorem au
ctoritate nřa licentiā cõcedatis. Datū la
terañ. ſeptimo idus marcij: põtificatus
nři anno octauo. Archiepo autē ſtepha
no pdictis archidiacono et officiali vices
ſuas cõmittēte plurib⁹ conuocatis anno
dñi milleſimo ducēteſimo viceſimoquar
to inter multos teſtes: quidā canonicus
iuratus dixit ꝙ audiuit multotiens wil-
lelmū canonicū dicentē ꝙ pluries appa-
ruit ei quidā in viſu pcipiēs vt quereret
qõdā ſepulchrū in eccleſia de dorceſtre an
te altare ſctē crucis ⁊ ibi inueniret corp⁹
tur. Gygas vero horribilis rugitu proſi
liens leonino aſſultus minabat̃ inpaſſi-
biles. Sed dei nuncius imperterrit⁹: nõ
quaſi arte pugillatoria: ſed viriũ infinita
potẽtia diuina fauẽte gratia: inmunis
maximũ decẽter tenuit pedib⁹ proſtratũ
clamãtem: ⁊ voce magna dicẽtem. Ber-
telline ſerue dei miſerere mei. Quo viſo
circũſtãtes: ſi vniuerſi mirẽtur nõ mirẽ
dum immunis maximũ virtutis poten
tia tenuit deuictũ. Nec eſt aliq̃s adeo ve-
ſani capitis inuẽtus: qui illud diuinũ re-
putauerit miraculum. Unde oẽs qui ibi

aderāt: exceptis bertellini parētibus: pe
dib⁹ eius proſtrati dixerūt. Peccauim⁹
iniuſte egimus iniquitatē fecim⁹ Pater
ſctē nr̄i miſerere. Beatiſſimo igitur ber-
tellino venerabiliter a rege ſuſcepto: cun
cta que erāt prius confiſcata iuſſu eiuſdē
regis: viro dei ſunt reſtituta. Oēs itaqꝫ
viri ac mulieres totius prouincie deū ti-
mētes: btm̄ bertellinū tanꝙ prēm ſuum
ſpiritalē in vita ſua venerātes in oīb⁹ di-
lexerūt. Sctūs vero dei gloriā et honorē
timēs tēporalē: abijt in deſertis mōtib⁹
vagans vt nemoriſta: vbi vir ſctūs ieiu-
nijs et orōnib⁹ ac vigilijs multis deo de-
ſeruiens: vanitatē mūdi reſpuēs vitam
finiuit. Quīto vero idus ſeptēbris: ad ce
leſtē trāſiens hieruſalē: accepit corā quā
repromiſit deus diligētib⁹ ſe. Hic ſeruus
eſt ille quē dn̄s inuenit vigilātem: cui do-
minus tradidit quīqꝫ talēta: et lucratus
eſt alia quīqꝫ ⁊ intrauit in regnū dn̄i ſui.
Quē dn̄s noſter ī vita ſua mirabiliter mō
ſtrauit: et poſt obitū ſuū valde mirabili⁹
crebris choruſcātibus miraculis: locum
quē moderni ſtafford nūcupāt quia clau-
dis greſſum: mutis loquelā: ſurdis audi
tū: cecis viſum: ⁊ alijs languorib⁹: amo-
re ſcti bertellini donec quidam in eccleſia
ſua commiſerat homicidiū: dn̄s cupidaꝫ
p̄ſtitit ſanitatē. Erat enī in villa ſtafford
quidā homo noīe willmot cortuarij vtēs
arte: hic hō multis annis fere ſedecī ſuo-
rum viſu caruit oculorū: ita ꝙ nō potuit
de domo ſua recedere ſine duce qui illi in
ſuis itineribus ſubueniret. Tādem mul
tis elapſis annis ductus ad eccleſiā ſan-
cti bertellini in ipā villa ſtafford cauſa re
cuperādi ſue egritudinis ſanitatē: flexis
genibus in oratione ante altare ſcti ber-
tellini dū ſacerdos tūc iohannes croſtys
appellatus in miſſa obtulit eucariſtiam
ſummo patri. Prefatus cecus tūc viſui
reſtitutus vidit primo illō venerabile ſa
cramētū: ſummo deo grās agēs: qui ob
amorē ſctī bertellini ātiqua miracula re-
nouauit Iſte homo qui ad miſſam predi
ctam ſine duce venire nō potuit: ſine ali-
quo ducēte ſe ad propria remeauit. Et ſic
tota vita ſua ſine oculorū grauamine vi-
dit clare. Hoc enī miraculū anno dn̄i mil-
leſimo tricenteſimo octogeſimoſexto ma
nifeſtauit deus in eccleſia antedctā. Ore
mus igitur ſumme btitudinis clemētiā
vt ad incremētū honoris btiſſimi bertel-
lini cōfeſſoris ⁊ fidei ſpeiqꝫ nr̄e confirma-
tionē merita ſua ſolitis nobis manifeſta
re digneť miraculis. Ut cū oēs eum cor-
de venerātes deuoto: corporalē ſpūalēqꝫ
mereātur ſuſcipere ſanitatem ad de qua
cunqꝫ tribulatione ipius implorātes au
xiliū: meritis ⁊ interceſſionib⁹ beati ber-
tellini petitiōis ſue ſalutarē cōſequātur
effectū. In eo qui viuit ⁊ regnat per infi-
nita ſeculorū ſecula. Amen.

## ¶ De ſctō Cadoco epiſcopo ⁊ martyre.

SAnctus enī cadoc⁹ ſcti gūdlei re-
gis filius cū in vtero matris ſue
gladuſe clauſus eſſet: per ſingu-
las noctes in quatuor angulis dom⁹ in
qua manebat quatuor lampades igneo
ſplendore choruſcātes vſqꝫ ad partū filij
viſe ſunt. Apparuit autē angelus dn̄i in
nocte qua nat⁹ eſt puer: dicēs regi. Cras
veniet ad te anachorita quidā ſctūs: quē
deuote ſuſcipiēs humiliter implora: qua
tinus filiū tuū lauachro regñationis pu
rificet: ⁊ nomē ei⁹ cathinaū appellet eun-
demqꝫ poſt ſeptēniū litteris ⁊ morib⁹ in-
formādum ſuſcipiat. Quo facto: tpe quo
nat⁹ eſt puer celaria lacte et melle plena
inuēta ſūt. Cū aūt creſceret infans: quic-
quid veniebat ad manus eius: totū pau
peribus erogabat. Sub vili habitu ſin-
gularis horis eccleſiam frequentās: ⁊ in
nocte modicū panis ⁊ aque lautiorib⁹ ci-
bis penitus abiectis ſumebat. Ad diuer
ſos ſepe ludos inuitatus: ad eccleſiā con-
fugit dicēs O ceca mens hoim que ſemꝑ

tranſitoꝛia appetit: ⁊ eterna reſpuit. Vi-
dete quid ſitis ⁊ ad quid facti eſtis. Neſci
tis qꝛ dies dñi veniet: qñ riſus vertetur
in luctũ: ⁊ luctus in gaudiũ. Quodã die
extincto igne p̄cepit magiſter puero cati
nail in eſt cadoco ignẽ ad coquẽdã eſcã de
ferre: ⁊ ruſticus quidã illi ignẽ dare renu
eret niſi carbones ardẽtes in gremio de-
poꝛtaret: viuos in clamide carbones ſuſ-
cepit: ⁊ inuſta veſte ad magiſtrũ ſuũ at-
tulit. Erectis autẽ in celũ oculis p̄ces ad
deũ fudit: quatinus ruſticus ille cũ farre
ſuo ſuoꝛũ pariter fomẽto titionum cõcre-
maretur. Et intulit. Nõ ideo dñe bonita
ti tue ſupplicaui: vt pctõꝛẽ illũ in ſuo fla-
gitio cõdẽpnari exoptarẽ: verũ vt diuina
poteſtas in hoc mũdo ſit ſceleroſis mani
feſta: teqꝫ magis pauerent: et tibi mini-
ſtrãtibꝰ reſiſtere abhoꝛrerẽt. Quo dicto:
ruſticus ille cũ trituratoꝛio ſuo ſuccẽſus
exuritur. Diſcedẽs tãdẽ a magiſtro ſuo
monaſteriũ conſtruxit ⁊ fratres multos
cõgregauit. Pꝛofectus tandẽ cadocꝰ ſi-
ne nũmis ⁊ ſacculo ⁊ mare trãſiens: a re
gina quadã ſupplicatur: vt a ſterilitatis
oppꝛobꝛio eã liberare dignaret͂. Cui ille:
Vade in pace: deꝰ det tibi petitionẽ quã
rogaſti. Eadẽ autẽ nocte filiũ cõcepit: cui
nato elle in baptiſmo nomẽ impoſuit Ca
docus tandẽ hierl͂m veniẽs: loca ſctã viſi
tauit: cui ⁊ dñs gentiũ idioma per quas
trãſibat cõtulit: varijſqꝫ linguis loqui ce
pit. Poſt trienniũ vero rediẽs puerũ elli-
nũ ſterilis regine filiũ accipiẽs in hume-
ris baiulauit educauit ⁊ inſtruxit Quia
enĩ mater illũ deo vouerat ⁊ ſibi educan-
dũ ⁊ moꝛibꝰ infoꝛmãdũ tradiderat: eum
valde diligebat. Victoꝛ quidã malicio-
ſus poſt illius peregrinationẽ cũ belliuũ
patruelẽ ipſius trucidaſſet: reditu ſancti
viri cognito nimio pauoꝛe perterritus a
facie eius celerius aufugit. Pꝛoſequẽte
aũt illũ cadoco: ſub oculis eius tanq̃ pul
uis aut fumus a facie vẽti nutu tonãtis
euanuit. Tirãnus quidã noĩe ſawil cũ
ſuis ſocijs cibũ viri dei ⁊ potum vi diripi
ens ebꝛietati et crapule vacauit et ad in-
terficiẽdũ cadocũ ⁊ fratres eius iter ma-
turauit. Et ecce coꝛã oculis ſerui dei ter-
ra aperuit os ſuũ ⁊ abſoꝛpto cum ſuis ſa
tellitibꝰ tirãno: foſſa vſqꝫ in hodiernũ di-
em ibidẽ in teſtimoniũ remãſit. Paſce-
bat enĩ cadocus centũ cotidie clericos: to
tidẽ pauperes ⁊ totidẽ viduas pꝛeter ad
uenas ⁊ hoſpites ad illũ crebꝛo veniẽtes
Licet ei abbas multos ſub ſe monachos
regeret: poꝛtionẽ tamen regni patris ſui
poſſidẽs indigẽtibꝰ neceſſaria diſtribuit
Cũ in cathedꝛa ſedens populos doceret
quinquaginta milites cuiuſdã reguli ac
cipitres in manibꝰ habẽtes veniebãt ad
illũ: vt eſcã ab eo violẽter auferrent. Qui
bus ille quĩquaginta panes: vnũ poꝛcũ
⁊ ceruiſiã mitti iuſſit. Cũqꝫ ad ſumendã
paratã ſe locaſſent refectionẽ: terra ex in
ſpirato dirupta in ictu oculi in pꝛofundũ
obſoꝛbuit eos eſca permanente intacta.
Quo viſo: iltutus illoꝛũ pꝛinceps qui ab
ſens tunc erat veſtigij btĩ cadoci pꝛouolu
tus: veniã petijt ⁊ habitũ monaſticũ ſuſ-
cepit. Superuenit quidam hiberniẽſis
ad locũ in quo ſanctus cadocus oꝛatoꝛiũ
fabꝛicauit: qui operarios oẽs ſctĩ ſubtili
artificio ſuperabat. Inuidẽtes ob hoc ce
teri: ipm nequiter interfecerũt: ⁊ ampu-
tato capite eius ⁊ magno ſaxo circa trun
cũ coꝛpus alligato in altũ ſtagnũ pꝛecipi
tatur. Cunqꝫ planctũ filioꝛũ occiſi ſanctꝰ
audiſſet cadocus: cũ ſuis clericis per vi-
gil in oꝛationibꝰ pnoctauit: vt rẽ geſtam
dñs ei reuelare dignaret͂. Facto aũt ma-
ne: decollatꝰ artifex caput in ſinu ſuo ge-
ſtãs ⁊ magnũ lapidẽ ſupꝛa tergũ ferens
cruẽtꝰ hoꝛrida ſpecie viro ſctõ ſe oſtẽdit:
pꝛeciſumqꝫ caput in hec verba pꝛoꝛupit.
Serue dei fige me ſupꝛa collũ in pꝛiſtino
ſtatu ⁊ que tibi incognita hactenꝰ de hac
re extiterũt denudabo. Qđ cũ feciſſet: in-

dicauit ei nephas artificū: ꝛ quomō inui
dia ducti illum flagitioſe trucidarūt. Et
ait ſctūs Elige qđ vis: aut in hac vita no
biſcū denuo viuere: aut in eternā vitam
cū deo perhēniter regnaturus remeare.
Et ille. Dñe vt in eternā requiē regredia
tur anima mea. Et hoc dicto: expirauit.
Dux quidā britonū tres milites arthu
ri regis illuſtriſſimi trucidauit: ꝛ arthu
rō vbiqꝫ eū pſequēte: nuſq̄ tutū locū repe
rire potuit: nulluſqꝫ ipꝫ tueri ob regis fa
uorē auſus fuit: donec fuga fatigatꝰ ad
virū dei profugus venit. Qui illiꝰ miſe
ratus labores: benignus illum ſuſcepit.
Demū adquieſcēte ad p̄ces ſcti rege a iu
dicibꝰ determinat vt pro redēptione vni
uſcuiuſqꝫ occiſorū: arthurus rex tres bo
ues optimas ſuſciperet. Huiuſmodi enī
iudiciū apud britones a regibus priſcis
ſanccitū fuit. Arthurus tamē vnicoloris
vaccas renuit: ꝛ in anteriori parte rube
as ꝛ in poſteriori cādidi coloris diſtictas
plurima tergiuerſatiōe geſtiuit. Juſſu
ergo cadoci adducti ſunt nouē vacce: ꝛ fu
ſis ad deū precibus in prelibatos colores
mutate ſunt: ꝛ inter manus tenētium il
las in cōſpectu regis in filicis faſces trā
figurātur. Quo viſo: ſuper iniuſta petiti
one: veniā humiliter rex arthurus flagi
tauit. Cū regulus quidā vicinaꝝ regio
nē incolis offenſus congregato exercitu
vaſtare vellet populi regionis perterriti
ſctm̄ cadocū exorātes dixerūt. Dñe adiu
ua nos ꝛ erue nos de manu regis huius
quia quecūqꝫ petieris a deo impetrabis.
Cōſtātes inquit eſtote ꝛ nolite timere: ad
nichilū deducet dñs inimicos nr̄os Cūqꝫ
nocte illa cū clericis p̄ces deo fudiſſet: ma
ne facto: colūpna nubis p̄cedebat eū que
tentoria regis operiēs diē obſcurauit: vt
nullus alterū videre poſſet. Et accedens
vir ſctūs ad regē dixit. Salue rex. Que
ſo inq̄t ſi in oculis tuis grām inueni: ver
ba mea bñ ſuſcipe. Cui rex. Loquere in
quit. Ut quid inquit ſctūs ad patriā me
am armata manu predandi vaſtandiqꝫ
cauſa adueniſti: preſertim cū id non me
ruiſſem? Et ait rex. Fateor me in te pec
caſſe: qđ ſtulte egi ꝓpicius et miſericors
veniā cōcedēdo remitte: ꝛ tua interceſſio
ne tenebroſitas iſta diſcedat. Sctūs ait.
Remittātur tibi p̄grandia facinora tua.
Et adhuc eo loquente: lux eſtiua deſuper
effuſa nimiā ſerenitatē in caſtris infudit
Et ꝓcidēs ſe rex in faciē ſuā: grās ei retu
lit: ꝛ deū glorificauit. Filius cuiuſdam
regis cū multitudine copioſa ad diripiē
das poſſeſſiones auſtraliū britonū ꝛ ter
rā penitus depopulādā venit. Cuiꝰ equi
tes cū ignē in horreū ſctī cadoci miſiſſent
et tm̄ fumari poſſet: fumus inſtar lignei
poſtis recto tramite vſqꝫ ad papilionē fi
lij regis tetendit: ꝛ lumē oculorū oīm ob
cecauit. Orante aūt ſctm̄ cadocū cū hūili
tate filio regis ꝛ veniā petente: priſcā lu
minū aciē cū ſuis recepit. Cōgregatis
aūt diſcipulis ſuis: ait illis Nm̄ quidem
diuīo nutu ter hierlm: ſeptieſqꝫ romam
pro dei amore profectus ſum: ſupereſt vt
orādi gratia ad eccleſiā ſctī andree in ſco
cia ꝓficiſcar. Quo cū pergeret: apparuit
ei angelus dñi dicēs. Dñs deꝰ tuus per
me tibi p̄cipit ne hinc diſcedas: ſed ſeptē
annorū ſpacio grā cōuertendi populū ad
xp̄i fidē in hoc loco perſiſtas. Ibi vero po
pulū docuit baptizauit: cūctoſqꝫ langui
dos curauit. Quadā vero die dum terrā
ad cōſtruendū monaſteriū foderet: os col
li cuiuſdā priſci gigātis mōſtruoſum ac
incredibilis quātitatis inuenit Et admi
rās ſctūs dixit. Nō ad eſcā neqꝫ ad potuꝫ
vadam: ſed erit michi oratio pro cibo: la
chryme pro potu: donec hoc prodigiū no
bis a deo ꝓpaletur. Eadē nocte angelus
dñi apparēs ei dixit. Ecce clamor orōnis
tue ad deū aſcendēs exauditus eſt. Cras
enī veteranꝰ gigas reſuſcitatus vr̄ foſſor
quo aduixerit erit. Mane āt facto: imma

nis ⁊ horribilis ſtature gigas adueniēs pedib⁹ ſcti ꝓuolutus ſic inquit. Scte cadoce ſerue dei tuā efflagito benignitatē: quatin⁹ miſerā aīam meā in diris inferni ſupplicijs hacten⁹ cruciatam: illuc denuo remeare nequaq̄ pmittas. Et interrogatus q̄s eſſet et de qua gente: ait. Ultra talē montē q̄ndā regnans cū ſemel cū meis p̄donib⁹ diripiēdi ⁊ vaſtandi cauſa huc veniſſem: rex iſtius terre me ⁊ exercitū meū cōmiſſo graui prelio trucidauit. Requiſit⁹ de noīe ſuo: can ipm vocari dixit. Letare inq̄t vir dei et alacer ſis anio: nā michi a deo cōceſſum eſt te diutius in hoc ſeculo victurū: et poſt p̄ntis vite curſum ſi deo fidele deuotūq̄ obſequiū exhibueris: ac meis p̄ceptis obtēperaueris: aīa tua ad p̄henne gloriā cū deo regnatura migrabit. Uſq̄ ad obitū ſuū fodiendo ⁊ laborādo in eodē loco permāſit. Rediens ſctūs ad monaſteriū ſuū inuenit gildā nobilē ſcolaſticū cū pulcherrima quadā cāpanula de hibernia illuc adueniſſe. Cūq̄ decor et ſon⁹ colorq̄ cadoco placuiſſet: gildam ſibi nolā vēdere implorauit. Nō inquit ille vendā: ſed ſup altare ſancti petri offerā illā. Et cū nullo p̄cio cā vēdere ſe aſſereret: romā ꝓfectus oſtēdit eā alexādro pape dicēs. Hāc nolā a me fabricatā ⁊ ab hibernia huc delatā deo et ſancto petro offero Et cū nullū oīno ſonū pulſata redderet: admirans papa qualiter hoc fieri poſſet inquirit. Et auditis que a cadoco dicta fuerāt: bn̄dixit nolam ⁊ ait. Hāc cāpanulā a me bn̄dictā ⁊ conſecratā btō cadoco reporta: quatin⁹ in hac omne principale iuſiurādū fiat. Si quis eni ſuper ipam periurij crimen incurrerit: niſi dignā pniam egerit: hic ⁊ in futuro ꝓcul dubio anathema erit. Ego eni gētis illi⁹ incredulitatē rebellēq̄ ceruicoſitatē audiui: ideoq̄ illā eis mittā vt per eā fedus ⁊ pacē cōcorditer factis faciat Allata aūt btō cadoco nola: dulcē ſonū audiētibus ⁊ deſiderabilē reddidit. Aſſerunt eni britones pro ſcti cadoci amore per hāc nolā diuos mortuos ad vitam dn̄m reſuſcitaſſe. Sctūs ei cadocus fontē iugiter manātē de terra ꝓduxit fluuiū quēdā magnū virga quā manu geſtabat ter pcuſſit: ⁊ cum vigitiquatuor ſocijs ſiccis pedib⁹ pertrāſiuit. Cū ſcti cadoci oues die quadā paſcerētur: ecce duo lupi ſupuenientes pluribus ouib⁹ laceratis nōnullis rapacibus morſibus necatis brachiū maris trāſnatare ceperūt. Qui cū ad mediū veniſſent diuino iudicio in lapides trāſformati ſūt Dū aūt de mōte ſcti michaelis in cornubia veniſſet ⁊ ſitim maximā paſſus eſſet in loco arido baculū fixit: ⁊ ſtatim fōs largiflluus de terra ſcaturire cepit. Orauit q̄ vt cūcti languidi illuc accedētes: ſuor morborū medelā reciperēt venenoſas peſtes illa aqua extiguerent: vermeſq̄ cunctos de ventre potantiū ꝓijceret. Juxta eni fontē illū in cornubia in honore ſcti cadoci fundata eſt eccleſia magna. Apparuit angelus dn̄i btō cadoco dicens. De⁹ decreuit te iam de terra britānie diſceſſurū. Et ille. Oia que michi p̄cepta fuerint a dn̄o: libēs effectui pro poſſe mācipabo: ſed qualiter hinc diſcedā penitus ignoro. Angelus ait. Cras ei ad locū in quo poſt predicationē ſolebas quieſcere perges: ⁊ ibi ſubito nubes lucida operiet te atq̄ ſic ſuper eā tranſueheris ad ciuitatē bn̄uentanā eadem hora qua de nube deſcēdes: abbas illi⁹ vrbis in tua p̄ſitia ſepulture honorifice tradet: in cuius loco monachi te abbatē cōſtituere maturabūt Eadem nocte idē angelus priori bn̄uētane ciuitatis in viſu apparuit ita dicēs. Cras quidā clericus ſapiēs britannus ſeruus dei electus ad vos huc venturus eſt: quē abbatē ſuper vos ordinari ⁊ cōſtitui pōtifici obnixius ſupplicate. Jpm enim elegit deus vt abbatis veſtri vice vobis ſubrogetur: ſophiaſq̄ apud vos vocabit: quia

ſapiētia dei plenꝰ eſt. Cadocꝰ autē mane
ſurgēs ellenū diſcipulū ſuū loco ſui ordia
uit abbatē Et cū adhuc diſcipulis ſermo
nē faceret: ecce claritas dei repēte oēs cir
cūfulſit: ⁊ nō valētes tanti luminis ferre
claritatē: ꝓni pariter in facies ſuas ſup
terrā ceciderūt. Beatus autē cadocus in
nube alba raptꝰ: ab oculis eorū euanuit
⁊ quaſi in palpebre motu in ciuitate bn̄⸗
uentana de nube deſcēdens inter ſepeliē⸗
tes abbatē viſus eſt. In eadē hora cūcta
monachorū cōgregatio cū ep̄o abbatē eū
cōſtituit ⁊ ſophiā illū nūcupauit. Deſū
cto demū illiꝰ ciuitatis ep̄o apparuit an⸗
gelus dn̄i btō ſophie: p̄cipiēs ei quatinꝰ
ep̄atus ordinē ſuſciperet. Eadē vero no⸗
cte idē angelus archidiacono in ſompnis
iuſſit vt ſequēti die remota dilatiōe ſctm̄
ſophiā ad pōtificatꝰ gradū diuina iuſſio⸗
ne ꝓmoueret. Quo mane cūctis clericis
per ordinē reuelato vnanimi oim̄ conſen
ſu ad ep̄atum aſſumptus eſt. Angelus
aūt dn̄i demū in viſu noctis apparuit ei
dicēs. En a dn̄o deo tuo datur tibi optio:
nūc elige quo exitu hāc letalem vitā deſe
rens: ad regnū velis migrare perpetuū.
Qui rn̄dit. Qm̄ eni martyriū oī morte in
cōſpectu dn̄i p̄cioſius inuenitur: illud eli
gēs pre ceteris exopto. Et angelꝰ. Robu
ſtus inquit eſto corde et animo q꞉ dn̄s te⸗
cū eſt. Cras eteni rex quidā crudelis ciui
tatē hāc ingrediēs depopulabit eā et mi⸗
les quidā ipſius monaſteriū ingreſſus:
diuina miſteria te celebrātē: ſuper aram
atrociter haſte cuſpide terebrās trucida
bit. Sctūs ſophias inde gr̄as agēs deo:
dixit. Prōptus ad martyriū factus ſum
hac eni nece dn̄s noſter iheſus xp̄s ⁊ apo
ſtoli eiꝰ multiq꞉ alij mūdū triūpharūt et
celeſtis regni gloriā adepti ſūt. Hora pri⸗
ma cū miſſam celebraret tirānus cū ſuo
exercitu ſuburbia deuaſtauit: ⁊ eques q̄
dam eccleſiā cū furore intrās: ſctm̄ ſophi
am dn̄ici corporis ⁊ ſanguinis cōſecrati⸗
onē libantē: lancea penetrauit. Qui ocu⸗
lis ad celū erectis: aīam ſuā dn̄o cōmēda
uit dicēs. Dn̄e iheſu xp̄e accipe ſpm̄ meū
⁊ ne ſtatuas huic hoc peccatū qm̄ ignora
uit quid egit. Dn̄e deꝰ omp̄s inuiſibilis
rex iheſu xp̄e ſaluator poſtulationē meā
exaudi: ⁊ preſta vt qui oſſiū meorū partē
aliquā poſſiderit: virtutes faciāt: demo⸗
nes ꝓcul pellant: ⁊ oīs ab eis peſtis abſi
ſtat ⁊ qui corpori meo honorē exhibuerit
in terris: dimiſſis peccatis te ſemp glori
ficet in celis. Nec mora vox de nube cādi⸗
da fctā eſt dicēs. Cadoce famule mi aſcē⸗
de ad regnū p̄ris mei ⁊ que poſtulaſti fa⸗
ciā tibi ⁊ non contriſtabo te: qm̄ in morte
mei memor es tu. Quicūq꞉ in tribulatio
ne magna nois tui memor inuocauerit
me: amē dico tibi quia a tribulatiōe ſua
placabilis ⁊ ꝓpicius liberabo eū. His au
ditis: nono kal. februarij in manꝰ dei ſpi
ritū emiſit. In eius eni honore fundata
eſt ibi eccleſia magna ſup ſepulchrū eius
in qua nullus britānus intrare ꝑmittit.
Futurū eſt ei vt aſſerūt ciues: quēdā bri⸗
tonē ex ſuo in britānia monaſterio. ſ. lan⸗
carnan illuc aduenire: ⁊ reliquias corꝑis
ſcti furto inde q̄nq꞉ auferre Quinimo qđ
grauius eſt poſt ablationē corꝑis ſcti fon
tē illū qui ſecus eſt vrbē: quē ad operario
rū vſum in edificatione murorum ciuita
tis per illius preces de tellure manare fe
cit: velut mare ſuper totā vrbē ⁊ illiꝰ ha⸗
bitatores inundaturū p̄ſagiūt. Diſtat eī
locꝰ p̄dicti monaſterij mō in wallia a cou
brige tribꝰ miliaribꝰ ⁊ eſt ibi eccleſia pa⸗
rochialis in plano ſita. ¶ Narratio.
Illis diebꝰ ſctūs arnulphꝰ ſcti remigij
diſcipulus cū in eccleſia quadā ſolus ora
ret: cuiuſdā peccatoris anima quā dya⸗
bolus ad inferna trahebat exuta a corꝑe
clamare cepit. Sctē arnulphe electe dei
ſuccurre: ⁊ hos impetꝰ inimicorū cōprīe:
Tūc ille hoc luctu cōmotꝰ largiſſime flēs
orauit: ⁊ aīa ad corpus redijt ⁊ reuixit.

¶ De ſancto Carodoco heremita.

Amicus dei carodocꝰ de cam-
bria oriundus ⁊ de prouincia
breghēnoc parentibus nō in
ſimis propagatus. originalē
lineam duxit: ⁊ litterarū ſtudijs deditus
dū virgā timuit et verba doctorū non pa
rū in doctrina ꝑfecit. Demū relictis litte
raꝝ diſciplinis curiā reſi ſoutwallie prin
cipis adiens eius ſe famulatui ſubijcere
curauit. Princeps aūt ipſum magno di-
ligens affectu duoꝝ leporariorū quos di
ligebat ei cuſtodiā aſſignauit. Erat eni
affabilis: liberalis et morigeratꝰ. In li-
ra quoqꝫ et muſicis inſtrumentis pluri-
mum doctus erat. Cūqꝫ aliq̄ȝdiu in obſe-
quijs illiꝰ principis deuotꝰ et ſedulꝰ ex-
titiſſet: dño diſponēte cōtigit vt dictos le-
porarios caſu fortuito amitteret: quati-
nus electꝰ eius ad vtiliora ⁊ q̄ ſunt appe
tibilia tali relicta vanitate tranſiret. Un
de princeps et domꝰ eius valde offenſus
membrorū mutilationē ⁊ mortē ei mina
batur. Cui et carodocus reſpōdit. Si lō-
ga et laborioſa ſeruicia mea a deo ꝑuipē-
duntur: ſicut ex verbis iſtis euidēter ap-
paret illi de cetero principi labores meos
et obſequiū impendā q̇ mercedē vberē
pro labore modico donare nouit: q̇ canes
hoībus non anteponit nec morte ſed vita
eterna ſuos remunerat ſeruitores. Nec
mora de lancea ſua ſibi baculū faciēs vo-
tum deo vouit: qđ ab illo die et deinceps
vitā celibē duceret ⁊ monachalē. Aſſum
ptis aūt ſecū q̇buſdā ſocijs verſus landa
nenſē eccl̃iam ⁊ eius epm̄ iter dirigit Et
cū ꝑ mōtana pergens victualibꝰ careret:
dñs q̇ ſuos in neceſſitate nō deſerit famu
los: victualia ſufficiēter ⁊ abunde proui
dit. Caprea eni ſagitta trāſfixā inuenien
tes: abſqꝫ difficultate ceperūt: et cibū in-
de illis parauerūt. Ueniēs itaqꝫ carodo-
cus ad ep̄m: coronā clericalē ab ip̄o ſuſce-
pit: et ī eccl̃ia ſcti theliai aliquāto tp̄e deo
ſeruiuit. Uidēs tandē locū illū propter ni
miā hoīm frequentiā religioni ſue et pro
poſito minꝰ accomodū: inde ſecedens: ad
eccl̃iam ſcti kinedi acceſſit q̄ tūc quaſi de-
ſerta fuit. Caſa igit̃ iuxta cimiteriū edifi
cata ſpinis ac tribulis nō ſine labore grā
di locū purgās vix poſt triduū eccl̃iā ītro
ire valebat. Sic enī olī cōtigit apud me-
neuiā. Cū enī vrbs meneuēſis per pira-
tas ab inſulis orchadum longis nauibꝰ
aduectos exigentibus incolarū peccatis
crebra infeſtatione ꝑ ſeptenniū fere deſo-
lata fuiſſet: ſacerdos q̇dā religioſus ſpi-
nas et tribulos extirpando: ad tumbam
ſcti cōfeſſoris dauid vix ſeptimo die ꝑue-
nit. Cū aūt carodocus monaſteriū illud
laudabili conuerſatiōe aliq̄ȝdiu illuſtraſ
ſet apparuit ei angelus dñi dicēs Frater
carodoce non hic diu habitare nec vite
curſū iuxta ꝓpoſitū tuū deo aliter diſpo-
nēte hic adiplere debes. Eccl̃ia nāqꝫ me-
neuēſis ⁊ vita tua ⁊ morte decorabit̃. Ue
niens ergo meneuiā: īfra tēpus breue ad
ſacerdotium meruit promoueri Et cū de
virtute in virtutē excreſceret: puellā quā
dā tumore horribili ⁊ ydropico turgentē:
manu tangens euaneſcente ſtatī tā lan-
guore q̄ȝ tumore plene reſtituit ſanitati.
Cemētarios ⁊ operarios cuiuſdā ſue ec-
cleſie quadā ſexta feria de paucis piſcicu
lis refecit. Oblatis ei duodecī allecibꝰ:
cuidā elemoſinā petēti cū aliud ad manū
nō haberet: cū ſeruo ſuo illa dare iuſſiſſet
et ille tardaret: ecce aliꝰ adueniēs: duode
cī denarios ei dedit quos ſimul cū alleci-
bꝰ paupi hilari vultu errogauit dicēs Ac
cipe donū dei: nō enī ꝓpter nos vt eſtimo
ſȝ magis ꝓpt̃ te nobis miſit hoc deꝰ. Veſ
pere vo miſter adueniēs: allecia vbi priꝰ
repoſita erāt īuenit. Cū aūt poſt hec in
īſula noīe ary deo deuotū p̄ſtaret obſeq̇ū
norwagenſes pirate ſuꝑuenictes ipſū et
ſocios ſuos rapiūt ⁊ ad naues ſecū addu
cunt. Auſtro enim ad vota flante nocte

tota velificãtes: mane iuxta inſulã ſe eſſe viderunt. Quo viſo: barbari ⁊ increduli pauore ⁊ horrore pcuſſi: virũ ſctm̃ cũ ſuis ad terrã dimiſerunt. Cumq; ſocios ſuos ad terrã de inſula miſiſſet: affuit ei ſathanas ⁊ viſibiliter in forma humana apparuit: cui et ait. Quid me miſer perſequeris in vanũ? Nichil in me per dei gratiã reperies. Et demon. Ne ſolus hic remaneres: ⁊ abſq; ſeruitore certe tibi ſeruiturus acceſſi: nõ rogatus. Uade inquit vir dei ſathana humani generis inimice q̃a nõ curo ſeruicia tua. Iterũ enĩ cum magno vir ſctũs manuũ labore fatigat⁹ tunicã exueret: zonamq; piiceret: affuit ſathan: et zonã cũ marſupio furti abſtulit. Expedito aũt labore zonam querẽs ⁊ nequaq̃ inuenire valẽs: vidit malignũ nõ longe ioculantẽ ⁊ ſaltantẽ. Nũ tu inquit miſer q̃ amiſſa ſunt aſportaſti? Adiuro te per nomẽ dñi quatin⁹ ablata reſtituas: licet inuitus. Et fctm̃ eſt ita. Cũq; in illa inſula ppter irruptiões barbarorũ ampli⁹ manere nõ poſſet: aſſignauit ei eps meneuẽſis monaſteriũ ſcti hiſmaelis in roſenſi puincia vulgariter yſam vocatũ Ubi cũ aliq̃diu morã trahẽdo deo famularetur: ſuperuenerũt flãdrenſes viri armis robuſti ab anglorũ rege henrico primo cũ vxorib⁹ et liberis illuc tranſmiſſi: qui expulſis walleſib⁹ terrã inhabitare ceperunt. Qui cũ incolas regionis expuliſſent: caradocũ modis oĩb⁹ eiicere nitebantur. Uñ cũ quidã crudelis noĩe ricardus tanchard oues ei⁹ ⁊ armẽta de quorũ lacte paupes recreare ſolebat: biduo incluſa retinuit. Cõmot⁹ inde vir dei ad deũ preces fudit: quatin⁹ crudelitas hec et obſtinacia diu impunita nõ maneret. Nec mora ſuperuenit vxor eiuſdẽ viri: virũ ſctm̃ ſuppliciter rogãs quatin⁹ pro inopinato iuuenis caſu diuinũ auxiliũ implorare dignaret. Nã ſubito quaſi in terrã corruerat quaſi ad mortẽ. Cũq; ad preces ſcti cõualuiſſet: ⁊ in nullo humiliat⁹ nec correctus eſſet: dũ venationi intenderet: ceru⁹ quidã vſq; ad maris ripã ipm pcedẽs: ⁊ ipe calcaribus equũ vrgẽs a rupe quadã in pcipitiũ ſe dedit: ⁊ cõtinuo expirauit: nec de ceruo nec corpore iuuenis quicq̃ poſtea inueniri potuit. De monaſterio aũt ſcti hiſmaelis per ſpacium ſtadiorũ ſeptẽ ad pces ſancti carodoci mare ſe retrahẽs: viã viro dei ſiccã dedit. Cũ quodã paſchali tpe miniſterio altaris ſe pararet: ecce viri duo ſtolis albis induti mẽſam aureã deferẽtes: ad ipm introire viſi ſunt: et erat ſcriptũ in mẽſa. Sequere nos. Habem⁹ enĩ cibũ manducare quẽ tu neſcis. Perlecta aũt ſcriptura: diẽ obitus ſui imminere intellexit. Et volẽs diem ſcire: qñ inquit in conuiuio vr̃o cũ fratribus meis epulabor. Ad cenã inquiũt agni prouidi: nichilq; ampli⁹ adiiciẽtes receſſerũt. Quarta vero poſtmodũ feria febre correptus: fratrib⁹ ait. Scitote fratres chariſſimi qđ die dñica aĩa mea carnis ergaſtulo ſoluta: ad dñm quẽ dilexit ⁊ concupiuit: migrabit. Obiit aũt anno dñi milleſimo cẽteſimo viceſimoquarto: ⁊ in meneuẽſi eccl'ia cũ magno honore ſepulture tradit. Poſt multos vero annos cũ corpus eius cõgregata multorꝫ copia virorꝫ tranſferretur: incorruptũ ⁊ incõtaminatũ repertũ eſt. Cuius digitũ cũ willelmus malmeſburyenſis monachus et hiſtoriograph⁹ inſignis: deuotiõis gratia abſcidere ⁊ ſecũ forte auferre tẽptaret ſctũs quaſi ſentiẽs mẽbrorũ abſciſionem collectis in volã digitis ⁊ ſimul in palmã replicatis manũ manica ſubtraxit. Quo viſo: perterritus monachus: a ſancto humiliter veniã poſtulauit. ¶ Narratiões

Cum ei gens hunorũ pfida cũ rege ſuo athila aurelianenſiũ menia vallans: ad vrbis interiatum aſpiraret: et ſanctus anian⁹ epus ſctõrũ reliquias geſtãs ſup murũ ãbulãdo pces dño fundebat. Tũc

miſer quidã ſacerdos a barbaris capt⁹:
his verbis eũ alloquit̃. Nõ tu mõ agis:
vnuſquiſq; noſtrũ i ciuitate ſua ſtudioſe
pegit: ſed nil ꝓfuit. Hec locut⁹: diuĩa vlti
one ſtatĩ cecidit/ mortu⁹ ꝑpetua pena con
dẽpnat⁹. Hoſtilis interim exercit⁹ tela ia
ctabat et arietib⁹ murũ quatiebat. Tũc
fugiẽte ad eccl'iam ppl'o: ep̃s hortabatur
eũ ſperare in dño: ipſe vero murũ aſcẽdit
& tacit⁹ celũ aſpiciẽs orauit Cũq; ſibi dñi
auxiliũ adeſſe ſenſiſſet: repẽte cõtra bar-
baros expuit: tãtaq; ſubito cũ ſputo plu-
uie moles deſcendit: & impioꝝ impetum
quatriduana inundatiõe cõpreſſit: vt ca-
teruã hoſtilem a muris fugere cogeret.
In thebaide enim erat cenobiũ in quo
pluſq̃ quiq; milia fratrũ ſub vno abbate
degebãt. Tãtaq; fuit obediẽtia oĩm euo:
quãta nõ poteſt apud nos vn⁹ vl' vni obe
dire. Informabãt̃ eni nullas penit⁹ cogi
tatiões pruriẽtes in corde celare: ſed cõfe
ſtim vt exorte fuerant eas ſuo patefacere
ſeniori: nec ſup eorũ iudicio quicq̃ ſue diſ
cretiõi cõmittere: ſed illud credere maluz
eſſe vl' bonũ qd diſcuſſerit ſenioris examẽ
Gñale nãq; & euidẽs indicium dyabolice
cogitatiõis eſſe pronũciabãt: ſi eã ſeniori
cõfunderẽtur aperire. Tãta obſeruãtia
obediẽtie regula cuſtodiebatur: vt abſq;
prepoſiti ſui ſciẽtia vel ꝑmiſſu: nõ ſolũ nõ
audebãt cellã egredi: ſed nec naturali ne
ceſſitati ſatiſfacere ſua auctoritate preſu
mebãt. Sicq; vniuerſa cõplere quecũq;
fuerãt ab abbate precepta: tanq̃ ſi a deo
eſſent celitus edita: ſine vlla diſcuſſiõe fe-
ſtinabãt Sũme reputabãt̃ delitie: ſi her
ba ſale cõdita quã lapſamũ vocant: aqua
diluta ad refectionẽ fratrũ apponeretur.
Cũ autẽ ſonitũ audierũt: ad orõnẽ ſeu ad
opus certatim ꝓruperũt: ita vt qui op⁹
ſcriptoris exercebat: quã repert⁹ fuerat
inchoaſſe litterã: finire non audebat. In
ter quos nullũ peculiare op⁹ nõ dico effe-
ctu: ſed nec cogitatiõe quidẽ ab aliquo pe
nitus affectabat̃. Nos inquit caſſianus
miſerabiles quid dicem⁹ qui in cenobijs
cõmorãtes: cura & ſollicitudini cõſtituti:
peculiares circũferimus claues: Quiq;
ita nõnunq̃ pro vilib⁹ nulliſq; reb⁹ accẽ-
dimur eas velut ꝓprias vẽdicãtes: vt ſi
quis vel digito quicq̃ ex his contrectare
ꝑſumpſerit: tanta cõtra eũ iracũdia ſup-
pleamur vt cõmotionem cordis nr̃i reuo
care vix poſſimus: Hec caſſianus.

## ¶ De ſancto Carantoco confeſſore.

Rex quidã nõie keredic⁹ mul-
tos habuit libros quoꝝ vn⁹
nõie carantoc⁹ puer bone in-
dolis q̃ deo placita erant im-
plere cepit. Venerunt demũ ſcoti & omnẽ
quaſi regionẽ pugnantes occupauerũt:
keredicus vero rex ſenectute & bellis feſ-
ſus cũ inimicis reſiſtere non poſſet: ſenio
res populi ſui dixerũt ei. Senex es dñe:
nec ampli⁹ dimicare potes: oportet nos
carantocũ filiũ tuum ordinare in regem.
Quo audito carãtocus plus regẽ celeſtẽ
terreno regno diligẽs: & dñi ſui volũtatẽ
q̃ humanũ fauorẽ: fugã iniit: & emptis
a paupere pera & baculo iter arripuit: et
precedentẽ ſibi a deo miſſam columbã ſe
quẽs: vſq; ad quẽdã locũ ſatis amenum
peruenit: vbi cõſtructa eccl'ia manere ce-
pit: & deuotas deo laudes pſoluit. Ab an-
nis eni puericie puritatẽ & innocẽtiã am
plectẽs: perrexit tandẽ ad hiberniã amo
re ſcti patricij allect⁹. Quo cũ ꝑueniſſet:
inito cõſilio: dixerũt vt ſepararẽt̃ vn⁹ ad
ſiniſtrã & alter ad dexterã: quia multi cle
rici cũ illis ambulabãt: & vt conuenirent
vna vice in anno cõdixerũt. Trigita aũt
annis ante natiuitatem ſancti dauid ep̃i
carãtocus in hibernia cõuerſari cepit: et
quocũq; ibat angel⁹ dñi in ſimilitudĩe co
lũbe comitabat̃ eũ: et mutauit nomẽ ei⁹
in lingua eorum cernath. Quocũq; ibat
virtutes & ꝓdigia faciebat: multa homi
nũ milia varijs morbis afflicta ſanauit:

videlȝ cecos: claudos: ſurdos: ⁊ mutos ⁊
quacūqȝ infirmitate detētos. Vti eni cer-
nachi qui ⁊ carantoci opa mirāda nimis
⁊ cōmēdāda legūtur in hibernia et grā q̄
apl'is data eſt in illo etiam impleta fuit.
Mirabilis eni miles xp̄i extitit et ſpirita
lis abbas: lōganimis p̄ceptor: iuſta oib⁹
nūciās. Per multos annos viuēs incre-
dibilia pctōꝝ crimīa dimiſit p̄ces per ſin
gulos dies ⁊ noctes innumeras fudit: et
poſtq̄ multos in hibernia populos ad fi-
dē cōuertiſſet: ⁊ multa miracula pro ipſo
deus oſtendiſſet: venit ad regionē ſuā ke
reticā ad ſuā ſpeluncā cū clericis multis.
Et dedit illi dn̄s altare honorabile de ex-
celſo cuius nemo colorem intelligebat: et
ad ſabrinā amnē tandē veniens: miſit al
tare in mare vt p̄cederet vbi de⁹ vellet il-
lū venire. Jllo vero tp̄e catho ⁊ arthur⁹
regnabāt in patria illa: et venit arthur⁹
circuiens vt inueniret ſerpentē ingētem
⁊ terribilē qui multos agros vaſtauerat
Uenit aūt carantocus ⁊ ſalutauit arthu
rū: qui gaudēs accepit bn̄dictionē ab illo
Et interrogauit eū ſctūs vtrum audiſſet
vbi applicuiſſet altare ſuum: Et ille. Si
habuero preciū nūciabo tibi. Qd̄ p̄ciū in
quit ſctūs poſtulare vis: Rex ait. Ut edu
cas ſerpentē q̄ prope eſt tibi: ſi ſeruus dei
es vt videamus. Tūc vir dei p̄rexit ⁊ ora
uit ad dn̄m ⁊ illico venit ſerpēs cū ſonitu
magno quaſi vitul⁹ ad matrē currēs. Et
inclinauit caput ſuū ante ſeruū dei qua-
ſi ſeruus dn̄o ſuo obediēs: humilis ⁊ ocu
lis lenis. Et miſit ſtolā ſuā circa collū ei⁹
⁊ deduxit illū quaſi agnū. Et erat collū il
lius quaſi collū tauri: et vix ſtola circuiri
poterat. Et perrexerūt pariter ad arcē et
ſalutato rege cathōe: bn̄ ſuſcepti ſunt ab
eo. Et adduxit vir dei ſerpentē in mediā
aulā ⁊ conati ſunt aliqui occidere illū: nec
p̄miſit ſctūs illū occidi: ſed dixit q̄ ex ver-
bo dei veniſſet vt deleret pctōres q̄ in loco
illo erāt: ⁊ vt oſtenderet virtutē dei per il
lū. Et p̄rexit ſctūs extra portā arcis ⁊ ſol
uit illū ⁊ impauit vt diſcederet ⁊ nemini
vnq̄ nocere p̄ſumeret. Et fctū eſt ita. Et
accepit vir dei altare ſuū qd̄ cogitauerat
arthur⁹ in mēſam edēdi facere: ſed q̄cq̄d
ſup illā apponebat in lōginquū excutie-
batur. Poſt hec venit viro dei vox de celo
vt mitteret altare ī mare: ⁊ cū hoc feciſſet
miſit ad cathonē ⁊ arthurū vt interroga
rēt de altari. Et nūciatū eſt illis q̄ ad oſti
um cuiuſdā fluminis applicuit. Et dixit
rex. Date illi duodeci partes agri vbi al-
tare inuētū eſt. Ubi edificata eccl'ia viue
re cepit. Nec multo poſt venit iterū vox
illi de celo vt relicta terra natiuitatis ſue
in hiberniā peregrin⁹ p̄geret: vbi in ſene
ctute bona plen⁹ ſctis opib⁹ quieuit in pa
ce. xvij. kal. iunij: ⁊ ſepult⁹ eſt in ciuitate
ſua que a noīe ſuo vocata eſt chernac.

¶ De ſctō Cedd epō fratre ſcti Cedde epi

Quia eni diē obit⁹ ſanctiſſimi
cedd epi: nuſq̄ repperire po-
tui hic poſt vitā ſcti cedde fra
tris ſui virtutes ei⁹ ⁊ vitam
quas beda venerabilis ī ſua ſparſim ſcri
bit hiſtoria: inſerere poti⁹ q̄ intactas re-
linquere mēte cōcepi. Sub p̄ncipe eni pe
ada regis pēde filio mediterranei angli
fidē ⁊ ſacrā veritatis p̄ceperūt. Cū enim
eſſet iuuenis optim⁹ ac regis noīe dign⁹
prelatus eſt a patre regno gētis illius: ⁊
venit ad regē northāhimbrorū oſwi: po-
ſtulās filiā eius elfledā ſibi coniugē dari
Nec aliter qd̄ petebat impetrare potuit:
niſi fidē xp̄i ac baptiſma cū gēte cui prec-
rat acciperet. Jlle vero audita p̄dicatiōe
veritatis ⁊ p̄miſſiōe regni celeſtis: ſpeqȝ
reſurrectionis ac future imortalitatis li
benter ſe xp̄ianum fieri velle cōfeſſus eſt
etiam ſi virginem non acciperet: perſua
ſus maxime ad percipiendam fidem a fi
lio regis oſwi nomie alfrido qui ſororem
ei⁹ kineburgā pende regis filiā in vxorē
habuit. Baptizatus eſt aūt a finano epō

cū oib⁹ qui ſecū venerāt comitib⁹ ac militib⁹ eorūq; familiis vniuerſis in vico regis illuſtri q̄ vocat̄ ad murū Et acceptis quatuor preſbiteris qui ad docēdā baptizandāq; gentē illi⁹: & eruditiōe & vita videbāt idonei: multo cū gaudio reuerſus eſt. Erāt aūt p̄ſbiteri cedd: et adda frater vtte abbatis monaſterij qđ vocat̄ ad caput capri: & alij duo ſerui dei Predicabāt ergo ſacerdotes dei verbū: & libēter auditi ſunt: multiq; quotidie & nobiliū & infirmorum abrenūciata ſorde idolatrie: fidei ſunt fōte abluti. Nec p̄hibuit penda rex quin etiā in ſua merciorū natione verbū p̄dicaret̄ dei: quin poti⁹ odio habebat et deſpiciebat eos quos fide xp̄i ībutos opa fidei nō habere deprehēdit: dicens cōtempnēdos eſſe eos & miſeros: q̄ deo ſuo i quē crederēt obedire cōtēpnerēt. Acta ſūt hec biennio añ mortem regis pēde ſcilꝫ anno grē ſexcēteſimo quīquageſiotertio. Eo etiā tp̄e orientales ſaxones fidē quā olim expulſo mellito antiſtite abiecerāt: inſtācia regis oſwi receperunt. Erat enim rex eiuſdē gētis ſabertus qui poſt ſigibertū regnauit amic⁹ eiuſdeꝫ oſwi regis. Qui cū frequēter ad eū in p̄uinciā northāhimbrorū veniret: ſolebat eū hortari ad intelligēdos deos eſſe nō poſſe: qui hoim manib⁹ ſcti eſſent: dei creādi materiā lignū vel lapidē eſſe nō poſſe: quorū reciſſure vl igni abſumerent̄ vel in vaſa quelibet humani vſus formarēt̄: vel certe deſpectui habita foras p̄iicerētur & pedib⁹ calcata in terrā verterētur. Deū poti⁹ intelligēdū maieſtate incōprehēſibilē: humanis oculis inuiſibilē: oīpotentē et eternū: qui celū & terrā & humanū genus creaſſet: regeret & iudicatur⁹ eſſet orbē in equitate: & oēs qui volūtatē ei⁹ a quo creati ſunt facerēt & diſcerēt eterna ab illo p̄mia eſſent p̄cepturi. Cū talia multa rex oſwi quaſi fraterno cōſilio regi ſaberto ſepe cōculcaret facto cū ſuis demū conſilio: baptizat⁹ eſt a finano ep̄o in loco qui dicit̄ ad murū in villa regia iuxta murū romani operis duodecim milib⁹ paſſuū a mari orientali ſecreta Rex igitur ſabertus eterni regni iā ciuis effect⁹ poſtulauit a rege oſwi vt aliquos ſibi doctores daret: qui gētē ſuā ad fidē xp̄i cōuerterēt: ac fōte ſalutari abluerēt. At ille accito ad ſe viro dei cedd de p̄uincia mediterraneorū anglorū cū altero preſbitero ſibi dato: miſit p̄dicare verbū dei gēti oriētaliū ſaxonū. Ubi cum oīa perābulantes multā dn̄o eccleſiā congregaſſent: cōtigit tp̄e quodā eundē cedd redire domū. Et cū finan⁹ ep̄s lindiſſernenſis p̄ſperatū ei opus euāgelij cōperit: in ep̄m oriētaliū ſaxonū eū cōſecrauit. Qui accepto ep̄at⁹ gradu rediēs & ceptū opus explens: eccl'ias cōſtruxit: preſbiteros et & diaconos ordinauit. Collecto aūt famulorū xp̄i nō paruo numero diſciplinā vite regularis: inquātū rudes adhuc capere poterāt cuſtodire docuit. Cūq; tēpore nō pauco in prefato p̄uīcia gaudēte etiā populo vniuerſo: vite celeſtis inſtitutio quotidianū ſumeret incremētū: cōtigit ip̄m regē inſtigāte oīm bonorū inimico p̄pinquorū ſuorū manu interfici. Erāt autem duo germani fratres qui hoc facinus patrarūt. Qui cū interrogarent̄ quare hoc facerēt: nichil aliud rn̄dere poterant: niſi ob hoc ſe iratos & inimicos regi fuiſſe: qđ nimium ſuis parcere inimicis ſolet & factas ab eis iniurias: mox obſecrātibus placida mēte dimitteret. In qua tamen eius morte innoxia: iuxta predictuꝫ viri dei: vera eſt ei⁹ culpa punita. Habuerat eni vnus ex his qui eū occiderūt comitibus: illicitū coniugiū. Quē cum ep̄s prohibere et corrigere non poſſet: excōicauit eū: atq; oībus qui ſe audire vellent precepit: ne domū eius intrarēt: neq; de cibis illius acciperēt. Contēpſit aūt rex preceptū: & rogat⁹ a comite intrauit epulaturus domū ei⁹. Qui cū abiſſet obuiauit ei

antiſtes. At rex intuēs eū. Mox tremefa
ctus deſiliuit equo: cecidit qꝫ ante pedes
eius: veniā reatus poſtulās: nam ꝛ eps
pariter deſiliuit. Sederat enim ꝛ ipſe in
equo. Iratus aūt tetigit regē iacētē vir
ga quā tenebat manu: ꝛ pōtificali aucto
ritate ꝓteſtatꝰ ait. Quia noluiſti inquit
te cōtinere a domo perditi ꝛ dampnati il
liꝰ: tu in ipſa domo mori habes. Sed cre
dēdū eſt quia talis mors viri religioſi nō
ſolū talē culpā diluerit: ſed etiā meritum
eius auxerit: qꝛ tam ob cauſam pietatis
ꝙ ꝓpter obſeruātiā mādatoꝝ xp̄i conti
git. Succeſſit aūt ſaberto ſwithelmꝰ fili
us ſexbaldi qui ab ipſo cedd baptizatus
eſt. Sepius aūt vir dn̄i cedd ſuā northā
himbroꝝ ꝓuinciā exhortādi grā ſepius
reuiſere ſolebat: quē cū ethelwaldus fili
us oſwaldi regis qui in deiroꝝ partibꝰ
regnū habebat: virū ſctm̄ ꝛ moribꝰ pro
bū videret: poſtulauit eū poſſeſſionē ter
re aliquā ad cōſtruendū monaſteriū acci
pere: in quo ip̄e rex ad deprecādum dn̄m
verbūqꝫ dei audiendū aduenire ꝛ defun
ctus ſepeliri deberet. Fauēs ergo votis
regis antiſtes: elegit ſibi locū mōaſterij
cōſtruendi in montibꝰ arduis ꝛ remotis
in quibꝰ latronum magis latibula ac lu
ſtra ferarū ꝙ habitacula hoīm fuiſſe vi
debātur. Studēs aūt vir dn̄i acceptum
mōaſterij locū primo precibꝰ ac ieiuniis
a priſtina flagitioꝝ ſorde purgare: et ſic
in eo monaſterij fundamēta iacere: cun
ctis quadrageſime diebus excepta dn̄i
ca ieiuniū ad veſperā iuxta morē ꝓtelās
panē permodicū ꝛ vnū ouū gallicanū cū
paruo lacte aqua mixto ꝑcipiebat. Dice
bat enī hāc eſſe cōſuetudinē eoꝝ a quibꝰ
normā diſcipline regularis didicerat: vt
accepta nuper loca ad faciendū monaſte
riū vel eccleſiā: prius orationibꝰ ac ieiu
nijs dn̄o conſecrent. Expleto aūt ieiunio
rū ſtudio: monaſteriū leſtigeia dictū con
ſtruxit: ꝛ religioſis moribus iuxta ritus
lindiſfarnēſium vbi educatus erat inſti
tuit. Cū aūt annis multis in orientaliū
ſaxonū ꝓuincia ep̄atū adminiſtraſſet: et
huius monaſterij ſtatutis ꝑpoſitis curā
gereret: ad ip̄m monaſteriū tp̄e mortali
tatis adueniēs: tactus ibidē infirmitate
ad dn̄m feliciter perrexit. Dedit aūt vir
ſanctus regendū poſt ſe monaſteriū fra
tri ſuo cedde: qui poſtea vt in vita ſua li
quet eps factus eſt. Quatuor enī erāt fra
tres ſcilꝫ cedd et cimbillus celm et cedda
oēs ſacerdotes dn̄i fuere ꝑclari: quorum
duo ep̄ali gradu in magna vite ſanctita
te functi ſunt. Audita aūt morte eiꝰ fra
tres de monaſterio in ꝓuincia orientaliū
ſaxonū venerūt circiter triginta: cupien
tes ad corpꝰ patris ſui aut viuere ſi deo
placeret: aut morientes ibi ſepeliri. Qui
peſtilētie ſuperueniēte poſtea clade: vno
excepto puero defuncti ſunt: quē patris
ſcti orationibꝰ a morte cōſtat eſſe ſeruatū
Nā cū multo poſt hec tp̄e viueret et ſcri
pturis legendis operā daret: tandē didi
cit ſe aqua baptiſmatis nō eſſe regn̄atū:
et mox fonte lauacri ablutus ſalutaris:
etiā ad ordinē p̄ſbiteri poſtmodū ꝓmotꝰ
multis in eccl̄ia vtilis fuit. ¶ Narratio.
Valeſtinꝰ quidā noīe valēs pluribꝰ an
nis in heremo viuēs ꝛ difficilis vite ſtu
diū aſſecutꝰ: ad tm̄ ſuperbie cacumē aſcē
dit vt dyabolicꝰ illuſionibus falleretur.
Neſcio q̄d magnū ſe eſſe putās: tanꝙ an
geloꝝ viſiōe miniſterioqꝫ quotidie frue
retur. Quadā quoqꝫ die dum in tenebris
opus faceret: acus ei qua ſportulā cōſue
bat de manibꝰ cecidit. Et dū eā in obſcu
ro cernere nō potuit: lāpade ſibi miniſte
rio demonis accēſa: eandem inuenit. Eo
igitur ex ipſa inflatiōe refecto: accidit vt
quidā illuc peregrini venirēt: variaqꝫ le
guminū ꝛ fructuū genera fratribꝰ exhi
berent. Sctūs macharius preſbiter ſin
gulis fratribꝰ pugillū miſit: inter quos
ꝛ valenti partē deſtinauit. Qui ait. Va

de ⁊ dic machario quia non ſum deterioꝛ
illo: vt benedictiones ad me trāſmittat.
Quo audito macharius ad eū veniēs cō
ſiliū ei hūilitatis dedit: ſed pſuadere non
valēs: de ruina eius triſtis abceſſit. De
niqꝫ dyabolus in effigie ſaluatoꝛis trāſfi
guratus nocte venit ad eū: cū choꝛo mil
le (vt finxerat) angeloꝛū: lāpades accen
ſas tenētiū: ⁊ cū flāmea rota in qua ſal
uatoꝛ ſe ſedere ſimulauit: vno ex illis pꝛe
cedēte: eiqꝫ dicēte. Placuit xp̄o conuerſa
tio tua ⁊ ꝓbabilis vite fiducia: ⁊ ecce ve
nit ad te. Tm̄ egredere de cella tua et ve
niētē emin⁹ cernēs adoꝛa. Egreſſus igit
illū vt deū adoꝛauit. Et ſequēti die cōgre
gatis ad eccleſiā fratrib⁹: ait. Ego iā cō
munione nō indigeo: xp̄m enī ip̄m hodie
vidi. Tūc ſcti patres farreis cū vinculis
alligatū: ſecularis vite cōuerſatiōe dede
runt: vt ex eo tumoꝛ animi eius ceſſaret:
qd̄ nichil cōmune cū ſctis haberet. Et ſic
cū per totū annū ꝓpꝛijs oꝛonib⁹ curaue
rūt. Diebus quoqꝫ pꝛedicti ſcti cedd fra
tres lindiſfarnēſis eccleſie ceterarūqꝫ an
glie partiū domos ſolūmodo conſtruxe
rūt ſine quib⁹ cōuerſatio ciuilis eſſe non
poterat: Nil pecuniarū abſqꝫ pecoꝛibus
habebāt: ⁊ ſi quid pecunie a diuitib⁹ acci
piebāt: mox pauperib⁹ dabant. Nā neqꝫ
ad ſuſceptionē potentiū ſeculi vel pecuni
as colligi vel domos ꝓuideri neceſſe fuit:
qui nunq̄ ad eccleſiā niſi oꝛationis tm̄ et
audiēdi verbi dei cauſa veniebāt. Rex ei
ip̄e cū opoꝛtunitas exegiſſet cū quiqꝫ tm̄
aut ſex miniſtris veniebat: et expleta in
eccleſia oꝛone: diſcedebat. Qd̄ ſi foꝛte eos
ibi refici cōtingeret: ſimplici tm̄ ⁊ cotidia
no fratrū cibo cōtenti: nichil vltra quere
bāt. Tota enī fuit tūc ſollicitudo doctoꝛi
bus illis deo ſeruiēdi nō ſeculo: tota cura
coꝛdis excolēdi nō vētris. Vn̄ in magna
erat veneratione tp̄e illo religionis habi
tus: ita vt vbicūqꝫ clericus aliqͣs aut mo
nach⁹ adueniret: gaudenter ab oīb⁹ tāq̄
dei famul⁹ exciperet: etiā ſi in itinere per
gēs inueniret accurrebant: ⁊ flexa ceruі
ce vel manu ſignari vel oꝛe illi⁹ ſe bn̄dici
gaudebāt: verbis quoqꝫ illoꝛū exhoꝛtato
rijs diligēter auditū pꝛebebāt. Sed ⁊ in
dieb⁹ dn̄icis ad eccleſiā ſiue ad monaſte
ria certatim nō reficiendi coꝛpis: ſed au
diendi ſermonis dei grā cōfluebāt. Et ſi
quis ſacerdotū in vicum foꝛte deueniret:
mox cōgregati in vnū vicini: verbū vite
ab illo expetere curabāt. Nam neqꝫ alia
ip̄is ſacerdotib⁹ aut clericis vicos adeū
di q̄ p̄dicādi: baptizādi infirmos viſitan
di ⁊ vt bꝛeuiter dicā animas curādi cau
ſa fuit. Qui in tm̄ erant ab oī auaricie pe
ſte caſtigati: vt nemo territoꝛia ac poſſeſ
ſiones ad cōſtruēda monaſteria niſi a po
teſtatib⁹ ſeculi coact⁹ acciperet. Que cō
ſuetudo per oīa aliquanto poſt hec tp̄e in
eccleſijs noꝛthāhimbꝛoꝛum ſeruata eſt.
Hec beda.

## ¶ De ſctō Cedda ep̄o ⁊ cōfeſſo.

ANno aūt dn̄ice incarnatiōis
ſexcēteſimo ſexageſimoquar
to ſubitā peſtilēcie lues depo
pulatis auſtralib⁹ bꝛitannie
plagis: noꝛthanhimbꝛoꝛū ꝓuinciā coꝛri
piēs: magnā hoīm multitudinē ſtrauit.
Qua dn̄i plaga cū tuda ep̄s lindiſfarnē
ſis ⁊ noꝛthāhimbꝛoꝝ raptus eſſet de mū
do: alfridus fili⁹ regis oſwi miſit wilfri
dū pꝛeſbiterū ad agilbertū pariſienſem
ep̄m: q̄ eū in antiſtitē cōſecraret. Quo in
tranſmarinis ꝓpter oꝛdinationē ſuā mo
rā faciente: rex oſwi induſtriā filij imita
tus: miſit canciā virū ſctm̄ modeſtū mo
rib⁹: ſcripturaꝝ lectiōe ſufficiēter inſtru
ctū ⁊ ea que agenda in ſcripturis didice
rat: operib⁹ ſolerter exequētem: qui ebo
racēſis eccleſie oꝛdinaret ep̄s. Erat autē
ſacerdos vocabulo cedda: frater reueren
diſſimi cedd antiſtitis ⁊ abbas monaſterij
qd̄ vocatur leſtingeia. Qui canciā veni
ens cū archiep̄m deuſdedit de ſeculo mi
graſſe cognouiſſet: a wina occidētaliū ſa

xonū epō qui ſolus in tota britānia canonice ordinatus fuerat cōſecratur: aſſumptis in ſocietatē ordinatiōis duob⁹ de britonū gente epīs: qui dn̄icū paſche diē ſecus morē canonicuꝫ: a quartadecia vſqꝫ ad viceſimā lunā celebrabāt. Cōſecrat⁹ in epm̄ ſctūs cedda maximā eccleſiaſtice veritati ⁊ caſtitati curā impēdere cepit: humilitate cōtinētie: lectioni operā dare opida: rura: caſas: vicos: caſtella euāgelizādi grā nō equitādo ſed apoſtolorū more pedibus incedēdo pagrare. Erat ei de diſcipulis aidani epī: eiſdēqꝫ actib⁹ ⁊ moribus iuxta exēplū ei⁹ ac fratris ſui cedd ſuos īſtituere curauit auditores Miſſus demū a vitaliano papa theodorus tharſo ſilicienatus cantuarienſi eccl'ie archiepīs: vniuerſas plustrās eccleſias: epōs locis oportunis ordinauit: et que minus pfecta repperit: vir magne ſciētie ⁊ circūſpectus correxit. In quib⁹ et ceddā epm̄ cū argueret nō fuiſſe rite cōſecratum: rn̄dēs ipē voce humillima dixit. Si me inquit noſti epātum nō rite ſuſcepiſſe: libēter ab officio diſcedo: quippe qui me nūqꝫ hoc eſſe dignuꝫ arbitrabar: ſed obediētie cauſa hoc onus ſubire q̄uis indignus cōſenſi. Ille vero humilitatē reſpōſi ei⁹ audiens: eum nō dimittere epātum debere dixit: ſed ordinationē ei⁹ catholica ratiōe conſummari. Eo tp̄e wlferus rex merciorū a theodoro ſibi epm̄ et ſuis dari petijt: qui eis nouum noluit ordinare epm̄: ſed poſtulauit a rege oſwi vt illis epīs cedda daretur: qui tunc in monaſterio ſuo leſtingeie quietā vitā agebat: wlfrido epātum eboracenſem adminiſtrāte Et quia mos erat eidē reuerēdiſſio antiſtiti opus euāgelij magis ambulādo q̄ equitando perficere: iuſſit eum theodorus vbicūqꝫ longius iter inſtaret equitare: multūqꝫ ſtudio ⁊ amore pij laboris renitentē: ipſe eū manu ſua leuauit in equuꝫ: qꝫ virum ſctm̄ eſſe eū cōpit: atqꝫ equo vehi quo eſſet neceſſe cōpulit. Suſceptū itaqꝫ epātū gētis merciorꝝ ſimul ⁊ lindefarorū id eſt lindeſcie: cedda iuxta exēpla patrū antiquorū in magna vite pfectiōe adminiſtrare curauit. Cui etiā rex wlferus ad cōſtruēdū mōaſteriū in puincia lindeſeie in loco noīe barwe terrā quiquagita familiarū donauit. Habuit aūt ſedē apd̄ lychefeld vbi ſibi māſionē fecerat nō lōge ab eccl'ia remotiorē in qua ſecretius cū ſeptem vel octo ſocijs quotiēs a labore et miniſterio vbi vacabat orare et legere ſolebat. Cū aūt duob⁹ annis ⁊ dimidio epātū illū glorioſiſſime rexiſſet: ſuperuenit clades diuinitus miſſa: ⁊ multis de eccleſia ei⁹ a mūdo ſubtractis: venit hora eius vt trāſiret ad dn̄m. Erat aūt cū eo monach⁹ quidā noīe owinus pura intētione deo ſeruiēs: qui quondā prim⁹ miniſtrorū et princeps dom⁹ regine etheldrede de puincia oriētaliū anglorꝝ venerat. Qui creſcēte deuotionis feruore adeo ſe reb⁹ mundi exuit: vt relictis oīb⁹ que habebat: ſimplici tm̄ habitu indut⁹: ſecurim atqꝫ aſciā in manu ferēs ad monaſteriū leſtingeie venit: ⁊ nō ad ociū ſed ad laborē ſe mōaſteriū intrare ſctō mōſtrauit. Nā quo minus meditatiōe ſcripturarū ſufficiebat: eo āpli⁹ operi manuū ſtudiū impēdebat. Is enī epō ſolo in oratorio orōni vacāte: audiuit repēte vocē ſuauiſſimā cātātiū atqꝫ letātiū de celo ad terras deſcendere: donec ad tectū oratorij in quo erat epīs perueniret Qđ ingreſſa totū īpleuit atqꝫ in giro circūdedit. Trāſacto autē quaſi dimidio hore ſpacio: idem leticie cāticū qua venerat via cū ineffabili dulcedīe: ad celos reuertitur. Aperuit aūt epīs feneſtrā oratorij: ⁊ ſonitū manu vt ſepi⁹ cōſueuerat faciēs ſi quis foris eſſet ad ſe intrare pcepit. Ingreſſo aūt oſwino ⁊ fratrib⁹ accitis ſeptē admonuit eos vt virtutē dilectiōis ⁊ pacis adinuicē ⁊ ad oēs fideles ſeruarēt: inſtituta diſcipline regularis q̄ ab ipō didi

ciſſent ⁊ in ipſo vidiſſent ⁊ in patrũ factis
⁊ dictis inueniſſent: indefeſſa inſtãtia ſe-
querẽtur. Deiñ ſubiunxit inſtare diẽ obi
tus ſui Hoſpes inquit ille amabilis q̃ fra
tres noſtros viſitare ſolebat: ad me quo-
q3 hodie venire: meq3 de hoc ſeculo euoca
re dignat⁹ eſt. Dicite ergo fratribus vt ⁊
meũ exitũ dño p̃cib⁹ cõmẽdẽt: ſuũ quoq3
exitũ cui⁹ hora incerta eſt: vigilijs orõni-
bus ac bonis opib⁹ p̄uenire meminerit.
Frater autẽ qui viſionẽ viderat ſolus ad
ueniẽs: pſtrauit ſe in terrã dicens. Obſe
cro inquit pater qd erat cãticũ venientiũ
de celis ſup oratoriũ tuũ qd audiui: ⁊ ite-
rũ redeũtium ad celos. Si vocẽ ait epũs
carminis audiſti: ⁊ celeſtes ſupuenire ce
tus cognouiſti: p̃cipio tibi in noie dñi ne
hoc cuiq̃ ante meũ obitũ reuelare preſu-
mas. Reuera eni angeli dñi ad celeſtia q̃
ſemp amabã ac deſiderabã premia voca
re venerũt: ⁊ poſt dies ſeptẽ ſe redituros
ac me ſecũ adducturos eſſe pmiſerũt. Et
factũ eſt ita. Nã lãguore corpis tactus ſe
ptimo vt dixerat die migrauit ad dñm ſe
xto nonas martij. Inter plura nãq3 con
tinẽtie humilitatis doctrine orõnũ volũ-
tarie paupertatis: et ceterarũ virtutũ me-
rita in tm̃ erat timori dñi ſubditus: ⁊ no-
uiſſimorũ ſuorum in oibus opibus ſuis me
mor: vt ſi forte lẽgẽte eo vel aliud q̃d agẽ-
te: flatus vẽti maior aſſurgeret: cõtinuo
miam dñi iuocaret ⁊ eã generi humano
ppiciari rogaret. Si aũt violẽtior aura
inſiſteret: iã clauſo codice pcideret in faci
em atq3 obnixius orationi incũberet. Si
vero pcella fortior aut niuib⁹ purgeret:
vel tonitrua terras ⁊ aera terrerẽt: tunc
veniẽs ad eccleſiã orõnib⁹ et pſalmis do-
nec ſerenitas aeris rediret: fixa mẽte va-
caret. Interrogat⁹ cur hoc faceret: rñdit
Non legiſtis q2 intonuit de celo dñs ⁊ al-
tiſſim⁹ dedit vocẽ ſuã: miſit ſagittas ſu-
as et diſſipauit eos: fulgura multiplica-
uit ⁊ cõturbauit eos. Mouet eñ aera dñs
vẽtos excitat: iaculat̃ fulgura: de celo in-
tonat: vt terrigenas ad timendũ ſe ſuſci-
tet: vt corda eorũ in memoriã futuri iudi-
cij reuocet: vt ſupbiã eorum diſſipet ⁊ cõtur
bet audaciã: reducto ad mẽtem tremẽdo
illo tpe: q̃n ipſe celis ac terris ardẽtib⁹ vẽ-
turus eſt in nubib⁹ in poteſtate magna
⁊ maieſtate: ad iudicandos viuos ⁊ mor-
tuos. Oportet igit̃ nos admonitioni ei⁹
celeſti debito cũ timore et amore rñdere:
vt quotiens aere cõmoto manũ ad ferien
dũ quaſi minat̃: nec adhuc tñ pcutit mox
implorem⁹ eius miam: ⁊ diſcuſſis pene-
tralib⁹ cordis nr̃i: atq3 expurgatis vitio-
rũ ſordibus: ſollicit ne vnq̃ pcuti merea
mur agam⁹. Venerabilis eni pater eg-
bertus monach⁹ vir ſanctiſſim⁹ de cui⁹
pinquare videretur. Cūq; ille cum ſuis orationē compleſſet: mulier illa perfecte ſanitati reddita grās deo agebat. Nec multo poſt nouē trāſierant anni quo vir domini cum ſuis nō alias dapes caperet ꝙ arborum cortices et herbas. Monitus eſt ergo abbas quidā diuinitus vt famulo dei columbano in heremo conſiſtenti neceſſaria cōfeſtī deferret. Jubet abbas celerarium omīa que parare poſſet bono columbano baiulare. Oneratis ergo vehiculis cum ad heremum veniſſet hoc in corde monachus dixit: vt ſi iter quod ceperat dei eſſet imperiū p̄miſſis equis imperantis potentia viam aperiret. Nec mora iter ignotum equi arripiētes: vſq; ad fores viri dei peruenerunt. Receptis autem muneribus vir dei gratias deo retulit et monachus rediens rem geſtā fratribus enarrauit. Cepit exinde frequentia populi ſanitatis recuperande gratia ad eum concurrere: quorū vota diuino fult⁹ auxilio adimpleuit. Vir dei ſolus per deſerta gradiens vidit duodecim lupos ſibi appropinquare & dextera leuaq; medium ſe aſtare. Cumq; ille conſtans nil timeret: eo relicto heremi ſecreta latibula petebant. Rurſum heremi vaſta penetrans: vrſum rupe quadā repertū abſq; reditu abire iuſſit. Jn qua rupe ſoli orationi vacans incredibili abſtinētia corpus ſuum macerauit: agreſtium herbarum exigua menſura vel pomis heremi veſcebatur aquamq; ad ſedandam ſitis ariditatem de rupe vſq; hodie fluentem manare ſuis precibus effecit: monaſterium luxonium & aliud nomine fontanas cōſtruxit: et fratrū cateruā magnā in illis adunauit. Audito autem ꝙ in luxonio cenobio fratres variis morbis afflicti eſſent: nec plures ſani remanſiſſent ꝙ qui egrotis miniſtrare poſſent. Jlluc ergo veniens imperat vt omnes ſurgāt atq; meſſem in area virga cedant. Qui ſtatim nullo doloris veſtigio remanente ſurgētes: iuſſa patris implere curabāt. Jrruebāt meſſis tempore vētorum turbines cum vehementia ymbriū: nec omnino nubila celi terris dare pluuiam quieſcebant. Et cum fratres iuſſu viri dei inter diffuſionem ymbrium ipſo in medio eorum labori inſiſtente ſegetem falce ſecarent: ymber a ſegete fugiens per reliquas patrie plagas ſe vndiq; diffundebat nec quouſq; meſſis tota colligeretur ſola pluuiarum gutta ſuper terram columbani ſtillare videbatur. Quidā dux nobilis nomīe waldelenus liberis carēs cum vxore ſua flauia venit ad viruꝫ dei dicens ſe multis opibus abundare: ſed cui hereditatem poſt obitum relinqueret non habere. Cui vir ſanctus ait. Si inquit voti veſtri eſt vt largitoris donum eius nomini conſecretis: michiq; ex lauacro ſuſcipiendum tradatis: pro vobis ego clemētiam domini implorabo: vt nō ſolum eum quē domino volueritis habeatis verum etiam quantos volueritis liberos ſuſcipiatis. Quo promiſſo: mulier cōcepit: filium peperit: et ad virum dei illū deſtinauit. Quo baptizato donatum nomen impoſuit & matri ad nutriendū remiſit. Hic poſtea in eodem cenobio monachus factus et ſapiētia & virtutibus imbutus: veſontionis ep̄s factus eſt et monaſteriū noīe palacium conſtruēs monachos itroduxit. Alterum filiū & filias duas dux idem poſtea genuit: poſt cui⁹ obitū vxor ſua monaſterium puellarū in vrbe veſontiōe fūdauit & poſſeſſionib⁹ variis dilatauit. Cū vir dei cirotechas quas ad opis laborē habere ſolebat añ fores refectorij depoſuiſſet: coruus aduolās vnā ex eis roſtro ferens abſtulit. Querētibus inter ſe frīb⁹ q̄s illam abſtuliſſet: colūbanus ait ꝙ null⁹ ali⁹ hoc p̄ſūpſit niſi auis q̄ ab archa noe dimiſſa nō rediit Addidit ꝙ nullo mō ſe pullos ſuos aliturā ſi ra-

pax furtū celeri volatu non deferret. Cō-
feſtim coꝛuus aduolās furtum roſtro re-
poꝛtat: et ferocitatis oblitus vltiōem ex-
pectat quem vir ſanctus abire imperat.
Cū miniſter refectoꝛij tracto ſerraculo
in vas quoddā latū liquoꝛē currere face
ret: beati columbani imperio vnus e fra-
tribus vocauit illum. At ille obedientia
feruēs: meatū reſerare oblitus cucurrit
ad patrem: ſerraculum quod duciculum
vocant manu deferens. Poſtq̄ aūt quod
voluit vir dei ſibi reſeraſſet: ad cellariū
feſtinus redijt: nichil in doleo reppit: ſed
intuitus vas illud latū ſuppoſitum cer-
uiſiam ſupꝛa creuiſſe nec miniman ſtillā
foꝛis cecidiſſe vidit. Et crederes vas ge-
minatum eſſe ac qualis et quanta rotun
ditas infra vas erat: tantum in altum ex
creuiſſe clarum fuit. Cuidam fratri ſub
exiguitate frumēti in hoꝛreis contenti et
vnde tāta fratrum multitudo aleretur
conquerenti: columbanus reſpondit. Si
recte cōditoꝛi ſuo plebes deſeruirēt: nūq̄
per euum fame illas perire deus patere-
tur. Perfacile enim hoꝛreum replere po-
teſt qui de quinq̄ panibus quinq̄ milia
hominū ſatiare dignat⁹ eſt. Mane facto
optimo frumēto totū hoꝛreum repletū
inuenitur. Apud fontanas ſexaginta
fratres ſarculo terram excolentes et fu-
turo ſemini arua parantes inueniēs vir
dei cū tm̄ duos panes et paululum ceru
ſie pꝛo refectione illos habere didiciſſet:
intuens in celum ait. Chꝛiſte iheſu vnica
ſpes oꝛbis tu hos panes ⁊ hūc potū mul-
tiplica: qui de quinq̄ panibus quinq̄ mi
lia in heremo ſaciaſti. Factūq̄ eſt vt om-
nibus ſaciatis dupla panis poꝛtio i frag-
mentis duplaq̄ menſura potus a fratri-
bus collecta eſt. Erat enim in monaſte-
rio luxonio frater quidam nomine colum
banus ex genere beati columbani cui be
ſtie et volucres venientes ſe manu blan-
dientes attrectari ſinebant: eiq̄ gauden
tes et ludentes ſicut catuli ſolent domi-
nis exultabant. Hic febꝛe coꝛreptus vali-
da vidit iuuenē pulcherrimū veniētem
ad ſe ⁊ dicentem. Non te modo a coꝛpoꝛe
ducere poſſum quia oꝛatiōibus ⁊ lachꝛy-
mis patris tui colūbani impedit⁹ exiſto.
Et accercito colūbano cū lachꝛymis ait.
Cur me inquit tuis oꝛationibus in hac
erumpnoſa vita detines? Nā adſunt qui
me ducere volunt ſi tuis fletibus ⁊ pꝛeci
bus impediti non ſint. Solue retentiōis
obſtacula vt michi iam pateant celeſtia
regna. Tūc conuocatis frībus ⁊ ſumpto
viatico: migrauit ad dn̄m. Hic enim tāte
māſuetudinis fuit vt feruſcula quā ſqui
rium vocant ſepe de arboꝛū culminibus
accercita manuq̄ percepta ſuoq̄ collo in
poſita in ſinum ingrediens et egrediens
ſepe videbatur. Theodericus rex ad vi
rum dei ſepe venire ⁊ oꝛationū ſuaꝝ ſuf
fragia om̄i cum humilitate depoſcere ſo-
lebat. Sigibertus etenī pꝛedict⁹ hilpici
germani ſui dolo quem ſigibertus vſq̄
ad interuitionem perſequebatur interfe
ctus eſt. Perempto itaq̄ ſigiberto: chil-
debertus filius eius regni ſceptra ſuſce-
pit annuente mr̄e bꝛunchilde. Quo moꝛ-
tuo: regnauerunt duo filii ſui theodeber-
tus et theoderic⁹ cum auia bꝛunchilde.
Regno burgundionum theodericus poti
tus eſt: regnum auſtraſioꝛum theodeber
tus ſuſcepit regendum. Theodericus ve
ro quia intra terminos regni ſui beatū
habuit columbanū gauiſus eſt. Ad quē
cum veniret: cepit vir dei eum increpare
cur cōcubinarum adulterijs miſceretur
⁊ nō potius legitimo frueretur coniugio
vt regalis pꝛoles non ex lupanari ſed ex
regina pꝛodire poſſit. Cūq̄ rex ſibi obtē-
perare omnibus et illicitis ſe renūciare
reſponderet bꝛunchildem auiā ſuā adijt
eamq̄ contra virū dei ſtimulatā excitat
quia viro dei theodericum obedire time-
bat. Verebatur enim ne ſi abiectis con-

cubinis reginã aule pꝛeficeret: dignita-
tis atqꝫ honoꝛis ſui modum amputaret
Uenit aũt vir dei die quadã ad bꝛũchil-
dem: que eũ videns: filios theoderici ex
concubina genitos ad eũ ꝑduxit. Quos
cum vidiſſet: ſciſcitatur quid ſibi vellent
Cui illa ait. Regis ſũt filij tu eos tua be-
nedictiõe coꝛroboꝛa. Nequaꝗ̄ inquit ille
iſtos regia ſceptra ſuſcepturos ſcias: qꝛ
de lupanaribus pꝛoceſſerunt. Tunc illa
furens: paruulos abire iubet. Egrediẽs
aũt vir dei dũ limitẽ trãſiret: fragoꝛ exoꝛ
tꝰ totã domũ quatiẽs oĩbꝰ terroꝛẽ icuſſit:
miſere tñ femĩe furoꝛẽ compeſcere nõ po-
tuit. Per nũcios itaqꝫ ĩpat vt nulli mo
nachoꝝ extra mõaſterij termĩos iter pã
dat neqꝫ receptacula monachis eius vel
quelibet ſubſidia tribuãtur. Cernẽs vir
dei aĩm regis cõtra ſe motũ ad ipm ꝓpe-
rat vt ſuis monitis eiꝰ ꝑtinaciã frãgat
Quo cũ iã ſole occũbente veniſſet: regi nũ
ciãt viꝝ dei inibi eſſe nec ĩ regias domos
intrare velle. Meliꝰ eſt inq̃t rex virũ dei
opoꝛtunis ſubſidijs honoꝛare ꝗ̄ dñm ex
ſeruoꝝ eiꝰ offenſa ad iracũdiã ꝓuocare.
Miſſi ſunt igit̃ nũcij cibaria colũbano de
ferẽtes. Qui cũ vidiſſet cibaria ⁊ pocula:
abhominatꝰ eſt ea dicẽs. Nõ eĩ dignũ eſt
vt famuloꝝ dei oꝛa cibis eiꝰ polluant̃: ꝗ
nõ ſolũ ſuis verũ et alioꝝ habitaculis fa-
mulis dei aditũ denegat. His dictis: va-
ſa omnia in fruſta dirupta ſunt: vina ſo-
lo diffuſa et cetera ſeperati diſperſa. Pa-
uefacti miniſtri rem geſtam regi nũcia-
re ex oꝛdine curabant. Rex igitur timoꝛe
coꝛreptus cũ auia diluculo ad virũ dei ꝓ
perat pꝛecantur de cõmiſſo veniã: in fu-
turum ſe emendare pollicentur. Pꝛomiſ
ſa tamen rex ſeruare negligit et ſolita ad
ulteria cõmittit Quo audito: vir dei litte
ras regi verberibus plenas dirigens: ex
cõicationẽ cõminatur ſi ſe emendare non
ꝓponeret. Ad hec bꝛũchildis contra virũ
dei regẽ excitat pꝛoceres ⁊ epõs ſollicitat
vt eius religioni detrahendo regulã quã
ſuis cuſtodiẽdã monachis ſtatuerat: ma
cularent. Rex igitur multoꝝ perſuaſio-
nibus incitatus luxoniũ venit et cur vir
dei a cõpꝛouĩcialiũ moꝛibꝰ diſcreparet: ⁊
intra ſepta ſecretioꝛa: oĩbus xp̄ianis adi
tus nõ pateret queſiuit. Uir aũt dei ſe cõ
ſuetudinẽ non habere rñdit: vt ſeculariũ
hoĩm volũtatibꝰ ⁊ religiõe alienis famu
loꝝ dei habitatiõis pandat introitũ: ſed
apta loca ad hoc habere parata quo oĩm
hoſpitũ aduentus ſuſcipiat̃. Rex ait. Si
largitatis nr̃e munera ⁊ ſolaminis ſup-
plementum capere cupis: oĩbus in locis
oĩm patebit ingreſſus. Cui ille. Si quod
nũc vſqꝫ ſub regulari diſciplina cõſerua-
tum eſt: violare conaris: nec tuis mune-
ribus nec quibuſcũqꝫ ſubſidijs me a te fo
re ſuſtentandũ noueris. Et ſi hãc ob cau-
ſam huc veniſti: vt ſeruoꝝ dei cenobia de
ſtruas ⁊ regularẽ diſciplinã macules ſci
to tuũ regnũ funditꝰ ruiturũ et cũ omni
pꝛopagine regia anullaturũ. His dictis
territꝰ rex egreditur: ⁊ diris increpatio-
nibꝰ viri dei perurget̃. Et ait rex. Mar-
tyꝛij coꝛonã me tibi illaturum ſperas: nõ
eſſe ſe tante dementie vt hoc tm̃ patraret
ſcelus: ſed potioꝛis conſilij ſe vtilia para-
turũ rñdit: vt qui ab oĩm ſeculariũ moꝛe
diſcreparet: qua venerat ea via repeda-
re ſtudeat. Ad hec colũbanꝰ ſe dicit de ce-
nobij ſeptis nõ egreſſurum: niſi violẽter
abſtrahat̃. Diſceſſit ergo rex relinquens
poſt ſe virũ noĩe bandulfum qui virũ dei
a mõaſterio expellẽs ad veſontionẽſe opi
dum ad exulandũ ꝑduxit. Ibi enĩ colum
banus carcerẽ vbi multi dampnati erãt
nullo obſtãte ingreſſus verbũ dñi dãpna
tis depꝛomit. Spõdent illi ſe ſi liberarẽt̃
emendaturos ⁊ de cõmiſſa noxa peniten
tiam acturos. Nec moꝛa cõpedes quibꝰ
ligati erant veluti frutex putrefacta per
partes cõminuti ſunt. Lotis vero pedi-
bus eoꝝ atqꝫ lintheo abſterſis: imperat

vt eccleſiam petant: et commiſſi ſceleris
culpas penitēdo ac fletibus abluendo la
uent. Currētibus illis ad eccleſiā ⁊ fores
obſeratas reperientibꝰ: tribunus mili
tum cum ſuis veſtigia eorum ſequebat̄.
Orante vero colūbano deum: vt ſua vir-
tute a vinculis ereptos: ſatellitū nexui
denuo tradi non ſinat. Nec mora ianuis
diuinitꝰ reſeratis: et poſitis in anguſtia
ingreſſis: fores in oculis militū abſqꝫ hu
mana manu dicto citius obſerrare vidē-
tur. Nec quiſq̄ auſus eſt iniuriā facere:
quos diuina virtus meritis ſancti viri:
ab āguſtijs ſic dignatꝰ eſt liberare. Re
greſſo poſt hec cū ſuis ad monaſteriū vi-
ro dei: brunchildis ⁊ theodericus atroci-
bus ire ſtimulis agitati: militum cohor
tem rurſum virum dei abſtrahere et ad
priſtinum exilium reducere iubent. Reſi
dente colūbano in atrio eccleſie ⁊ in libro
legente: cepta monaſterij peragrant et
vbiqꝫ perquirunt. Ubi cū ſepe veniſſent
⁊ prope virum dei tranſirent nonnulliqꝫ
in eius pedibus offenderent pedes ſuos
ip̄m videre nequibāt. Uenit ergo tribu-
nus intuituſqꝫ per feneſtram: vidit colū
banum ſedentē legere: ⁊ virtutem dei ti-
mens dixit. Nequaq̄ inquit amplius in
ſane errore cor veſtrū decipiatur: nō enī
inuenire valetis: quem virtus diuīa ab
oculis noſtris tegere dignat̄. Redeamꝰ
ergo ⁊ qđ eum inuenire nō poſſumus re-
gi nunciare curemus. His auditis: offē-
ſus rex comitē berchariū ⁊ bādulphum
quē priꝰ direxerat cū multis deſtinauit.
Qui beatum virum in eccleſia cum ſuis
pſallentē ⁊ orōni intentū inuenientes di
xerunt. Uir dei precamur vt tā regijs q̄
etiā nr̄is obedias p̄ceptis: egreſſuſqꝫ iti-
nere quo veniſti pergas. Et ille. Non in-
quit reor placere deo ſemel natali ſolo re-
licto repedare Comes ergo relictis alijs
quibꝰ mens ferocior erat: abceſſit. Igit̄
qui relicti fuerant vndiqꝫ vrgente formi-
dine palliū quo vir dei erat indutus atti
gūt ⁊ genibꝰ prouoluti cū lachrymis pre
cant̄: vt pro tāti ſceleris culpa illis ignoſ
ceret: qui nō ſuis deſiderijs ſed regijs ob
temptarēt preceptis. Uidēs aūt vir dei
periculū aliorū fore ſi ſue ſeueritati nō ſa
tiſfaceret cū oīz eiulatu atqꝫ merore egre
dit̄ dicēs. Eterne inq̄t cōditor regū tu no
bis locū p̄para oportunū quo tibi plebes
tue poſſint in ſc̄a famulari Additqꝫ vt q̄
eū ſeq̄ vellēt ad ſuſtinēdas ſecū iniurias
venirēt: ⁊ q̄ in mōaſterio remanerēt: cito
dn̄ꝫ de eorū merore vltionē daturū aīo cō
ſtāti expectarēt. Egreſſus ergo vir dei
viceſio āno poſt incolatū heremi illiꝰ iu-
xta cauallonē caſtrū cuſtodi equorū theo
derici occurrit q̄ lācea illū p̄cutere tēptat
ſed dextera quā leuarat torpente lancea
cecidit: ⁊ ipſe demone correptus ante ve-
ſtigia viri dei ruit: die tamē craſtina pre
ce ſc̄ti ad ſua ſanꝰ redijt. Duodecim vi-
ros a demōibꝰ arreptos vna die ſua pre-
ce ſanauit: ⁊ quiqꝫ freneticos ſaluti reſti-
tuit. Uenientes ad fluuiū ligerim cum
tarde nauiculā intrarent: quidā arrepto
remo quēdā fratrē viri dei percuſſit. Cur
inquit colūbanus illi crudelis addis me
rori merorē. An non ſufficit ad nr̄am rui
nā patrati ſceleris malū: Cur feſſa xp̄i
mēbra cedis: Cur contra mitē immitis
appares: Memēto te diuīa vltione in lo-
co hoc quo mēbrū xp̄i percuſſiſti fore per-
cutiendū. Et fc̄m̄ eſt ita. Nā illuc tranſi
turus rediēs diuinitus percuſſus in eo-
dē loco eſt demerſus. Iñ aurelianis ve-
niēs: cū nec aditū eccleſiarū ex regis p̄ce-
pto ſibi pandi videret: qui victualia eme
rēt miſit: ⁊ illuſtrātes nichil inueniſſent
qꝫ regio timore ducti oīm percuſſa corda
manebant. Cūqꝫ multis ibidē curatis a
viris vrbis colūbanꝰ honoraret̄: nec tn̄
ꝓpt cuſtodes q̄cq̄ palā ei p̄bere offēſā re
gis timētes audebāt. Nauigātes p ligē
ri ad turonēſē ꝑueniūt vrbē vbi cuſtodes

precatur vt cum nauicula portū adirent
ſeq; ad ſepulchrum beati martini ire ſi-
nant. Quō abnuētes cuſtodes: veloci cur
ſu portum tranſire: ⁊ medio fluminis al
ueo ſcapham tenere iubēt. Quod vidēs
ſanct9: vultum meſtis ad celum dirigit:
compellās ſe tante meſticie ſubdi: vt nec
ſanctorū ſepulchra viſitare permittatur
Mox ergo vt cōtra portū ventum eſt: ve
lut quibuſdam anchoris defixis ſcapha
ſtare cepit: ⁊ ad portū caput dirigit: ⁊ cu
ſtodes quo vellet ſcaphā ire inuiti ſinunt
Egreſſus ergo vir dei ad ſepulchrū mar
tini accedit ⁊ tota nocte in oratiōe ibi per
manſit. Craſtina die ab epiſcopo inuita-
tus cū in menſa ſederet: interrogat9 cur
retro ad patriam rediret: reſpondit. Ca-
nis me theodericus meis a fratrib9 abe-
git. Tunc vnus crodoaldus noīe potens
valde: viro dei humili voce dixit: ſe meli-
us eſſe arbitrari lac potare q̄ abſinthiū.
Et ille. Cognoſco ait: te regis theoderici
federis iura ſeruare velle. Quod cū ille
q̄diu valeret obſeruare aſſereret: ſic ille ait
Si regis theoderici federi iūct9 es: ami-
co tuo ⁊ dn̄o letus a me directus nūcius
eris. Hec ergo eius auribus infer: ⁊ ipm
⁊ ſuos liberos infra trienniū eſſe delēdos:
radicituſq; ſtirpē eius dn̄m eradicaturū.
Cur inquit ille talia famule dei promis?
Nō eni inquit vir dei ſilere queo que dn̄s
loquenda tradidit michi. Surgens ma
ne vir dei: que in ſcapha habuerat ſubla
ta audit. Et rediēs ad ſepulchrum beati
martini: conqueſtus eſt ſe non idcirco il-
luc excubaſſe vt ille ſua ac ſuorū ſineret
dāpna patrari fratrū. Nec mora qui au-
reos furatus fuerat cepit inter flagella
corporis ⁊ penas clamare ⁊ dicere: illo et
illo i loco aureos occultos haberi. Et cur
rentes fures omnes: ſublata oīa reddūt
veniam tanti ſceleris deprecantes. Na
uigātes vero ad namutenſe opidū cuidā
egeno elemoſinā petēti iuſſit colūbanus
cibum dari. Et cū audiſſet eos p̄ter mo
dicum farine nichil habere: iuſſit totum
pauperi dari: nec quicq̄ in craſtinū reſer
uari. Membris tandem eorū ieiunio tri
duano feſſis: ſuperuenit quidā a domīa
ſua nomīe procula directus qui dominā
ſuam diuinitus admonitā dixit: vt ſum
ptus ſancto dei colūbano ⁊ ſocijs eius di
rigeret. Obtulitq; centum modios vini
⁊ ducētos frumenti: ſed et braſij modios
centum. Ibi eni mulieres duas a demo
nibus poſſeſſas ſua prece ſaluti reſtituit
Poſt hec namutēſis epiſcopus et comes
quidā iuxta regis imperium beatum vi
rum cum ſocijs ad hiberniam nauigare
compellunt. Cūq; longius per mare na-
uigaſſent: ventus contrarius inſurgēs
ad portū de quo exierāt eos redire cogit.
Eiectis omnibus que viri dei erant: et
egreſſis dei ſeruis ventus ad placitū re-
diens quo naute volebāt proſpere nauē
traducere fecit. Perrexit ergo columba
nus ad regem lotharium hilpici filium:
q̄ in auſtraſijs franciſq; regnabat: a quo
honorifice ſuſceptus: rogatur vt infra re
gni ſui termīos reſideat. Ille vero ne for
te inimicitie regum occaſionē dare vide-
retur: in locis illis morari noluit. Corre-
ptus eſt ab eo rex de quibuſdā erroribus
et ſpōdet ſe iuxta eius imperium omnia
emendaturum. Interim oritur lis de re
gni ſui terminis inter reges theodericū
⁊ theodebertum et vterq; ad lotharium
legatos dirigit: ⁊ auxiliū poſtulat. Su-
per quo cum conſilium a beato viro que-
ſiſſet: columbanus prophetico ſpiritu re
pletus: ait neutris ſe fore pīturum conſi
lijs: ſuam intra triennij tempus in ditio
nē vtrorū regna venire. Uidens rex a vi
ro dei talia ſibi ꝓphetico ore dici: neutri
parere voluit: ſe ꝑmiſſum tēp9 ſibi felicit
expectauit. Egreſſus igr̄ vir dei cū pari
ſi9 veniſſet: i vrbis porta demōia cū cura
uit. Et veniēs ad regē theodebertū: locū

nomine bꝛigancias iuxta renū ad cōſtru
endūm ibi monaſteriū ab eo recepit. Et
videns quoſdā ſacrificiū pꝛophanū lita-
re velle: vaſqꝫ magnū vigiti modioꝛum
ceruiſia plenum in medio poſitū: ſciſcita
tur quid de eo facere vellēt. Illi aūt dixe-
runt ſe deo ſuo woden quem mercurium
vocāt velle litare. Ille peſtiferū opus au
diens in vaſe ſufflat: ⁊ pꝛotinus diſſolui-
tur et per fruſtra diuiditur vas cū liquo-
re toto. Videntes hoc barbari: ſtupefcti
dixerunt magnū illum habere anhelitū
qui ſic poſſet diſſoluere vas ligaminibus
munitū. Multos eoꝛum vir dei ad fidem
conuertit: ⁊ inſtructos baptizauit. De-
gente illo apud bꝛiganciā cum ſuis tam
dure egeſtatis tempus inter fratres eue
nit vt per triduū quod comederēt non ha
berēt. Tertio vero die euenit tanta copia
alitum velut iſraelitarū caſtra cōturnix
olim operuit: ita vt omnē pagum loci illi
us auium multitudo repleret. Iuſſit er-
go ſuos grās laudeſqꝫ cōditoꝛi referre et
poſtea aues capere: nec ante triduū ab-
cedere temptabant. Quidam quoqꝫ pon
tifex diuinitus admonitus: frumenti co-
piam viro dei direxit. Tale genus auiū
nullus fratrum ante viderat: et tantus
earū in cibo ſapoꝛ erat: vt etiā dapes re-
gias vincere videretur. Cum ſub quo-
dam ſcopulo inter vaſta heremi: ieiunio
coꝛpus maceraret: et pꝛeter poma ſilue-
ſtria ad veſcendū non haberet: vrſus ſu-
ueniens: auide illa comedere cepit. Quō
vir dei intelligēs miniſtrum ſuum miſit
qui partē pomoꝛū fere dimitteret: et aliā
partem intactā ab ea ſeruari iuberet. Et
cū miniſter arboꝛes certas fere aſſignaſ-
ſet: partem viri dei deinceps ſua cōtētus
poꝛtione tangere non pꝛeſumpſit. Inte-
rea inter theodericū theodebertumqꝫ re-
ges lis firmatur: ac vterqꝫ aduerſus fra
trē ſuū vſqꝫ ad internitionē deſeuit. In-
ter q̄ vir dei ad theodebertū accedit: eūqꝫ
ſuadet vt cepte arrogantie ſupercilium
deponeret: ſeqꝫ clericū faceret: et in eccle-
ſia poſitus ſacre religioni ſubderetur: ne
ſimul cum dampno pꝛeſentis regni: eter
ne vite diſpendia pateretur. Quod dictū
regi ⁊ omnibꝰ circūſtantibus riſum exci
tauit: dicentes ſe nunq̄ audiſſe meruin-
gum in regno ſublimatū voluntariū cle-
ricū fuiſſe. Deteſtantibus ergo hoc conſi
lium omnibus: colūbanus ait. Si volū-
tarius nullatenus clericatum ſumat: in
bꝛeui inuitus clericꝰ fiet. His dictis: vir
dei ad cellam ſuā regreſſus eſt. Nec mo-
ra theodericꝰ theodebertum ad bellum
pꝛouocat: ⁊ pꝛope tullum deuictū fugat.
Eo tempoꝛe vir dei libꝛum tenēs lege-
bat ⁊ ſubito ſopoꝛe oppꝛeſſus: quid inter
duos reges ageretur vidit. Et excitatus
cruentā regum pugnā miniſtro ſuo indi
cat ⁊ multū humanū ſanguinē fundi ſuſ
pirat. Pater inquit miniſter theodeber-
to pꝛecibus tuis pꝛebe ſuffragiū: vt com
munem debellet hoſtē theodericū. Stul
tum inquit colūbanꝰ ac religioni alienū
conſiliū adminiſtras. Nō eni ita dn̄s vo-
luit: q̄ nos pꝛo inimicis noſtris oꝛare do-
cuit. In arbitrio eſt iuſti iudicis quid de
eis fieri velit. Perſecutꝰ ergo theodeber
tum theodericus ⁊ ſuoꝛum pꝛoditiōe ca-
ptum: ad auiā bꝛūchildē direxit. Quem
cum illa recepiſſet et theoderici pti faue-
ret: theodebertū clericū fieri rogauit: ac
nō poſt multos dies impie nimis poſt cle
ricatū perimi iuſſit. Poꝛro theodericus
apud metenſem vꝛbē moꝛās: diuinitus
percuſſus inter flagrātis ignis incēdia
moꝛtuus eſt. Poſt quem bꝛūchildis filiū
eius ſigibertum patri ſubſtituit. Lotha
rius itaqꝫ memoꝛ ꝓphetie viri dei: colle-
cto exercitu fines regni ſui: qui ſue ditiōi
debebāt eripe conat̄. Cōtra quē ſigibertꝰ
pugnaturꝰ aduenit: quē lothariꝰ captū
pemit: fratreſqꝫ eius quiqꝫ theoderici fi-
lios cū ꝓauia bꝛunchilde cepit: ⁊ pueris

ſeparati occiſis: brūchildē camelo impo-
ſitam hoſtib⁹ girando mōſtrauit: ⁊ equo
rū caudis ligatā vita priuauit: et radici-
tus ſtirpē illā iuxta viri dei propheciam
deleuit. Colūbanus vero relicto in ala-
mānia diſcipulo ſuo gallo: tranſiēs ī ita-
liam bobiū cenobiū cōſtruxit: et circa an-
nū dñi ſexcenteſimū quintūdecimū nono
kal. decēbris obijt. Nōnulla quoqꝫ famo
ſa cenobia ī alamānia cōſtruxit: que vſqꝫ
in hodiernū diē: ad monachatū ſolos hi-
bernicos vt fertur admittunt.

¶ De ſancto Cuthberto ep̄o et cōfeſſore.

Ex regali hiberniēſiū pſapia
rex quidā noīe muriardach⁹
diues ⁊ potēs: regibus hiber
nie cunctis aliquot annis im
perans: fidē quā ſuſceperat xp̄ianā pijs
opibus iugiter exornabat. Vxor autē ei⁹
ſabina pro vite ſctitate ⁊ miranda cōuer
ſatione ſctā celebratur: ⁊ memoria illius
anima vbi requieſcit deuota habet. Acci
dit eni vt quidā rex alius hibernie felici-
tati illius ⁊ glorie inuidēs: nocturnis in-
ſidijs regem cū vxore ⁊ familia: vnica ei⁹
filia vite reſeruata occideret. Illect⁹ de-
mū pulchritudine puelle rex iniquus cū
nullis perſuaſionib⁹ eā mouere ad cōſen
ſum illicitū valeret: virginem oppreſſit.
Cōcepit itaqꝫ ⁊ filiū pepit: ⁊ tant⁹ fulgor
claritatis omnē locū circūdedit qd̄ pre lu
cis nimio ſplēdore vix aliquid intueri q̄s
poſſet: domuſqꝫ tota flāmis abſumi pu-
tabatur. Hoc viſo: ep̄s quidā ſctūs grās
deo referēs infantē a rege educādū petijt
et baptizatū ligua patria nulluhoc eum
appellauit. Educato demū puero et ſtu-
dijs litterarū tradito: vice quadā ſanct⁹
ep̄us armēta ſua cōſideraturus cū pue-
ro egreſſus: vaccā pregnātem occurrere
vidit. Quā diutius intuens puer ſanct⁹
ventris incluſa onera admirando: ſubri
debat. Interrogatus ab ep̄o quid ſic in-
tentus inſpexiſſet: ait. Video inquit mi-
rabile: ⁊ qd̄ matricis ſobolis prorſus na-
turā videtur excedere. Nā cum vacca ni
gri coloris exteri⁹ tota appareat nimis
videtur mirabile quia cauſa latētis natu
re diſſimilem fetum cōcepiſſe preualeat.
Vitulus aūt rubicūdo colore flaueſcens
in fronte inſtar ſtelle cādide formam pre-
ferre videtur. Nec mora: emittēte fetum
vacca: ſicut puer p̄dixerat reperit. De-
functo demū qui eū educauerat ep̄o: aſſū
pſit eum mater ſua: ⁊ britanniam naui-
gatura nauē aſcendit. Elapſo aūt de ma
nibus pueri pſalmorum libro: in maris
profundum corruit: ⁊ vitulus marinus
ſine mora erumpens: ore hiante librum
abſorbuit: ⁊ ſub vndis euanuit Egreſſis
in portu de naui oībus: vitulus ille mari
nus ſubito apparēs: librum penitus ille
ſum euomuit. Venit inde mater cū pue-
ro ad ep̄m columbā qui primus ſedē dun
keldē rexit in ſcotia: ⁊ ab eo benigne ſuſce
pta eſt. Merulam ſancti ep̄i auem dome
ſticam occiſam ab emulis: prece ſua pu-
er almus vite reddidit. Habebat enim
mater pueri in ſcotia duos fratres ger-
manos pontifices: meldanū ſcilicet ⁊ ea-
tanum: cum quib⁹ aliq̄diu cōuerſata: re
licto ſub eorū cuſtodia filio: romam pro-
fecta eſt. Puer aūt in monte altiſſimo do
ilwein: id eſt area pulchra vocato: expul-
ſis de habitatiōe ſua antiqua demonijs:
ſolitarius habitare cepit fontem de ſaxo
duriſſimo produxit: ⁊ noctes in ſompnes
iugiter deum orans duxit. Cui⁹ operib⁹
pijs hoſtis antiquus inuidēs: in mōtis
ſupcilio balneareū lapideū quaſi ſeruo
dei illuſurus cōſtruxit. Enormis tñ ⁊ in-
cōpoſite magnitudinis fuit. Quadā aūt
die eū ampli⁹ ſeruus dei ſuſtinere nolēs
fuſtē pergrandē arripuit: de loco ad locū
perſecut⁹ eſt inimicū: quouſqꝫ vltra mō-
tis verticē eū ruere cogeret. Vbi vſqꝫ in
hodiernū diē veſtigia tā ſancti q̄ inimici
in ſaxis impreſſa vident. Dyaboli tñ ve

ſtigia pedū: lata: curua: magna ac diſtor
ta ſunt. Hūc locū impoſterū mulierū nul
la impune intrare potuit. In finib⁹ pi
ctorū ſanctus cuthbert⁹ dū ſolitarie poſt
hec maneret: filia regis illius prouincie
cū iuuene adulterata concepit: et a rege
quis eam impregnaſſet diligenti⁹ inqui
ſita: ait. Juuenis ille ſolitarius in vicino
habitans: ſua pulchritudine et blandis
ſermonibus me decepit et oppreſſit. In
dignatus igitur rex plurimo ſtipat⁹ mi
lite: vna cū filia ad virum dei furibund⁹
accedens ait. Tu ne es qui ſub ſpecie reli
gionis omī ſpurcitia et inceſtu ſanctua
rium dei prophanando polluis? Ecce hic
filia mea quā tuis fraudibus ⁊ ludibrijs
corrūpere: et cum illa tantū ſcelus com
mittere non formidaſti. Nunc tamen pa
lam tuam noxam confitere: et quomodo
hanc ſeduxeris coram cunctis ediſſere iu
bem⁹. Puella quoqꝫ ꝑtinacius erūpēs:
hoc illū facinus cōmiſiſſe cōſtanter et in
uerecunde aſſeruit. Admirans aūt iuue
nis: ⁊ diaboli verſutias has eſſe nō igno
rans: plurimum anxiatus ⁊ ad deū tota
mēte cōuerſus: dixit. Dn̄e deus qui ſol⁹
occultorū es cognitor: hoc opus iniquita
tis manifeſta: et tua virtute in pſenti di
uinitus declara: vt glorificetur nomē tu
um ſctm̄ qd̄ eſt bn̄dictū in ſecula. Uiro āt
dei cū lachrymis talia perorāte: ſubito in
loco quo ſteterūt pedes ei⁹ terra dehiſcēs
os ſuū aperuit: ⁊ in oculis oīm ipſam ab
ſorbēdo deglutiuit. Locus aūt ille ab in
colis coruen vocatus eſt. Regi vero cū il
lis qui aderāt humiliter veniā petēti be
nign⁹ indulſit: mulierū tn̄ conſortiū vlte
rius nō admiſit. Sanctus aūt cuthber
tus vſqꝫ ad octauū etatis annum ſolis
paruulorum ludis: et laſciuie mentem
tribuens: oblectabatur iocis: ⁊ paruulo
rum cōuēticulis intereſſe cupiebat. Dū
enī quadā die ludis in turba puerorū in
ſiſteret: repēte vnus de paruulis fere tri
ennis accurrēs ad eū: quaſi ſenili cōſtan
tia cepit hortari ne iocis et ocio indulge
ret: ſed ſtabilitati potius mentē ſimul et
mēbra ſubiugaret. Quo monita ſpernē
te: luget ille corruens in terrā ⁊ faciem la
chrymis rigans: cōſolātiqꝫ ſe cuthberto:
inter ceteros dixit. Quid inquit ſanctiſſi
me antiſtes ⁊ preſbiter cuthberte: hec et
nature ⁊ gradui tuo cōtraria geris. Lu
dere te inter paruulos nō decet: quē dn̄s
etiā maiorib⁹ natu magiſtrū veritatis
cōſecrauit. Qđ cum ille audiſſet: relicta
cōtinuo ludēdi vanitate: ex illo tpe ſtabi
lior: aīoqꝫ adoleſcētior exiſtere cepit. Cū
aūt ſubito dolore genu illi⁹ correptū acri
cepiſſet tumore groſceſſere: ita vt neruis
in poplite contractis: pedē primo a terra
ſuſpenſum claudicās portaret: de hinc in
graueſcēte moleſtia: omni pene priuaret
inceſſu ſub diuo die quadā recumbēs: vi
dit repēte equitē albis indutū veſtimen
tis ⁊ honorabilē vultu: ſed ⁊ equū cui in
ſederat incōparandi decoris. Qui de equo
diſſiliens ⁊ genu languidū diligētius cō
ſiderās: coque inquit triticeā in lacte fari
nam et tumorē ſupunge ⁊ ſanaberis. Et
his dictis: aſcēdēs equū abijt. Ille iuſſis
obtēperās: poſt dies paucos ſanatus eſt
Agnouitqꝫ angelū fuiſſe qui hec ſibi mo
nita dn̄o iubente dediſſet. Ab hoc aūt tpe
deuot⁹ dn̄o: ſepe in anguſtijs orās dn̄m:
angelica meruit opitulatiōe defendi: nec
nō etiā pro alijs in ꝑiculo conſtitutis ſup
plicando exaudiri. Rates enī quedā dū
ligna per tinā fluuiū ad monaſteriū mo
nialiū nō lōge ab oſtio eiuſdem fluminis
ad meridiē ſitum veherēt: vētus ab occa
ſu ſubito aſſurgēs: vſqꝫ ad oſtium flumi
nis ⁊ etiā occeanum nauiculas attraxit.
Nec mora puer in ripa oratur⁹ dn̄m ge
nua flexit: caput in terrā declinauit: ſta
timqꝫ retorta vis vētorū: rates integras
ad terrā eiecit: ⁊ iuxta ipm̄ mōaſteriū in
loco oportuno diſpoſuit. Cōtigit eum re

motis in mõtib⁹ cõmiſſorũ ſibi pecorum
agere curã. Qui dũ nocte quadã dormiẽ
tib⁹ ſocijs ipſe iuxta morẽ peruigil in ora
tione duraret: vidit ſubito de celo fuſum
lumẽ medias lõge noctis interrupiſſe te
nebras: in quo celeſtiũ choros agminum
terras petiſſe: nec mora rapta ſecum aĩa
claritatis eximie ſupernaꝝ rediſſe ad pa-
triã. Et grãs deo agẽs: ſocios ad laudan
dũ deum ꝓuocauit dicẽs. Heu inquit mi
ſeri qui ſompno ⁊ inertie deditũ nõ mere-
mur ſemper vigilãtiũ miniſtrorũ xp̃i cer
nere lucẽ. En ipſe cũ modico noctis tẽpore
peruigil orarẽ: tãta dei magnalia cõſpe-
xi. Aperta eſt ianua celi et inductus illuc
angelico comitatu ſpũs cuiuſdã ſancti q̃
nũc nobis in infima caligine verſantib⁹
ſupne mãſionis gloriã ac regẽ xp̃ꝫ perpe
tuo beatus intuetur. Et quidem hũc vel
ep̃m quẽlibet ſctm̃ vel eximiũ de fideliuꝫ
numero virũ fuiſſe exiſtimo: quem tante
ſplendore lucis: tot ducẽtiũ choros ange-
lorũ celos allatuꝫ vidi. Agnouitq; mane
facto antiſtitẽ lĩdiſfarnẽſem aidanũ ma-
gne virtutis virũ eodẽ tp̃e celeſtia de cor-
pore raptũ regna petiſſe. Et ſtatim peco
ra que paſcebat ſuis dñis cõmendãs mo
naſteriũ petere decreuit. Ea tẽpeſtate
inſtante iã veſpera cũ cerneret ſe iter pro
poſitum finire nõ poſſe: qδdã paſtorũ de-
ſertũ tuguriũ ingrediẽs ⁊ orõni vacans
vidit equũ elato ſurſum capite tecta caſe
carpentẽ: ore niſuq; trahẽtem: atq; inter
cadentia fena tecti inuolutũ pariter deci
dere lintheũ: ⁊ dimidium panis calidi et
carnẽ pro vna refectione ſufficientẽ: inuo
lutũ lintheo inuenit. Et grãs agens deo
panis dimidiũ equo dedit: et reliquũ ſuo
vſui reſeruauit. Cũ enĩ ad mailros mo
naſteriũ deueniſſet: boiſilus vir ſanctus
eiuſdẽ monaſterij prepoſitus ipm̃ vidẽs
ſpũ ſctõ edoctus: hoc vnũ dixit aſtãtibus
Ecce ſeru⁹ dei. Et cauſam ſui itineris au
diens adduxit eũ ad abbatem eatanũ po
ſtea lindiſfernẽſem ep̃m: ⁊ accepta tonſu
ra fratrũ iũgebat ꝯſortio. Qui ingreſſus
monaſteriũ confeſti equalẽ ceteris fratri
bus vite regularis obſeruãtiã tenere cu
rabat: legendi videlicet operãdi vigilan-
di atq; orandi ſolerter. Placuit poſt hec
regi alfrido locũ qui vocatur ripun ad cõ
ſtruendũ monaſteriũ eatano abbati do-
nare. Qui monaſteriũ ibi cõſtruẽs: cuth
bertũ ſuſcipiendorũ hoſpitũ officio depu
tauit. Qui die quadã iuuenẽ quẽdam ad
portã ſedentẽ inueniẽs: ſolito humanita
tis more ſuſcepit: aquã manib⁹ dedit: pe
des abluit: lintheo exterſit: fouẽdos pro-
pter frigus humiliter manibus ſuo in ſi
nu cõpoſuit. Appoſuit menſam: ſumen-
das obtulit eſcas et ait: obſecro te inquit
frater reficias: dum rediens panẽ calidũ
affero: ſpero eni quia iã cocti ſunt. At vbi
redijt: hoſpitem nõ inuenit. Explorat ve
ſtigia qua iret: ſed nulla vſpiã iuenit. Re
cens autẽ nix terrã operuerat: que facile
viantis iter ꝓderet: ⁊ quo declinaret mõ
ſtraret. Stupefactus vir dñi: mẽſam re
poſuit in cõclaui Sed regreſſus cõtinuo
obuiã habuit miri odoris fragrantiã Et
circũſpiciẽs ĩ domo vñ eſſet orta tãta odo
ris ſuauitas vidit iuxta poſitos tres pa-
nes calidos inſoliti cãdoris ⁊ expaueſcẽs
dixit. Cerno ꝙ angel⁹ dei erat quẽ ſuſce-
pi: paſcere nõ paſci veniẽs. Et panes at-
tulit: quales terra gignere nequit. Naꝫ
lilia candore: ⁊ roſas odore ⁊ mella precel
lũt ſapore. Unde cõſtat quia nõ de nr̃a tel
lure orti: ſed de paradiſo voluptatis ſunt
allati. Ex illo enĩ tp̃e ſepi⁹ angelos vide-
re ⁊ alloqui: ſed ⁊ eſuriẽs cibis a dño pre-
paratis refici meruit. Aliquanto poſt
hec decurſo tẽpore prefatus abbas eata
cũ cuthberto ⁊ ceteris quos ſecum addu
xerat fratrib⁹ monaſterio illo ad incolen
dũ alijs monachis collato: domũ repul-
ſus eſt. Morbo vero peſtilentie quo tunc
plurimi per britanniã lõge lateq; deficie

bant coꝛreptus eſt: ſed fratres monaſterij totam pꝛo eius vita et ſalute pꝛecantes noctē peruigilē deduxerūt. Quod dū cuthbert⁹ mane cognouiſſet: hilari vultu dixit. Date baculū et caligas: cur hic iacere ampli⁹ nolo? Neqꝫ vbi dubitandū eſt: quia tot taliūqꝫ viroꝛū pꝛeces non deſpexerit dn̄s. Statiqꝫ exurgēs ⁊ baculo innitens: infra paucos dies plene conualuit. Sed quia tumoꝛ q̄ in femoꝛe apparebat paulatim ad ſuꝑficiē detumeſcēs coꝛpoꝛis: ad viſcerū interioꝛa perlapſus eſt: toto pene vite ſue tēpoꝛe aliquantulū interraneoꝛū non ceſſabat ſentire doloꝛē. Quem cū boiſilus ſanatū cerneret: ait. Uides frater quia liberat⁹ es a moleſtia qua laboꝛabas: dico tibi ꝙ ea iā vltra tāgendus non es. Sed quia me moꝛs vicina pꝛeſtolatur: diſcere a me aliquid ꝙdiu docere valeā: nō omittas. Non enim plus quā ſeptem dies ſunt quib⁹ michi ad docendū ſanitas coꝛpoꝛis et lingue cōceſſa eſt virtus. Et completis vt pꝛedixit ſeptem diebus: feliciter anima de coꝛpoꝛe exijt. Quibus diebus ſeptem oīa que cuthberto futura erāt denūciabat. Pꝛophetic⁹ nāqꝫ et mire ſanctitatis erat homo et pꝛefate acerbitatē peſtilentie: triennio pꝛiuſꝙ veniret eatano abbati ſuo pꝛedixit futurā. Sed et cuthberto inter cetera ꝙ et epiſcopus eſſet oꝛdinand⁹ inſinuauit. Poſt boiſilū vero cuthbertus factus pꝛepoſitus: non ſolū ipſi monaſterio regularis vite monita ſimul et exempla pꝛeferebat: ſed et vulgus circūpoſitū longe lateqꝫ a via ſtulte conſuetudinis: ad celeſtium gaudioꝛū conuertere curabat amoꝛem. Nam et multi fidē quā habebant iniquis pꝛophanabāt operibus et aliqui etiam tempoꝛe moꝛtalitatis neglecto fidei quo imbuti erant ſacramento: ad erratica idolatrie medicamina cōcurrebant: quaſi miſſam a deo conditoꝛe plagam per incantationes vel alligaturas vel alia demoniace artis archana cohibere valerent. Ob hoc vero vir dei crebꝛo de mōaſterio egreſſus: ſepius pedes incedēs viā veritatis errātib⁹ vbiqꝫ pꝛedicabat Erat quippe moꝛis eo tp̄e anglorum populis vt veniēte in villam clerico vel pꝛeſbitero cuncti ad ei⁹ imperiū verbū dei audituri cōfluerēt: libenter que dicerentur audirēt libentius que audire et intelligere poterāt: operādo ſequerētur. Poꝛro tanta cuthberto erat docendi pericia: tātus amoꝛ perſuadēdi que ceperat tale vultus angelici lumē: vt nullus pꝛeſentiū latebꝛas ei ſui coꝛdis celare pꝛeſumeret: oēs palā que geſſerāt cōfitēdo pꝛoferrēt: quia nimirū delicta ſua illū latere nullo modo putabāt. Erat āt abbatiſſa quedā noie ebba: regēs monaſteriū in loco quē coludi vꝛbē vocāt: id eſt coldinghā religione pariter ⁊ nobilitate cunctis honoꝛabilis. Erat enim ſoꝛoꝛ vterina regis oſwi. Hec ad virū dei mittēs: rogauit vt ſe ſuumqꝫ monaſteriū gratia exhoꝛtationis inuiſere dignaretur Ueniens igitur viā iuſticie actu pariter et ſermone oīb⁹ pandere ſatagebat. Et cū moꝛe ſolito quieſcētib⁹ noctu ceteris ad oꝛationē ſol⁹ exiret: ⁊ poſt lōgas intempeſte noctis vigilias inſtāte matutinarū hoꝛa domū rediret: quadā nocte vnus e fratrib⁹ eiuſdem monaſterij: egredientē illū in ſilentio cernēs: clāculo ſecutus ei⁹ veſtigia quo iret quid ve agere vellet: dinoſcere querebat Sctūs vero dei mare ingreſſus: peruigiles vndiſonis in laudib⁹ tenebꝛas exigebat. Appꝛopiquāte aūt diluculo aſcēdēs in terram: denuo cepit in littoꝛe flexis genibus oꝛare. Et ecce de pꝛofundo maris quadꝛupedia duo lutree vocata in arenā aſcendentes: anhelitu ſuo pedes eius fouere ac villo extergere ſatagebant. Completoqꝫ miniſterio et accepta benedictione: patrias relapſa ſunt ſub vndas. Uir autem dei mox domum reuerſus: cano-

nicos cũ fratribus hymnos cõpleuit. Ac frater qui hec videre preſumpſit ingẽti pauore percuſſus: mane ad ſanctũ accedẽs in terrã ſe proſtrauit: et veniã de reatu ſtulti auſus cũ lachrimis flagitauit. Cui ille. Quid inquit habes frater: qđ feciſti? Num iter noſtrũ nocturnũ luſtrãdo explorare temptaſti? Sed ea ſolũ conditione tibi indulgeo hoc commiſſum: ſi promiſeris te que vidiſti nulli ante meũ obitum eſſe dicturũ. Quod cum ꝓmitteret: fratrem benedixit: et culpam quam temerarius incurrit: benigne remiſit.

Quadam die cum puero quodã de monaſterio predicaturus exiens: fatigatus itinere: queſiuit a puero temptans eum vbi pernoctare poſſent vel refici: et cũ ille ſe ignorare omnino reſpondiſſet: vir ſanctus ait. Diſce fili ſpem ſemper et fidem habere in dño: quia nunquã fame perit: qui deo fideliter ſeruit. Et vidẽs aquilã in alto volãtem: dixit etiã per huius miniſteriũ poſſibile eſt dño nos hodie reficere. Et ecce vident ſubito aquilam in ripa ſedentem: ⁊ ait vir dei. Uides vbi noſtra quã predixi miniſtra reſidet? Curre rogo: et quid nobis epularum dño mittente attulerit: inſpice et citiꝰ affer. Qui accurrens attulit piſcem nõ modicũ quẽ illa nuper de fluuio prendiderat. Et ait ſanctꝰ. Quid feciſti? Quare miniſtre noſtre partem ſuam nõ dediſti? Et diuiſo piſce: dimidiũ remittens: in proximo vico ſe refecit. Cũ plurimis in quadã villa verbũ vite predicaret: preuidit ſubito in ſpiritu antiquum hoſtẽ: ad retardandũ opus ſalutis adeſſe. Moxqꝫ inſidias quas futuras intellexit: docendo preoccupare curauit: dicẽs. Oportet chariſſimi vt quotiẽs vobis miſteria regni celeſtis predicãtur intento hec corde et ſenſu: vigilantiſſime audiatis: ne forte diabolus qui mille nocẽdi habet artes ſuperuacuis vos curis ab eterne ſalutis auditiõe prepediat. Et ecce ſtatim hoſtis antiquꝰ fantaſticũ deferens ignẽ: domũ iuxta poſitã incendit: ita vt viderentur facies igniũ totã volitare per villã: ac iuuante vento: fragor aera concutere. Tũc exiliẽs quaſi ad extinguendũ ignẽ turba pene tota: aquas iactant: vnda tamẽ vera falſas non potuit extinguere flammas donec orante cuthberto: fugatus auctor fallaciarũ ficta ſecũ incẽdia vacuas reportaret in auras. Quo viſo: turba multũ erubuit: ⁊ flexis genibus inſtabilis animi veniam precabatur. Alia autẽ vice inſtantia cuiuſdã deuote femine in terrã proſtratus: p̃ces altiſſimo deuotas fudit: et flatus ventorum ſine mora mutatur: et totũ incendij periculũ: penitus receſſit. Quidã comiti pro ſanitate vxoris ſuppliciter exorãti: ait cuthbertꝰ. Scio eni ipſe quis te dicere pudeat qꝛ a demonio vexatur: ſcio etiã quia priuſqꝫ illuc peruenerimus: fugato demone liberabitur: nobiſqꝫ aduenientibus occurrens miniſteriũ quod cõſueuerat nobis ſedula impendet. Neqꝫ enim tali tormento ſoli ſubijciũtur mali ſed occulto dei iudicio aliquotiens etiã innocẽtes in hoc non tantũ corpore ſed et mente captiuantur a diabolo. Cũqꝫ oĩa vt predixerat eueniſſent: teſtabatur mulier illa quomõ ad primũ freni equi in quo ſanctꝰ ſedebat tactũ: omni ſe moleſtia abſolutã ſenſit. Cũ multis in mailroſenſi monaſterio annis degens nõ nullis virtutum clareſceret ſignis: trãſlatus eſt ab abbate eata ad monaſteriũ lindiſfernenſe vt prepoſiti auctoritate fratres inſtrueret: et exempla virtutis oſtenderet. Nam vtrũqꝫ monaſteriũ abbas eata tũc regebat. Igitur vir dñi mox monaſtica inſtituta fratribus viuendo pariter et docendo tradebat: variſqꝫ lãguoribꝰ et tormẽtis comprehenſos orationũ inſtantia priſtine ſanitati reſtituit: nonnullos ab immũdis ſpiritibꝰ vexatos non ſolũ p̃ſens

orādo: tangendo: imperando: exhortādo ſed etiā quandoqꝫ abſens valitudine ſolita potiri fecit. Sepius deniqꝫ in cetu fratrū de regula diſputans: cū acerrimis cōtradicentiū fatigaretur iniurijs exurgebat repēte et placido vultu ac aīo egrediens: dimittebat cōuētū: ⁊ ſequēte nichilominus die quaſi nil obiectionis priſtine ſuſtinuiſſet: eadē que prius monita eiſdē auditoribus dabat: donec eos paulatim modeſta pacientie ſue virtute et quotidiano exercitio ad melioris prepoſiti ſtatum ⁊ ad eā que vellet conuerteret. Erat namqꝫ pacientie virtute precipuus: atqꝫ ad perferenda fortiter oīa que vel animo vel corpori aduerſa ingerebanť inuictiſſimus: nec minus inter triſtia faciē hilarē pretendebat. Sed et vigiliarū atqꝫ orationis ita ſtudioſus exiſtebat vt aliquotiens tres ſiue quatuor noctes cōtinuas peruigil tranſſegiſſe credatur. Miſſarū quoqꝫ ſolempnia celebrans nequaq̄ ſine profuſione lachrymaꝝ officiū implerebalebat. Affabilis erat omnibus ⁊ ad arguendum peccantes feruidus: ad ignoſcendum penitentibus modeſtus. Confitentibus ſibi peccata ſua: prior ipſe miſerās lachrymas fundebat: ⁊ qđ peccatori agēdū eſſet: ipſe iuſtus ſuo premonſtrauit exemplo. Veſtimentis vtebať cōmunibus ita temperanter agens: vt horū neqꝫ mūdicijs neqꝫ ſordibus eſſet notabilis. Unde in eodē monaſterio obſeruari eius exemplo ſolebat: ne quis varij coloris aut precioſi habeat indumentū: ſed ea maxime veſtiū ſpecie ſint cōtenti: quam naturalis ouiū lana miniſtrat. Suſcepit aūt habitū monachalē in monaſterio mailroſenſi: anno dñi ſexcenteſimo quinquageſimoprimo ab aduentu ſancti auguſtini in angliā: anno quinquageſimoquinto: ex quo autē gens northanhumbrorū per ſanctum oſwaldū et aidanum fidē chriſti ſuſcepit: ſeptimodecimo. Peractis vero in eodē monaſterio quatuordecim annis tranſlatus eſt ad mōaſteriū lindiſfarnēſe: ibidē duodecim annis prepoſitus: fratres in omni vite ſanctitate informauit.

Anno aūt dñi ſexcenteſimo ſeptuageſimoſexto: monachatus ſui viceſimoſexto anno: intrauit inſulā farne ante ipm̄ inhabitabilē ꝓpter fantaſias demonum. Ibi per nouē annos mira animi alacritate dño militauit. Farne aūt diciť inſula medio in mari poſita que non ſicut lindiſfarnēſiū regio bis quotidie accedente eſtu occeani quē reuma vocāt greci fit inſula: bis renudatis abeūte reumate littoribus: cōtigua terre redditur: ſeptem miliaribꝰ per ambitum ſe extēdens: ſed aliquot milibꝰ paſſuū ab hac ſemiinſula ad eurū ſecreta: ⁊ hinc altiſſimo ⁊ inde infinito clauditur occeano. Vocať autē lindiſferne vbi quondā nobile monachoruꝫ collegium ⁊ ſedes epālis erat: a fluuiolo ſcilicet lindis decurrēte in mare: qui duorum pedū habens latitudinē: niſi cū mare receſſerit videri non poteſt. Intrante aūt cuthberto inſulam farne: oīa tela nequiſſimi ignea extīcta ſunt: ⁊ ipſe hoſtis antiquus cū omni ſatellitū ſuorū turba procul fugatꝰ eſt. Et cū locus aridꝰ aquā nō haberet: fuſa ad deū prece: foueā quā fratres eius iuſſu fecerant in craſtinum aqua repletā inuenerūt. Que primis cōtēta ripis: nec foras ebulliendo pauimētum inuadere: nec haurientibꝰ nouit deficere. In tm̄ nāqꝫ vir dei a cultu ſui corporis aīm ſuſtulerat atqꝫ ad aīe ſoliꝰ cultum cōtulerat: vt qñqꝫ calciatꝰ in paſcate: nō niſi poſt annū ꝓpter lauationē pedum in cena dñi ſe diſcalciauit. Unde ob crebras incuruationes genuū quas orādo exercebat: callū oblongū in cōfinio pedū ⁊ tibiaꝝ habuiſſe deprehēſus eſt. Demū ab hoīm remotus aſpectibus incluſus: rarū cū aduenientibꝰ ⁊ hoc per feneſtram habuit colloquiū. Primū quidē

permodicũ a fratrib⁹ panem quo veſcere tur accepit: aquã de fonte bibẽs. Et accepto deniũ inſtrumento et effoſſa ac euerſa terra et verno tempore tritico ſeminata: nullos vſqꝫ ad mediũ eſtatis omnino reddidit fructus. Et viſitantib⁹ eũ iuxta morẽ fratribus ait. Forſitan volũtas dei nõ eſt: vt hoc in loco michi triticũ naſcat. Afferte rogo ordeũ: ſi forte illud fructum facere poſſit. Quod ſi nec illi de⁹ incremẽtum dare voluerit: ſacius eſt me ad cenobium reuerti: ꝙ alieno hic labore ſuſtẽtari. Allatũqꝫ ordeum dũ vltra omne tempus ſerendi et fructificandi terre commẽdaret: mox abundanter exortũ: fecit fructum copioſũ. Et cũ matureſcere cepiſſet aduenientes volucres depaſcendo certatĩ inſiſtebãt. Ad quos vir dei appropiãs ait. Quid tangitis ſata que nõ ſeuiſtis: an forte vos pl⁹ me his opus hẽtis? Si tamẽ licentiam a deo accepiſtis: facite qđ ipſe pmiſit. Sin autẽ recedite: neqꝫ vlterius aliena ledatis. Et confeſtim ad primã iubentis vocẽ vniuerſa volucrũ multitudo receſſit: ⁊ deinceps a meſſis eiuſdẽ inuaſione cõtinuit. Cũ enim coruos domũ ſuam roſtro lacerare: et culmos quibus tecta fuerat ad fabricam nidi ore ferre conſpiceret: coercuit eos leui protentione dextere: atqꝫ a leſura domus iã ceſſare precepit. Sed illis imperiũ ſpernentibus: in noĩe iquit ieſu chriſti abite ꝙtotius: neqꝫ in loco quem leditis vltra manere preſumatis. Uix verba cõpleuerat: et confeſtim triſtes receſſerunt. Peracto autem triduo: vnus illorũ rediit: et ſparſis lamentabiliter pennis: ⁊ ſubmiſſo ad pedes ſctĩ viri capite: atqꝫ hũiliata voce quibus valebat indiciis veniã precabat Quod ille intelligens: dedit facultatẽ remeandi. Impetrata vero redeundi licentia mox ſodalẽ adductur⁹ abiit. Nec mora redeũt ambo: et ſecum munera digna ferũt dimidiã videlicet axungiã porcinã.

Quam vir dei fratribus oſtendens: ac eis quanto hominib⁹ obedientie: quanta ſit cura humilitatis habenda cõteſtans: cum auis ſuperbiſſima iniuriã quã ſibi intulerat precibus lamentis ac muneribus abluere feſtinabat. Multis poſt hec annis in ipſa inſula manentes nidificabant: nec aliquid moleſtie cuiꝙ inferre p̄ſumebant. Qui enim auctori oĩm creaturarum fideliter et corde integro famulatur: non eſt mirandũ ſi eius imperiis ac votis omnis creatura deſeruiat. At nos plerumqꝫ idcirco ſubiecte nobis creature dominiũ perdidim⁹: quia dño et creatori oĩm ipſi ſeruire negligimus. Rogauit aũt fratres cũ ad ipſum viſitãdũ iterũ redirent: lignũ ſibi lõgitudinis duodecĩ pedũ ad faciendam domũcule baſim ſecum deferrent. Qui redeuntes lignũ vt promiſerãt non adducentes: blando ſermone ait illis. Credo quia deus nõ obliuiſcatur mee voluntatis et neceſſitatis. Et exurgentes mane: viderunt quia nocturn⁹ occeani eſtus lignũ memorate longitudinis attulit: in ipſoqꝫ loco depoſuit vbi in edificiũ erat imponendũ. Nullus ab eo ſine gaudio conſolatiõis abibat: nullum dolor animi queꝫ illo attulerat redeũtem comitatus eſt. Nouerat quippe meſtos pia exhortatiõe fouere: anguſtiatis gaudia vite celeſtis ad memoriam reuocare: fragilia ſeculi huius et proſpera ſimul et aduerſa monſtrare: tẽptatis multipharias antiq hoſtis: pandere verſutias quibus facere caperet anim⁹ qui vel fraterno vel diuino amore nudat⁹ exiſteret. At qui integra fide roboratus incederet: inſidias aduerſarii quaſi caſſes aranee pertranſire poſſet. Quotiens inquit meipm de alta rupe perpreceps miſere: quotiens quaſi ad interficiendũ me lapides iactabant. Sed et aliis innumeris fantaſiarum temptamẽtis me appetentes deterrere ac de loco hui⁹ certaminis cona

bantur eliminare. Nec tamen vllatenus
vel corpus meū leſura aliqua: vel mentē
timore cōtaminare valebāt. Abbatiſſa
elfleda regali ex progenie orta cum facul
tas ſtandi vel ambulādi prorſus ſibi de-
eſſet: iter anguſtias mētis ſue dixit. Uti-
nā de rebus cuthberti mei quicꝙ haberē
ſcio certe et credo et confido in dn̄o quia ci
to ſanarentur membra mea. Non multo
poſt aduenit qui ei zonā lineā ab eo miſſā
deferret que multum gauiſa de munere
et deſideriū ſuū viro ſancto iā celitus pa-
tefactū intelligēs: ſuccinxit ſe illa et mox
erecta ad ſtandū: tertia die ſanitati reddi
tur. Quedā quoqꝫ ſanctimonialis quaſi
ad mortē infirmitate depreſſa: iuſſu ab-
batiſſe elflede caput ſuum predicta zona
alligauit et mox eodē die plene conualuit
Quā zonā in capſa repoſitā cū poſtea re-
quireret abbatiſſa: nullatenus inuenire
potuit. Quod diuina diſpenſatione factū
intelligitur: videlicet vt ꝑ duo ſanitatis
miracula deo dilecti patris ſanctitas ap
pareret credentibus et de ſanctitate illi⁹
heſitationis occaſio incredulis tolleret̄.
Si enim eadē zona ſemper adeſſet: conti
nue egroti ſanitatē conſecuturi cōcurriſ-
ſent: et ſi forte quiſꝙ curari non mereret̄:
ſalutis indignus impotencie ſancti dero
gare preſumeret. Miſit elfleda abbatiſ-
ſa ad virū dei: adiurans in noīe dn̄i vt eā
videre ⁊ de neceſſarijs alloqui dignaret̄.
Qui aſcenſa cū fratrib⁹ naui venit ad in
ſulam que coquedi fluminis hoſtio preia
cens ab eodē nomen accepit: ⁊ ipſa mona
chorꝝ cetibus inſignis. Nā prefata abba
tiſſa: illuc eū ſibi occurrere rogauerat.
Cui⁹ potita colloquijs cū multa ab eo q̄
ſciſcitabatur audiret ecce repente in me-
dio ſermone aduoluta pedibus eius: ad-
iurauit eū per nomē illd̄ terribile ac vene
rabile ſupni regis ⁊ angelorū ei⁹: vt dice
ret ei ꝙ lōgo tpe victur⁹ eſſet egfrid⁹ rex
frater illi⁹ ⁊ regnū gubernatur⁹ anglorꝝ

Scio ei inquit quia ꝓphetie ſpiritu quo
polles: etiā hoc dicere potes ſi vis. At ille
expaueſcēs ad iuramentū: nec tñ volens
apte qd̄ petebatur reuelare ſecretū: mirꝝ
inquit quare ſapiēs femīa et in ſctīs ſcri-
pturis erudita: lōga vocare velis tpa vi
te humane: dicente pſalmiſta: quia anni
nr̄i ſicut aranea meditabuntur. ⁊ cū mo
neat ſalomon. Si annis multis vixerit
homo: ⁊ in his oīb⁹ letatus fuerit: memi
niſſe debet tenebroſi tpis et dierū multo-
rum: qui cū venerint vanitatis arguūt
preterita: quātomagis his cui vnius ſo
lū anni vita ſupeſt: breui videt̄ tpe vixiſſe
vbi mors aſtiterit in ianuis. Hec audiēs
illa: fuſis lachrymis preſagia dura defle
bat. Exterſaqꝫ facie: rurſus audacea fe-
minea adiurauit per maieſtatē ſūme di
uinitatis vt diceret quē habiturus eſſet
heredē cū filijs careret ⁊ fratribus. Qui
paruni ſilens: dixit. Ne dicas quia caret
hēbit enī ſucceſſorē quē germana vt ipm
egfridū dilectiōe cōplectaris. At illa Ob
ſecro inquit dicas quibus in locis ſit ille.
Qui ait. Cernis hoc mare magnū ⁊ ſpa
cioſum quot abūdat īſulis: facile eſt deo
de aliqua illarū ſibi prouidere quē regno
ꝑficiat anglorū. Intellexit ergo quia de
alfrido diceret q̄ ferebat̄ fuiſſe patris illi
us fili⁹ et tūc in inſulis ſcotorū ad ſtudiū
litterarū exulabat. Propoſuit enī eū eg-
fridus conſtituere epm̄. Et ait illa. O ꝙ
varia intentione diuidūtur corda morta
liū. Quidā adeptis gaudēt diuitijs: alij
amātes diuitias ſemꝑ egēt: tu gloriam
mundi ꝙuis offeratur reſpuis: etiā ſi ad
epatū pertingere poſſis: quo ſublimius
apud mortales nichil eſt: tui clauſtra de
ſerti huic gradui preferres. Et ille Scio
me inquit tanto gradu dignū nō eſſe: nec
tñ iudiciū ſupni gubernatoris vſpiā fu-
gere queo. Qui ſi tanto oneri me ſubijci-
endū diſpoſuit: credo quia poſt modicū li
berum reddet: ⁊ fortaſſe non amplius ꝙ

duobus annis exactis: me mee ſollicitudinis remittet ad quietē. Precipio aūt tibi in noīe dn̄i ⁊ ſaluatoris nr̄i: ne cui ante meū obitū que a me audiſti referre preſumas. Cūq; hec et multa alia q̄ querebat expoſuiſſet: reuerſus eſt ad inſulam ſuā

Congregata poſt hec ſynodo nō parua in preſentia regis egfridi et archiepiſcopi theodori vnanimi oīm cōſenſu ad epiſcopatū lindiſfarnenſem electus eſt. Cū tamen multis legatarijs pro ſe miſſis ⁊ litteris a loco ſuo nequaq̄ erui poſſet: rex prefatus et trunwin⁹ epiſcopus cū plurimis religioſis et potentibus veniunt: genu flectūt per dn̄m adiurant: lachrymas fundunt: obſecrant donec et ipſum lachrymis plenū ad ſynodū pertrahunt Ubi licet plurimum renitens ꝯpellit̄ ab omnibus ep̄ali officio ſubmittere collū. Ordinatus eſt autē eboraco a theodoro doroberneſi archiep̄o die paſche cōueniētibus ibidem ſeptē epiſcopis: et preſente rege egfrido: anno dn̄i ſexcēteſimo octuageſimoquinto. In die vero ordinatiōis ſue cōmutauerūt ipſe et eata ſedes epiſcopales conſentientibus rege egfrido: theodoro archiep̄o: cedda et cedd epiſcq; alijs quinq;. Sicq; eata apud haguſtaldenſem eccl'iam ſedit cuthbert⁹ vero lindiſfarnenſem cathedrā obtinuit. Et dedit ei rex egfridus terrā in eboraco a muro ſancti petri vſq; ad magnā portā occidētalē: et vſq; ad murū ciuitatis verſus auſtrū. Dedit etiā ei villā que dicit̄ creik et tria miliaria in circuitu: vt ibi poſſet manere in eundo ⁊ redeundo de eboraco Ibi ſanctus cuthbertus congregationē monachorū et abbatē noīe geue ſtatuit. Huic adiecit rex ciuitatē luel: ideſt cair leil: et in circuitu quindecim miliaria. Ibi enim vir ſanctus cōgregationem ſanctimonialiū et abbatiſſam ordinauit ⁊ ſcolas ibi cōſtituit. Poſtq̄ vero ſctūs cuthbertus ſuſcitauit puerum a mortuis in villa que dicitur exenford. dedit ei egfridus rex terram que vocatur carthmel ⁊ oēs britānos cum ea. Ea tēpeſtate pugnauit rex egfridus cōtra regē merciorū wlferū filiū pende ⁊ ceſo exercitu eius fugauit eū. Poſtea dedit egfridus viro dei mailros. id eſt meuros ⁊ carrā et quicq̄d ad eas pertinet. Suſcepto itaq; epiſcopatu: cōmiſſam ſibi plebē orōnib⁹ ꝓtegebat aſſiduis: admonitionib⁹ ſalutarib⁹ ad celeſtia vocabat: ⁊ que agēda docebat ipſe prius agēdo ꝑmonſtrabat. Eſurientibus alimenta: nudis veſtes prebebat: ceteriſq; vite pōtificalis inſignibus rite decorat⁹ incedebat. Igitur dum egfridus rex pictos atroci ſeuitia deuaſtaret: vir dei venit ad lugubaliā ciuitatē q̄ ab anglis luel vocabatur modo carleolum appellatur. Et cū ei ciues menia vrbis: fontemq; in ea miro quōdam romanorū opere extructū oſtenderēt: repēte turbatus ſpū meſtā faciē deflexit ad terrā rurſumq; erigens atq; ad celum oculos attollens: ingemuit grauiter: ⁊ nō grandi voce ait. Forte modo diſcrimē factum eſt certaminis. Nolēs aūt amplius de his que ſibi erant reuelata patefacere: nōne videtis inquit q̄ mire mutat⁹ ac turbatus ſit aer? Et quis mortaliū ſufficit inueſtigare iudicia dei? Et in craſtino in vicino monaſterio facta collatiōe inter cetera dixit. Obſecro fratres iuxta apoſtoli monita vigiletis: ſtetis in fide: viriliter agatis: ⁊ confortemini: ne forte ſuperueniens aliqua tēptatio vos inparatos inueniat. Putabāt aūt q̄ non multo ante peſtilētie clades ⁊ eos ⁊ multos circumquaq; lata cede ſtrauerat: de huiuſmodi plaga iam reditura fuiſſe locutū. At ille rurſus aſſumpto ſermone ait. Quondā venerūt ad me fratres dū in mea demorarer inſula ſolitarius: ⁊ cū tertio eiuſdē admonitionis verba repeterē: attendentes illi quia non fruſtra hec tam ſtudioſe

ſuggererem ⁊ expaueſcētes dicebāt. Fa-
ciam⁹ vt doces: qꝛ magna neceſſitas no-
bis incumbit vt contra inſidias dyaboli
⁊ omnia tēptamēta ſemper accīcti ſpiri-
tualiter vigilem⁹. Nec ego ſciebā aliq̄d
tēptationis noue occurſurū: ſed tm̄ inſti-
ctu mētis admonit⁹ ſum aduerſus ſubi-
tas tēptationū ꝓcellas: ſtatū cordis ſem
per eſſe muniendū. Sed vbi reuerſi ſunt
a me ad ſuū mōaſteriū: quemdā de ſuis
morbo peſtilētie obiſſe reperierūt. Seui
ente pene per annū eadē clade: nobiliſſi-
mus ille patrū fratrumqꝫ cetus ſpūalis
pene vniuerſus migrauit ad dn̄m. Hec ⁊
his ſimilia ſctō dicente ep̄o: putabāt oēs
quia de reditu peſtilētie mētionem face-
ret. Sed poſtera die qui fugerat de bello
regē cum toto quaſi exercitu extinctum
enarrauit. Acceſſit quidā ad virum dei
noīe herebertus ſpiritualis amicitie fe-
dere eidē copulat⁹: qui in inſula ſtagni il
lius pergrandis de quo dorwētionis flu
uij primordia erumpūt: vitam ſolitariā
ducens: annis ſingulis ad eum venire ⁊
monita ſalutis ab eo accipere cōſueuit.
Cui cuthbertus ait. Memēto frater he-
reberte vt modo quicq̄d opus habes me
interroges mecūqꝫ loquaris quia poſtq̄
ab inuicē digreſſi fuerimus in hoc ſeculo
oculis carneis inuicē vltra nō videbim⁹
Tēpus eni reſolutionis mee inſtat ⁊ ve-
lox ē depoſitio tabernaculi mei. Qui hec
audiēs: prouolutus eius pedib⁹: fuſiſqꝫ
cuꝫ gemitu lachrymis: obſecro inq̄t per
dn̄m ne me derelinquas: ſed tui ſodalis
memineris: rogeſqꝫ ſupernā pietatē vt
cui pariter in terris ſeruiuim⁹: ad eius
videndā claritatē tranſeamus ad celos.
Noſti eni quia ad tui oris imperiū ſemp
viuere ſtudui ⁊ quicq̄d ignorātia vel fra
gilitate deliqui eque ad tue volūtatis ar
bitrium ſemper caſtigare curaui. Incu
buit precibus ep̄s ſtatimqꝫ edoct⁹ in ſpi
ritu impetraſſe ſe q̄d petierat a dn̄o: ſur-
ge īquit frater mi et noli plorare ſed gau
de: quia donauit nobis dn̄s quod roga-
uimus eū. Digredientes vero ab inuicē
vni⁹ eiuſdēqꝫ momēto temporis ſpirit⁹
eorū a corpore egreſſi: āgelico miniſterio
ad regnum celeſte pariter tranſlati ſunt
Occurrit ei comes q̄dā: et flexis genib⁹
gratias egit de aduentu illi⁹: et introdu
cēs illū in domū ſuam: lotis more hoſpi-
talitatis manibus et pedibus: ſimul re-
ſidētes cepit referre illi de languore con-
iugis deſperate: obſecrās vt illā bn̄dice-
re dignaret̄. Qui allatā benedicēs aquā
precepit vt ſup languidā aſpergeretur.
Quo facto: plenā corpis ſanitatē recepit
et benedicens dn̄m: ep̄o potum obtulit.
Prefectus quidā morti appropinquās
panē a ſctō viro bn̄dictū in calice cū aqua
miſcens et bibēs: fugato continuo inter-
raneorū dolore: ſubito conualuit. Eodē
tempore peſtilentia ſubito exorta illis in
partibus nece grauiſſima incubuit: ita
vt in magnis quōdā villis vix parue ra-
reqꝫ reliquie et interdū nulle reſiderent.
Unde ſanctus cuthbert⁹ eiſdē reliquijs
miniſteriū verbi ⁊ neceſſarie cōſolatiōis
opem ferre nō deſijt. Adueniēs aūt in vi
culū quēdā: ibidē oībus quos inuenerat
auxilio exhortationis adhibito: dixit ad
preſbiterū ſuū. Putas ne ſupeſt quiſpiā
his in locis cui noſtra viſitatiōe ⁊ allocu
tiōe opus ſit: an cunctis qui male habe-
bant viſis: iam ad alios tranſire liceret:
Qui omnia circūſpiciens: vidit mulierē
eminus ſtantē que extincto paulo ante fi
lio fratrē eius iam morti ꝓximū tenebat
in manibus: ⁊ preteritā pariter ⁊ preſen
tem teſtabatur erumpnā. Quā cū viro
dei oſtenderet: acceſſit ad eam ⁊ bn̄dicēs
dedit oſculū puero: dixitqꝫ ad matrē. Ne
metuas nec meſta ſis: ſaluabit̄ eni et vi-
uet infans neqꝫ vllus vltra de domo tua
hac mortalitatis peſte deficiet. Et factū
eſt ita. Cum autē in monaſterio elflede

abbatiſſe ad mēſam ſederet: ſubito auer
ſam a carnalibus epulis mentē ad ſpiri
tualia contēplanda contulit. Unde laſſa
tis ab officio ſuo mēbris corporis muta-
to colore faciei ⁊ quaſi attonitis cōtra mo
rem oculis: cultellus quoqꝫ quē tenebat
in menſa decidit. Qđ dum preſbiter ei⁹
qui aſtabat ⁊ miniſtrabat aſpiceret: icli-
natus ad abbatiſſam dixit. Interroga
epm quid viderit. Scio eni quia nō ſine
cauſa manus eius tremefctā cultellū de
ſeruit: vultuſqꝫ illi⁹ mutat̄ ſed vidit ali-
quid ſpūale qđ nos ceteri videre nequiui
mus. At illa confeſti cōuerſa ad eū: obſe-
cro inquit dn̄e mi epe dicas quid videris
modo: neqꝫ eni fruſtra laſſata tua dexte-
ra cultellū quē tenebat amiſit. Qui diſſi
mulare conat⁹ vidiſſe ſe quippiā ſecreti
iocoſe rn̄dit. Nū tota die manducare va-
lebā. Iā aliqn̄ quieſcere debui. Illa aūt
diligentius adiurante ⁊ flagitāte vt ex-
poneret viſionē: tandem ait. Uidi inquit
aïaȝ cuiuſdā ſcti manibus angelicis ad
gaudia regni celeſtis tranſferi. Rurſus
illa. De quo loco aſſumpta eſt? Reſpōdit
De tuo monaſterio. Adiecit nomē inqui
rere. Et ille. Tu michi inquit die craſti-
na miſſam celebrāti nomen eius indica-
bis. Hec audiens illa confeſtim miſit ad
maius ſuū mōaſteriū ⁊ didicit quia qui-
dā de paſtorib⁹ bone actionis vir incau-
tius in arborē aſcendens: deciderat deor
ſum: ⁊ contrito corpore ipſa hora ſpiritū
exalauit: qua hūc vir dn̄i ad celeſtia du-
ctū videbat. Et ingreſſa ad epm iam tūc
eccleſiā dedicantē: ſtupore femineo qua-
ſi nouū aliquid nunciatura dixit. Precor
domine mi epiſcope memineris ad miſ-
ſas hadwaldi mei: hoc eni viro erat no-
mē q̄ heri cadēdo de arbore defunct⁹ eſt.
In monaſterio aūt qđ nō lōge ab hoſtio
tine fluminis ſitum eſt: ab abbatiſſa ver
ca vir dei magnifice ſuſcept⁹: aquā vt bi
beret a miſtris ſibi dari petijt. Qui hau
ſtā de fonte aquā obtulerūt ei. At ille da-
ta benedictione cū paululū guſtaſſet: de
dit miniſtro ſuo. Qui cū bibiſſet: viſa eſt
ei aqua quaſi in ſaporem vini conuerſa.
Duob⁹ igitur annis in regimine epali
tranſactis: abiecit pondus cure paſtora
lis: ⁊ ad inſulā ferne ꝓperauit. Et cū fra
tres ipm viſitātes ante regreſſum illorū
aucā quādam comedere monuiſſet: ipſo
ad cellā ſuam eunte: quia cibis quos at-
tulerant abundabāt: aucam tangere nō
curabāt. At cū refecti nauiculā vellēt aſ-
cendere: exorta ſubito tēpeſtas: omnem
eis nauigandi abſtulit facultatem. Fa-
ctumqꝫ eſt vt ſeptē dieb⁹ feruēte vnda cō
cluſi: triſtes in inſula reſiderūt. Septia
die domū in qua manebāt eos conſolatu
rus ingreſſus vir dei: et videns aucā nō
fuiſſe comeſtam placido vultu ⁊ leto po-
tius ſermone redarguit eorū inobedien-
tiam: nōne inquiēs incomeſta adhuc pē-
det auca? Et quid mirū ſi mare vos nō ſi
nit abire. Citiſſime ergo coquite illā ⁊ co
medite vt poſſit mare quieſcere ⁊ vos do
mum remittere. Qđ cū feciſſent: ventis
ceſſantibus vnda a feruore ſuo quieuit:
⁊ ſecūdis flatib⁹ cū gaudio ſimul ⁊ pudo
re domū remearūt. Cūqꝫ multo cōſue-
te diſtrictiōis rigore corpus mentēqꝫ cō-
ſtringeret: arreptus infirmitate ſubita
tribus continuis ſeptimanis morbo de-
coctus eſt. At cū quidā frater ad feneſtrā
celle ſue appropinquaret dato iuxta mo
rem ſigno: et ſalutanti ſe ſuſpirium pro
reſponſo reddidit. Qui frater. Quid ha
bes inquit dn̄e mi epe: an forte nocte hac
tuus te languor tetigit? Et ille. Etiā in-
quit languor me tetigit nocte hac. Credi
dit autē frater quia de veteri ſua infirmi
tate cuius quotidiana pene moleſtia cō-
ſueuerat excoqui: nō aūt de noua ⁊ inſoli
ta diceret. Et ſubiunxit. Cum aūt deus
ſuſceperit aīam meā: ſeplite me in hac
māſiōe iuxta oratoriū meū Quinto poſt

hec die redeūtibus fratrib⁹: idem frater
calefaciens aquā abluebat pedes eius q̄
gr̄a diuturni tumoꝛis iam tūc vlcus ha
bebat ac pꝛofluēte ſanie cura indigebat
Et dixit ſctūs. Dei pꝛouidētia ⁊ volūta-
te geſtum eſt vt pꝛeſentia ⁊ auxilio deſti
tutus humano: aliqua ſuſtinerē aduer-
ſa. Ex quo aūt hac in ſede mēbꝛa cōpoſui
nō moui me hinc: ſed quinq; dieb⁹ et no-
ctibus hic quiet⁹ permanſi. Cui ille. Nū
abſq; cibo tanto tp̄e māſiſti? Et oſtenſis
quinq; cepis: vir ſctūs ait. Hic michi vi-
ctus erat his quinq; diebus. Quotienſ-
cūq; eni ariditate ac ſiti nimia ardebam
hec guſtando me recreare ac refrigerare
curaui. Videbatur aūt vna de cepis mi
nus q̄ dimidia parte coꝛroſa. Et addidit
Et concertatoꝛes mei nūq̄ tot michi per
ſecutiones quot in his quinq; diebus in-
tulerunt. Et quoſdā fratrū ſecū retinuit
in quibus erat maioꝛ beda pꝛeſbiter qui
miniſterio eius familiariter ſemper ad-
eſſe cōſueuerat: ideoq; donationum acce
ptionūq; eius oīm conſcius erat indubi-
us. Quē ob id maxime ſecū manere vo-
luit: vt ſi cuiuſlibet acceptis munerib⁹
recōpenſatione digna nō reſpondiſſet: il-
li⁹ admonitiōe recoleret: ⁊ pꝛiuſq̄ obiret
ſua cuiq; reſtitueret. Mea inquit volun-
tas erat: hic requieſcere coꝛpe vbi quātu
lūcūq; pꝛo dn̄o certamen certaui vbi cur
ſum cōſummare deſidero: vnde ad coꝛo-
nā iuſticie ſubleuādū me a pio iudice ſpe
ro. Sed ⁊ vobis quoq; comodius eſſe ar-
bitroꝛ vt hic requieſcā ꝓpter incurſionē
ꝓfugoꝛū vel noxioꝛū quoꝛūlibet qui cum
ad coꝛp⁹ meū foꝛte cōfugerint: quia qua-
liſcūq; ſum: fama tamen exiuit de me q̄
famulus xp̄i ſum: neceſſe habetis ſepi⁹
pꝛo talib⁹ apud potētes ſeculi intercede
re atq; ideo de pꝛeſentia coꝛpis mei mul-
tū tolerare laboꝛē. At illis multū diuq;
pꝛecantibus laboꝛēq; huiuſmodi gratū
illis ac leuē foꝛe aſſerētibus: tandem ille
ait. Si meā diſpoſitionē ſuperare: ⁊ me-
um coꝛp⁹ illuc reducere vultis: videtur
michi optimū vt in interioꝛibus baſilice
veſtre illud tumuletis: quatin⁹ et ipſi cū
vultis meū ſepulchꝛū viſitare poſſitis: ⁊
ī poteſtate ſit veſtra an aliqui illuc de ad
uētantibus accedāt. Et cū fratres flexis
genib⁹ gratias illi egiſſent: frater quidā
qui longe vētris fluxu egrotans a medi
cis curari nō potuit tangens eum ſenſit
ſe omni illa lōge infirmitatis carere mo-
leſtia. Et cū loquele facultas paulatī de-
ficeret: cepit diſſerere pauca ſed foꝛtia de
pace ⁊ humilitate: cauēdiſq; eis qui his
oblectari malunt. Pacē inquit inter vos
ſemp̄ ⁊ charitatē cuſtodite diuinā: in con
ſilijs vnanimes eſtote cū alijs xp̄i ſeruis
mutuā habete cōcoꝛdiā: veniētes ad vos
hoſpitalitatis gratia: familiariter ac be
nigne ſuſcipite: nequaq̄ vos melioꝛes ar
bitrantes ceteris euiſdē fidei et vite con-
foꝛtibus. Cum illis autē qui ab vnitate
catholice pacis vel peruerſe viuendo ab
errant: vobis ſit nulla communio. Et ſi
vos vnū e duobus eligere neceſſitas co-
gerit: multo plus diligo vt eruētes de tu
mulo tollenteſq; vobiſcum oſſa mea: re-
cedatis ab his locis: ⁊ vbicūq; deus pꝛo-
uiderit incole maneatis: q̄ vt vlla ratio-
ne conſentientes iniquitati ſciſmaticoꝛū
iugo colla ſubdatis. Catholica patrum
ſtatuta diligētiſſime diſcere ac obſerua-
re contendite. Ea quoq; que per meū mi
niſteriū vobis diuina pietas inſtituta vi
te regularis dare dignata eſt: exercete
ſolliciti. Scio eni quia ⁊ quibuſdā contē-
ptibilis vixi: poſt meū tamē obitum qua
lis fuerim ⁊ q̄ mea doctrina non ſit con-
tempnenda videbitis. Hec et his ſimilia
cum dixiſſet: acceptis ſacramētis ſaluta
ribus dominici coꝛpoꝛis: eleuatis ad ce-
lum oculis: extenſiſq; in altū manib⁹ in-
tentā ſupernis laudibus animā ad gau
dia regni celeſtis emiſit: tertiodecio kal.

apꝛilis:anno gratie ſexcenteſimo octua-
geſimoſeptimo epatus ſui tertio:ex quo
aūt rex oſwaldus ⁊ aidanus eps pontifi
calem ſedē in lindiſfarnea inſula inſtitue
runt:quinquageſimoquarto monacha-
tus ſui triceſimoſeptimo: anachoꝛiſcos
ſecūdo anno:⁊ in ſindone quā ei verca ab
batiſſa cōtulerat inuolutū coꝛpus ei⁹ ſe-
pultū eſt. Aqua eni cū qua coꝛpus eius
lotum erat in os demoniaci infuſum:ſa-
num reddidit. Trāſactis aūt ab obitu
ei⁹ annis vndecim:aperiētes fratres ſe-
pulchꝛum eius iuſſu eadberti epi: coꝛp⁹
totū quaſi adhuc viueret integrū reper-
tum eſt:⁊ flexibilibus artuū cōpagibus
multo doꝛmienti ꝙ moꝛtuo ſimilius. Ue
ſtimēta quoqꝫ quib⁹ indutū erat inteme
rata ⁊ pꝛiſca nouitate mirāda cernūtur:
Frater quidā eiuſdē monaſterij parali
ſi depꝛeſſus: fuſa ad ſctm̄ cuꝫ lachꝛymis
pꝛece:quaſi latam manū caput ſuū tan-
gere vidit:et mox euigilans ſanitatē in-
tegram ſe recepiſſe ſenſit. Uſqꝫ hunc lo-
cum ſcripſit beda venerabilis pꝛeſbiter
vitam ſancti cuthberti:que vero inferi⁹
ſunt collecta: per ſuccedētia tēpoꝛa erāt
cōſcripta. Deus omp̄s iuſte miſericoꝛs
miſericoꝛditerqꝫ iuſtus:gētem angloꝛū
dum pꝛo ſuis multiplicibus offenſis fla
gellare diſpoſuit: paganā gentē freſonū
atqꝫ danoꝛū illi permiſit dn̄ari. Iſte igit̄
gentes hubba duce friſonū et alſdene re-
ge danoꝛū in angliam venientes et tres
turmas mox diuiſe:tribus in partibus
terram inuaſerūt. Nam eboꝛace ciuita-
tis menia pars vna ex eis reſtaurauit:
regionēqꝫ in circuitu incolens ibidē pau
ſauit. Relique vero partes due multo fe-
rotioꝛes:regnū mercioꝛū et auſtraliū ſa-
xonum mox occupabāt omnia incendijs
rapinis:atqꝫ homicidijs exterminātes:
diuina eque vt humana barbarica ſeui-
tie cōtaminabāt. Uideres tunc ſacerdo-
tes ſacroſanctis miſterijs aſſiſtētes tru-
cidari: virgines rapi: infantes ab ipſis
matrum vberibus auulſos ad terrā ali-
os elidi:per pedes alios ſuſpēdi:iter ma
nus barbaroꝛū diſcerpi:neqꝫ ſexui:neqꝫ
etati:nec vlli gradui parcētes. Unde illi
us tēpeſtatis rabiē oībus regij ſeminis
per quos ſibi timebant extinctis: ſolus
alfredus pater regis edwardi manus il
loꝛum vix euaſit. Hic per tres annos per
ſilueſtria ſomerſetēſis pagi vitam incer
tam ⁊ inquietā ducebat. Quippe qui ni-
chil vnde viueret habebat:niſi qđ pꝛedā
do aut venando aut piſcādo adquireret.
Tandē dum ſocij ſui circa capturā piſci-
um inſtarent:⁊ ipſe moleſtiā ſue pꝛoſcri-
ptionis meditatione ſcripturarū cōſola-
retur: aſtitit ei quidam peregrinus in
dei nomine elemoſinā petens. Tunc rex
vtraſqꝫ manus leuās ad celum ait. Gꝛa
tias ago deo qui pauperē ſuum hodie in
paupe viſitauit. Uocauit cito miniſtruꝫ
ſuum:qui nichil pꝛeter modicum vini et
vnum panem habebat iuſſitqꝫ mediam
partem pauperi dari. Gꝛatias egit pau
per ⁊ abceſſit. Et nullo trāſitus ſui veſti
gio in paludibus relicto:ſubito euanuit
⁊ que largita fuerāt integra inuēta ſunt
⁊ qui piſcatum exierāt:tres naues piſci
bus onuſtas domū reduxerūt. Sopoꝛa-
to igitur regi apparuit quidā pontifica-
libus indutus:qui de diligendo deo:ſer-
uanda iuſticie:de miſericoꝛdia in paupe
res:de reuerētia in ſacerdotes exhibēda
eum monuit ⁊ adiecit. O mi alfrede xp̄s
conſcientiā tuam reſpiciens:erumpnis
tuis finem imponit. Me enim impetrā-
te deoqꝫ donante:totius bꝛitānie imperi
um tibi ſucceſſoꝛibuſqꝫ tuis concedit diſ-
ponendū. Si aūt deo michiqꝫ fideles fu-
eritis:me poſt hec ad conterēdū robur in
imicoꝛū oīm inexpugnabile defenſionis
ſcutū habebitis. Cras enim aderūt tibi
foꝛtes auxiliarij quoꝛū ope hoſtes deuin
ces. Et ait rex. Quis es tu? Et ille. Ego

ſum inquit cuthbertus peregrinus ille
heſternus cui panem poꝛrexiſti: tui tuo-
rumqꝫ curã agens. Memēto huius rei:
cum bene tibi fuerit. Mane aũt facto: ve
nerũt ad ipſm viri quingenti armis opti
me muniti: quibus viſionē per oꝛdinem
pandens ait. Nũc inquit quãta parētes
noſtri qui omnes iam interfecti ſunt bar
baroꝛũ toꝛmēta pꝛo ſuis noſtriſqꝫ offen-
ſis iuſto dei iudicio ꝑtulerunt vidimus:
⁊ nos ipſi die noctuqꝫ ad ſimilia per eoſdē
exquirimur: quomodo nullũ habeamꝰ
iam tutũ fuge locũ videmus: immo mi-
ſerabiliter ꝓfugi ſuſtinemus. Unde ro-
go monitis ſancti cnthberti defenſoꝛis
noſtri attente obediamus deo ſibiqꝫ fide
les exiſtamꝰ vitioꝛum voꝛagines fugia
mus: atqꝫ virtutũ exercitia diligamus:
ſic pꝛofecto pꝛomiſſum celeſtis gratie au
xiliũ ⁊ ſue defenſionis experiemur vbiqꝫ
patrocinium. Sicqꝫ apud aſchdoñ. con-
gregato exercitu paganos ita contriuit:
vt acceptis obſidibus electiſſimis gut-
trum regem danoꝛum cum viginti nobi
lioꝛibꝰ ſuis de ſacro fonte alfredus leua-
ret pace circũqꝫ firmata. Illis diebꝰ ar-
dulphus lindiſfarnēſis epiſcopus ⁊ eiuſ
dem loci abbas cum quibuſdam fratri-
bus incoꝛruptum ſancti patris coꝛpus
diſcedentes aſpoꝛtauerunt: lõgoqꝫ tem-
poꝛe de loco ad locũ trãſmigrãtes ꝓpter
diuturnũ laboꝛē nimio tandē confecti te-
dio: ſedem in hibernia querere delibera-
bãt. Et erectis velis mare ſulcãt: ſed con
tinuo mutatis ventis fluctus intumeſcē
tes eleuãtur et nauis que gubernari nõ
valuit huc ⁊ illuc iter fluctiuagas iacta-
batur vndas. Interea tres mire magni
tudinis vnde hoꝛrifico cũ murmure ſuꝑ
uenĩētes nauem medias pene vſqꝫ ad ta
bulas impleuerũt: pꝛotinuſqꝫ in ſangui
nē conuerſe ſunt: ⁊ oēs qui in naue erant
ſanguine pꝛofuſi videntur. Cõtinuo oēs
gemunt lugent genua flectunt: veniãqꝫ
ſtulti auſus toto coꝛpoꝛe ad pedes ſancti
coꝛpoꝛis pꝛoſtrati petũt. Et ecce cõtinuo
flãtibus a tergo ventis ſine aliqua diffi-
cultate ad poꝛtũ optatũ perueniunt. Fa-
cta eſt ãt iſta deuaſtatio noꝛthũbꝛie a re-
ge danoꝛũ haldene anno gratie octingē-
teſimo ſeptuageſimoquito. Et dũ nauis
in latera verteretur cadens ex ea textus
euãgelioꝛũ in maris ferebatur ꝓfundũ:
ſed reuelãte ſancto cuthberto poſtmodũ:
inueniũt. Necnõ equũ et frenũ in arboꝛe
vt ab eodē ſctõ didicerant: ad reuelandũ
laboꝛē ſuũ rufi coloꝛis in cãpo reperiunt
Quē adiũgebant vehiculo quo celeſtem
theſaurũ liberiꝰ ferre poſſent. Interea
ſanctus cuthbertus per ſompniũ pꝛefa-
to abbati edredo apparēs: ꝑcepit cuthꝛe
dũ filiũ ardechenk quē dani cuidã vidue
in ſeruũ vēdiderãt: pꝛecio libertatis per-
ſoluto exercitus ⁊ qui ſuperãt de indige-
nis ſine rege nutantes ꝑductũ in mediũ
vnanimi fauoꝛe in regē cõſtitui. Sedes
interim epãlis que in lindiſfarnenſi erãt
reſtaurat in cũcaceſtre que modo ceſtria
dicitur: ⁊ diſtat a dunelmo ſex miliaribꝰ
anno gratie octingēteſimo octuageſimo
tertio: ⁊ manſit ibi coꝛpus ſctiñ annis cē
tum quatuoꝛdecim. Anno autē gratie
ſeptigēteſimo nonageſimotertio: ab obi
tu ſcti cuthberti cēteſimo ſeptimo pꝛima
vaſtatio miſerrima paganoꝛũ lindiſfar-
nenſem eccleſiã ſanguie ⁊ rapina replēs
pene vſqꝫ ad internitionē deleuit. Exerci
tus iſte nauibus piraticis veniens ſan-
cta conculcauit: altaria ſuffodit: quoſdã
iterfecit: alios in mare demerſit. Sequē
ti tamen anno: omnes illi raptoꝛes moꝛ-
tui ſunt. Poſt hec vero rex quidã noīe re
ginaldus multa cũ claſſe adueniens vni
uerſos melioꝛes vel in bello ꝓſtrauit: vl
extra patriã fugauit: villas ſancti cuth-
berti militibꝰ diſtribuit. Quoꝛũ vnꝰ tan
ꝙ̃ indomabilis beſtia multis ſepe iniu-
rijs epm atqꝫ populũ moleſtauit. Quēꝫ

ep̄s blāde corripiens vt animi rigorē de-
poneret: et abdicato demonū cultu crea-
torem ſuū recognoſceret ſedulo admone
re cepit. Et ille. Quid huius mortui ho-
minis minas michi quotidie obijcitis?
Quid putatis contra me vobis valebit
ipſius in quo ſperatis auxiliū? Deorum
meorū omnipotētiam conteſtor atq; per
ipſorū gloriam iuro: q tam ipſi mortuo
ꝙ vobis omnibus inimicus ero ⁊ ex hoc
aperte diſcatis q nichil aut ipſe aut vos
michi reſiſtere valeatis. Et ecce cōtinuo
tāꝙ clauis per vtrumq; pedum in oſtio
eccleſie cōfixus palleſcere et contremeſce
re: oculiſq; ſanguineis ⁊ toruis circūſpi-
cere atq; diuerſis membrorū motibꝰ do-
lorē quem intus ſuſtinebat foris oſtende
re cepit. Et tandē horribiliter clamans:
ſanctitatē beati cuthberti palā cōfeſſus
animā ſuam in eodē loco reddere compel
labatur. Tēporibus itaq; non multis
poſtea tranſactis: gens ſcotorum coadu
nato maximo exercitu terras aquilona-
res anglie ingreſſus: cede: incēdio: ⁊ ra-
pinis cuncta depopulatur. Non gradui
non etati non ſexui parcēs: inaudita cru
delitate cunctos proſternebat lindiſfar-
nenſe mōaſterium ſimili feritate perua-
ſit. Occurrit autem illis cuthredus rex
in loco qui mundingdene dicitur: cū par-
ua admodum manu feſtinās: non enim
congregari exercitum breuitas tempo-
ris permittebat. Cum vero rex tantum
conſpexiſſet exercitum: nimio timore re-
ſolutus eo quod ad pugnandum dum vi
res non habuit et ab eis fugere pudor et
locus prohibebat. Et ecce ſanctus cuth-
bertus in ſompnis ſibi apparens ⁊ eum
confortans dixit. Ne timeas neq; diffi-
das cum dei meumq; habeas auxilium
deo: ei nequaꝙ eſt impoſſibile ſiue in mul
tis ſiue in paucis ſaluare. Hoſtes quip-
pe tuos magis autem meos in ſua nunc
multitudine gloriantes: coram te in lu-
tum platearum delebo. Quāuis enim
hominibus adhuc viui appareant in cō
ſpectu dei omnes mortui cōputati ſunt.
Unde cum aurora dici primū exoritur:
facto impetu irrue ſuper eos: quoniam
in primo congreſſu terra dehiſcēte in ba-
ratrum viui corruent: et ſine tuorum de
trimento omnes ſimul diſꝑient. Rex ve-
ro multum confortatus: viſionem ſuis
pandēs: facto mane in hoſtes irruit: ſed
quos modo contra ſe iacula mittere con-
ſpiciunt: in eodem ſtatim momēto nuſꝙ
nec vnum inueniūt. Quod enim vir dei
predixerat coram eis terra os ſuum ape
riens: omnes viuos abſorbendo degluti
uit. Anno gratie nongenteſimo viceſi-
moquinto: aldunus ep̄us celeſti oraculo
premonitus vt cum incorrupto ſcti cuth
berti corpore ꝙtotius fugiēs: ſuperuen-
turam piratarum rabiem decliaret: tu-
lit illud centeſimo tertiodecimo anno ex
quo in cuncaceſtre locatum fuerat: in ri-
pim per quatuor menſes moram traxit.
Cum vero ſanctum corpus ad priorem
locum reportarent: ⁊ iam ad orientalem
plagam dunelmi in locum qui wardela-
we dicitur deueniſſent: vehiculum vlte-
rius nullo moueri poterat ingenio. Pre-
cepit ergo epiſcopꝰ omnes per triduum
ieiunijs vigilijs ac precibus inſiſtere: ac
dei voluntatem omni inſtantia deuote
poſtulare. Quo facto: reuelatum eſt eis
vt in dunelmum tranſferre: ibidemq; lo
cum requieſcendi deberent preparare.
Epiſcopus autem dunelmum veniens
locum quidem natura munitum ſed nō
facile habitabilem inuenit. Totius er-
go populi ⁊ comitis vthredi auxilio tota
extirpata ſilua: eccleſia edificatur et cor-
pus ſanctum in ea honorifice collocatur
A prima igitur inſtitutione ſedis lindiſ-
farnenſis vſq; ad hunc annum: compu-
tantur anni trecenti ſexagintaunus: et
ab obitu ſancti cuthberti: trecentinouē.

Defuncto vero alduino epō: edmundus vir religioſus ad epatum eligitur quem preſbiter cū diacono ſibi ad altare miniſtrāte in medio canone: voce quaſi de tūba ſcti patris ter eū vocāte prolata: epm deſignari audierat. Sub iſto antiſtite ſacerdos quidā noīe elfredus bone actiōis vir: diuino admonitus oraculo per antiqua monaſteriorū loca cucurrit: oſſa ſctōrum de terra leuauit: ſcilicet baltheri et bilfridi anachoritarum: acce et alkmūdi epōrum: et regis oſwini: necnon et ebbe abbatiſſe. De quorū reliquijs aliq̄ partē cū corpe ſcti cuthberti locauit. Oſſa quoqꝫ boiſili ſcti cuthberti magr̄i in diſcipuli eccleſiā trāſtulit. Inſuper et oſſa venerabilis bede pſbiteri apud girwin tumulata vſqꝫ dunelmū trāſtulit. Tpe āt egelrici epi ſucceſſoris edmūdi preſbiter quidā vxori copulatus: indignā ſacerdotis officio vitā ducebat Quadam die cum a multis miſſam illis celebrare rogaret ⁊ ille vtpote qui ipa nocte cū vxore dormierat: id ſe facturū negaret: tandē multis precibus fatigatus magis humana verecūdia quā timore diuino victus: miſſā celebrare cepit. Hora vero qua ſacro ſancta miſteria ſumere deberet: i calicē aſpiciēs: particulā dñici corpis i calice miſſā in teterrimā ſpeciē cū ſanguine vidit cōmutatā: vt magis picis colorē: q̄ panis ⁊ vini habere videretur. Illico reatū intelligens pallere ⁊ quaſi iam flāmis tradendus vltricibꝰ pauere nimiū cepit. Exhorrebat quoqꝫ illud velut ſuā mortē ſumere: volebat i terrā fundere ſed quoniā cōſecratū erat: hoc facere metuebat. Tādem magno cū tremore ac formidie illud ſumpſit: ſed tante amaritudinis fuit vt nil ad guſtandū amariꝰ eſſe poſſet. Peracta aūt miſſa: ad epm feſtinans: eiuſqꝫ pedibus proſtratꝰ rei ordinē enarrauit: ⁊ indicta penitentia ſecundū preceptum ſui epi caſte et religioſe deinceps viuere ſatagebat. Fuit vir quidā praue actionis qui in cāpo dormiens: cū expergefactus fuiſſet ſerpētem ſibi collū ſtringere ſentiebat. Quē mox ad terrā manu comprehenſum elidit: ſed mox eius iterū collū cōplexus circūdedit. Rurſum eum ad terrā proiecit: ſed eodē momento ab eodē conſtringi ſe ſentiebat. Itaqꝫ ſerpentē ſiue in ignē ſiue in aquā vel in terrā ſemꝑ proijcere potuit: ſed qualiter mox in ſuū collū redierit ſcire nō valuit. Aliquotiēs in particulas ferro conſecuit: ſed ꝓtinus idem ſerpēs collum eius circūcinxit. Primo quidē paruꝰ erat: ſed paulati in maius ⁊ maius excreſcens: nulla eū veneni infuſione ledebat. Quotiēs autē eccleſiā ſcti cuthberti intrauit mox in ipſo introitu: ſerpēs eū dimiſit. Cū vero exiret: velut ante cōplexꝰ eſt. Itaqꝫ dū per multū tēpꝰ: tale ſuſtinuiſſet incomodū: inuento tādem ſalubri cōſilio tribꝰ cōtinue diebꝰ ⁊ noctibꝰ in eccleſia ſcti cuthberti in oratione perſeuerās ⁊ poſtmodū exiēs: a ſerpētis infeſtatiōe oīno liberatus eſt. Latro quidā notiſſimꝰ rapinis: homicidijs ⁊ incendijs multos offendēs: tandē comprehēſus vinculis mācipatur. Et mortē valde timēs: contrito corde et humiliato ſpū beatū cuthbertū pro ſua liberatione ſuppliciter exorabat. Nec mora cōpedibꝰ ſolutis ⁊ carceris hoſtio patefctō: monaſteriū ſcti cuthberti ītrauit. Quē quidā noīe barkwit potēs valde cū ſuis perſequēs nimio furore ſuccēſus ait. Quid moramur quare ianuas nō infrigimus Neqꝫ ei huiꝰ hoīs mortui pax a deo eſt tenēda: vt fures raptores et homicide huc ſi ꝯfugerit nobis īſultēt: q̄ impuniti euaſerit. Vix ei v̄ba cōpleuerat ⁊ ecce ſubito quaſi ſagitta deſuꝑ veniēs: caputqꝫ ſibi trāſuerberās: vſqꝫ ad cor ſuū pertingere ꝓteſtabat. Sicqꝫ in terrā corruēs vlulādo ⁊ dētibꝰ ſtridēdo vitā finiuit. Quo ſepulto: talis tantuſqꝫ de tumulo ipſius fe

tor: per dimidiū exalauit annū: vt tranſi
tum vie per locū illū multi fugere cona-
rentur. Tēpore willelmi conqueſtoris:
robertus comes northūbrie dunelmū ve
niens: ab his quibus dn̄ari debuerat cir
cūuentus: cum ſuis oībus ob ſuam occi-
ſus eſt crudelitatē. Unde offenſus rex: il-
luc direxit exercitū ſuū Tunc ep̄s aſſum
pto corpe ſancto: verſus lindiſfarneā pro
perabat. Et q̄uis mare plenum eſſet: ſic
cum tamē introeūdi aditū in loco in quo
in refluxu iter eſſe ſolet: inueniunt. Mox
oēs cum gaudio ingreſſi: ſiccis pedibus
inſule littus attingebāt. Sed et milites
feretrū portātes: poſtea monachi effecti
quomodo ſe precedentes fluctus maris
veſtigia illorū ſequebātur: cum magna
cordis cōpunctione atteſtāti ſunt. Ro-
bertus enī de moubreio comitatus hono
rem adeptꝰ: aduerſus eccleſiā ſcti cuth-
berti odijs exagitatus calūpnijs fatiga
tam iniurijs oppreſſit. Res illiꝰ vexare:
iura diſſipare: quicquid aduerſi poterat
facere pluſq̄ poterat ſe facturum mina-
ri cepit. Unde ⁊ eccleſiam in tynemutha
proprij ſancti cuthberti iuris: ſue violen
tie predam effecit. Hic deniq̄ ipſi qui diu
inhabitauerāt monachi: immo in mona
chis ipſe ſanctus cū violētia expellitur:
et in pauli abbatis ſancti albani dn̄ium
transfertur. Que tamē abbatē: ne rapi-
nā ſuſcipiēs eccleſie ꝓpoſito ⁊ gradui in-
iuriam faceret: monachi dunelmenſes:
monendo: obſecrādo: prohibēdo: reuoca-
re ſtuduerūt. Non illū gratia cuiuſq̄ in-
flectebat: nō venerandi cōfeſſoris nec or-
dinis reuerētia quo minus rapinā ſuſci-
peret ⁊ retineret. Premiſſis igitur mōa
chis: cū ipſe ſequēs eccleſiā ipſam primo
vidit: ſubita infirmitate correptus: qui
ſanus ⁊ incolumis aduenerat: mortuus
domū reuehitur. Comes vero in eodem
loco biduo a miniſtris regis obſeſſus ad
eccleſiā vulneratus fugere cōpellitur: et
in eccleſia quā ſancto rapuerat capitur:
trahitur: et ad regē adductꝰ: vinculis li-
gatus cuſtodie mancipatur. Anno au
tem dn̄i milleſimo centeſimoquarto: ab
obitu ſancti cuthberti quadringētiſimo
octauodecimo: ob incredulitatē quorūdā
prelatorꝝ cum capite ſcti oſwaldi corpus
ſancti cuthberti incorruptū repertū eſt:
et dormienti magis q̄ mortuo ſimilius.
In nullā eccleſiarum pene quas beatꝰ
cuthbertus ſui ſacri corporis illuſtrauit
preſentia: nulla vſq̄ hodie feminis intrā
di cōſtat eſſe licentia. Cuius rei cōſuctu-
do: hac de cauſa primū orta eſt Ante pau
cos ſane dies mōaſteriū in coldingham:
per culpam incurie flāmis abſumptum
eſt: ob maliciam vtiq̄ habitantiū in eo ſi
cut in vita ebbe abbatiſſe inferiꝰ habet:
nec multo poſt vir dn̄i cuthbertus ep̄ali
honore ſublimatus: omne a fratribꝰ gra
ui interdicto feminarū ſeperauit conſor-
tium: ne indiſcreta illarꝝ ſocietas: ſeruis
dei aliquod ſui ꝓpoſiti periculū ⁊ eorum
ruina: inimico gaudiū generaret. Oībꝰ
ergo ⁊ viris ⁊ feminis cōſentientibꝰ om
ne ſuis et in preſēti et in futuro muliebre
interdixit conſortium: earūq̄ ab eccleſie
ſue penitus ingreſſu amouit introitum
Sancto inſuper cuthberto in ep̄m cōſe-
crato: ſuis ſemper feminarū cōſortia in-
terdicere cōſueuit. Et cū in quodā mona
ſterio plebi verbū dei p̄dicaret: vidit ple-
roſq̄ cachinno reſultādo ridere: et ſocios
quaſi ad ſpectacula mirifica contuenda
inuitare. Circūſpiciens ergo ep̄us vidit
q̄dā ſub ſpecie mulieris mirabiliter ra-
diantem: ⁊ crine ⁊ facie cum nitēti veſti-
um varietate miro modo fulgētē. Oēm
ſiquidem humanā effigiem ſua pulchri
tudine excellebat: ⁊ ornatꝰ ipſius oīs te-
xture mūdane peritiā ſuperabat. Unde
quicūq̄ vultū ipſiꝰ inſpexerāt pre nimie
cupidis laſciuia: pene ſeipſos exceſſerāt.
Cū feſtinatiōe ergo ep̄s aquā benedicēs

in imaginem fantaſticam iecit: ꝛ ſtatim
ab oculis oīm euanuit. Euulſaq; maxia
parietis eccleſie parte: tāto fetoꝛe nares
oīm ſuis ludibꝛijs deceptoꝛū perfudit: ꝙ
vix quiſꝗ̄ ſubſiſtere valuit. Quib⁹ eps̄
ait. Ecce inquit vos coꝛꝑalib⁹ oculis mo
do vidiſtis: quare olim tā crebꝛo femīas
ab omni limite eccleſie mee: ſepare decre
ui. Nam nūꝗ̄ virus deceptionis citius
infertur: ꝙ aſtuta femīaꝝ decipula: que
de paradiſo adam fragilem expellebat.
Quare ex hoc tp̄e femiarum acceſſus in
meis amodo eccleſijs ꝓhibeo: quia ſpiri
tū foꝛnicarie falſitatis quē vidiſtis: neq;
vos neq; meos: a dei ſeruitio retardare
permitto. Tempoꝛe quo pꝛimo ſanct⁹
cuthbert⁹ quietis ſedem apud dunelmū
elegerat: veteranus quidā bone actiōis
vir coꝛpoꝛis ſancti cuthberti habebat cu
ſtodiam: tanteq; familiaritatis apud eū
extitit: ꝙ capillos nonnūꝗ̄ et vngues ei
pꝛecidere ſolitus fuerit ꝛ familiare collo
quiū cum eo habens: in multis ab eo in-
foꝛmatus fuit. Naute quidā cōmota in
mari tēpeſtate: naualib⁹ fractis inſtru-
mētis: ꝛ tabularū iūcturis pene diſſolu-
tis: beati cuthberti ſuffragium: in tanto
vite diſcrimine: deuote cū lachꝛymis im
ploꝛabāt. Nec moꝛa: pater ſctūs pontifi
calibus indutus: coꝛpoꝛali ſpecie in pꝛo-
ra nauis ſedens: baculo paſtoꝛali pontū
ſeuientē diuiſit: erantq; fluct⁹ inſtar mō
tiū a dextris ꝛ a ſiniſtris: a ſemita tn̄ ſua
nauis tanto rectoꝛe ſuffulta: deuiare nō
potuit. Et confoꝛtās eos ſanctus dei ait
Nolite timere. Ego ſum cuthbert⁹ quē
totiens inuocaſtis ad ſalutis poꝛtum de
uote rogatus vos adducēs. Sicq; bacu-
lo nauē regens: ꝛ ad poꝛtū optatum eos
ducens: ab oculis eoꝛum confeſtim eua-
nuit. Quidā nomie elfredus clauem ſe-
pulchꝛi ſancti cuthberti deferēs: capitis
comā ſupereffluentē tondēdo pꝛeſcidere
capillos pectine eburneo diuidendo com
ponere: digitoꝛū vngues decenti rotun-
ditate ſolebat excidere. Contigit eni quē
dam murē permodicū ſepulchꝛi foꝛamē
intrare: nidum facere et partū in angu-
lo quodā pꝛoducere. Unde et ſanctus dei
clerico cuidā eccleſie apparēs dixit. Dic
inquit elfredo: vt laciſcā iſtam que catu-
lis ſuis domū meam polluit: ꝙ citius ex
pellat. Domū enim meam maculauit ꝛ
quietis mee requiem perturbauit. Dili
gēter ergo inquiſita fera: ꝛ cū catulis in-
uenta: elfred⁹ ira cōmotus omnes in fru
ſta cōminuiſſet: niſi pius cōfeſſoꝛ ab illo-
rum leſiōe parcere pꝛecepiſſet. Poſt btī
cuthberti obitum: locus farne in maxio
honoꝛe habitus eſt. Unde quodā tēpoꝛe
duo monachi dunelmēſes: in eadem in-
ſula deo iuge ſacrificiū impendebāt. Ac-
cidit eni nocte natalis domini cum circa
noctis mediū miſſā pꝛimā celebꝛaſſent:
et facto paululū interuallo: alterutrū ſe-
cretius oꝛationi vacandum decreuiſſent
alter qui laicus erat pꝛo nocturno laboꝛe
feſſus: modicum ſopoꝛi membꝛa dedit: ꝛ
alius in choꝛo peruigil in oꝛatiōe permā
ſit. Et ecce ſubito vidit luminaria cūcta
accendi: vtroq; mouente cardine oſtia re
ſerari: duos attonſos cum cereis accen-
ſis introire: ꝛ virum quēdam maturum
pontificalibus indutum ad altare pꝛoce
dere. Dicta cōfeſſione ꝛ abſolutione: miſ
ſam ad diē natalis pertinentē incipiunt
Et dum pontifex gloꝛia in excelſis deo in
cepiſſet: quaſi multitudo angeloꝛū: quod
reliquum eſt cū dulci modulatione decā-
tauit. Frater autem qui hec videre me-
ruit: tanta mole depꝛimitur ꝙ inter ſa-
cra miſteria a ſolo ſe erigere nimie poſſet
Sicq; cunctis rite expletis: eo quo vene
rat oꝛdine: totus cetus ille regreſſus eſt.
Cognouit enim in ſpiritu frater ille: quo
niam beatus cuthbertus extitit: qui ibi
tanta virtutum magnalia oſtendit. Au
dire vero et videre hec omnia poterat: ſa

cies vero pre ſplendore luminis diſcerne
re non valebat. Clericus quidam bea-
to thome ante eius exilium ſeruiens: ali
quot annis vomitũ oris et fluxũ ſangui-
nis per poſteriora patiens: dolentibuſqꝫ
oculorũ pupillis: magis tenebras ꝙ lu-
cẽ videre potuit. Hic quindecim diebus
cãtuarie martyris opẽ iugiter implora-
uit. Cui demũ ſctũs thomas apparens
dixit. Surge velociter: ⁊ ad ſanctũ cuth-
bertum proficiſcere: cuius meritis miſe
ricordiã ⁊ ſanitatis grãm obtinebis. Uo
lo enĩ vt mei de infirmitate ſua ad illum
ſalutis grã cõfugiãt: atqꝫ ipſius ſerui ac
miniſtri lãguẽtes: ad me veniãt. Igit
dunelmũ ꝓperans: primo die aduentus
ſui ſanus effect⁹: cũ gaudio rediit. Qui
dã miles de peregrinatiõe rediens: orta
tempeſtate in mari valida: mortis com-
pellẽte metu: equos ⁊ quicquid habebãt
certatim cuncti in mare proiecerũt. Un-
dis demũ trãquillitate ſopitis cũ miles
portũ attigiſſet: pro amiſſione equi tur-
batus: ſctm̃ cuthbertũ precib⁹ interpel-
lare cepit. Et ecce a lõge quaſi caput cor-
ninum aſpiciens: poſt biduanã ſubmer-
ſionẽ equũ celeri⁹ ad ripã feſtinare vidit.
Mulier quedã cũ marito ſuo de cõuiuio
nocte rediẽs: ꝓpter lutoſas plateãrũ vo
ragines per cimiteriũ ſcti cuthberti trã-
ſire ⁊ pctm̃ poſt elemoſinis expiare ꝓpo-
ſuit. Cũqꝫ infra cimiteriũ pedẽ poneret
cepit neſcio quid abhorreri et extra ſenſũ
ſe fore clamare. Et ad terrã cadẽs vix ad
domũ delata eadẽ nocte mortua eſt. Di
uitis cuiuſdã vxor audiens variã eſſe or
namentorũ eccleſie pulchritudinẽ: femi-
nea auiditate ſuccenſa: impetũ animi re
frenare non valens: viã per cimiteriũ ar
ripuit. Et ecce cõfeſtim amiſſo ſenſu: lin-
guã morſibus preſcidit: ⁊ propria manu
inciſo gutture vitã finiuit. Uxor comi-
tis toſtij ſctm̃ cuthbertũ diligẽs diuerſa
eius eccleſie ornamẽta contulit: ⁊ adhuc
plura cum multis terrarũ poſſeſſionib⁹
ſe daturã ꝓmiſit: ſi eius eccleſiã intrare
⁊ ad ipſius ſepulchrũ ſibi liceret adorare
Sed rem tãtã temptare nõ audens vnã
de ancillis ſuis hora ſecretiori premiſit.
Cũqꝫ pedẽ ĩ cimiterio poneret: ſubito ve-
lut ventorũ violentia cepit repelli ⁊ viri-
bus deficere. Sicqꝫ grauiter infirmata
cũ graui cruciatu et dolore in breui vitã
finiuit. Miles quidã noĩe boſo per tres
dies raptus quaſi mortuus ſine vllo ſen
ſu permanſit: ſed tertio die ad ſe rediens
priori dunelmie dixit. Ad te iuſſus ſũ ve-
nire tibiqꝫ peccata confiteri: ⁊ meã dein-
ceps vitã: que tamen longa non erit tuo
imperio ordinare. Itaqꝫ cũ gemitu mul
to peccata ſua confeſſus talia narrare ce
pit. Ductore inquit preeunte per horren
da ſimul et amena loca ſequebar. Erant
aũt omnes monachi eccleſie ſancti cuth-
berti quodã in loco cõgregati ante quos
multi ſplendoris crux deferebatur. Oẽs
in proceſſione in directum nuſꝙ declinã-
tes incedebãt preter duos qui a recto or-
dine aliquãtulum declinabãt. Et ait du-
ctor ſuus a eum. Dicito inquit priori tur
goto vt eos ad ſalutẽ animarũ ſuarũ dili
gẽtius hortetur. Illos duos quos ab or-
dine ſuo deuiare vidiſti: noĩati illi oſtẽde
Non parũ enim a via recta aberrant: et
ideo peccata ſuo purius cõfeſſi: emenda-
tiorem vitam ducere feſtinent Huc etenĩ
vſqꝫ purã ac rectam confeſſionẽ nunꝙ fe
cerunt. Inde ductus per latiſſimũ cam-
pum: vidi omnes indigenas huius pro-
uincie equis ſedentes ⁊ haſtas portãtes
Et dixit ductor me⁹. Omnes iſti cito pe-
ribunt: qui omnes velut fumus ab ocu-
lis eius euanuerunt. Poſt hos vidi plu-
res ⁊ maiori ſuperbia francigenas innu
merabiles: qui ſtatim cum omni gloria
ſua vt michi videbatur ſubito terre hia-
tu abſorpti nõ comparuerũt. Deinde vi-
di per cãpũ extenſũ magnã turbã femia

rum: quarū multitudinē dum ſatis mi-
rarer: dixit michi ductor me⁹. Hec inquit
miſerabiles feminas et illos q̄ ad ſue erū
pne cumulum vnanimitate prauorum
actuū gloriant: nec illecebris carnalibus
inuolui metuūt: ne ſempiternū et iehen-
naliū flammarū atrociſſimos cruciatus
expectant. Inde in loco vaſte ac tetre ſo-
litudinis magna altitudine domum to-
tam ex ferro fabrefactā aſpexi. Cuius ia-
nua dū ſepius aperiret ſepiuſq̧ claude-
ret: ecce ſubito willelm⁹ epiſcopus dunel
menſis offerens caput proprium: vbi nā
godfridus monachus eſſet queſiuit. Hic
enim inquit ad placitū meū adeſſe debe-
ret: hūc namq̧ epiſcopus procuratorem
ſui ep̄atus fecerat. Tunc ductor meus:
certe inquit ſcias epiſcopū citiſſime mori
turum. Ille quoq̧ quē ipſe nominauit: li
cet aliquantulū tardus eū moriēdo ſeque
batur. Tu autē breui tempore viues: vt
ergo dei iram euadas: facta pura pecca-
torum confeſſione: ſecundū prioris iudi-
cium te corrige: eiq̧ cuncta tibi oſtēſa pā
de. Duo enim illi quos ab ordine proceſ-
ſionis deuiare vidit: eius verbis fidem
prebentes: deinceps vitā ſuam emenda-
re ſatagebāt. Anno aūt tertio poſt obi-
tum venerabilis bede preſbiteri. Colwl-
fus rex northūbrie cui hiſtoriā eccleſiaſti
cam de geſtis anglorū beda dudum ſcri-
pſerat relicto regno eadberto filio patrui
ſui: monaſteriū lindiſfarne itrauit et mo
naſticam tonſuram accipiēs: theſauros
regios et werkworth ⁊ witingham cum
alijs villis ſancto cuthberto dedit Procu
rante rege colwlfo et monacho effecto: da
ta eſt monachis lindiſfarnenſis eccl'ie li-
centia bibendi vinū vel ſeruiſiam. Ante
enim non niſi lac vel aquā bibere ſolebāt:
ſcd'm antiquā traditionē ſcti aidani epi.
Et quia de rege colwlfo monaſticū habi
tū ſuſcipiente mentionē fecim⁹: reges an
glie ceteros ꝓpter deum et regni celeſtis
deſideriū monaſtica ſuſcepta tōſura ſua
regna relinquentes: hic ad futurorū noti
ciā inſerere placuit. Circa annū gratie
ſeptingenteſimū ſexageſimū eadbertus
rex northūbrie omnib⁹ aduerſarijs ſuis
vel ſibi ſubiectis vel bello proſtratis: cui
etiā rex francorum pipin⁹ multa regalia
trāſmiſit: anno regni ſui viceſimoprimo
filio ſuo oſulpho in regnū ſubſtituto: om-
nib⁹ diuitijs ſeruitutē dei p̄tulit: ⁊ ſuſce-
pta tonſura monaſtica decē annis in ope
ribus bonis deo placuit. Circa annum
gratie ſeptingētiſimūquintū: ethelred⁹
rex merciorū filius pende poſtq̄ triginta
annis ſtrēnue regnaſſet apud bardenciā
monachus effectus: ibidem ſepultus eſt
Eodē tēpore offa rex orientaliū ſaxonū:
hortatu ſctē virginis kyneſwide cui⁹ nu-
ptias illa ſpreuerat: celeſtes ſuſpirare do
ctus amores: romā perexit: ibiq̧ in mona
chū attonſus celeſtia regna deuot⁹ cōſcē
dit. Eodē etiā tēpore conredus rex mer-
ciorū: celeſti inflāmatus deſiderio: rome
monachatū ſubijt: et vitā laudabiliter fi
niuit. Hremūdus vero rex ſicut inferi⁹
in vita eius clarius videri poteſt: relicta
regni gloria heremiticam vitam duxit.
Circa annū dn̄i ſexcenteſimūviceſimū:
ſigibertus rex orientaliū anglorū: in mo
naſterio ſuo quod cōſtruxerat ſub habitu
monaſtico vitā ſanctā ducens: ad confor-
tādū milites de monaſterio inuit⁹ extra-
hitur: ⁊ virgam in manu tenens a paga
no rege penda: cū toto pene exercitu occi-
ſus eſt. Circa annū inſuper dn̄i ſexcen-
teſimum ſeptuageſimū: ſebba rex orien-
talium ſaxonum poſt triceſimū regni ſui
annū monaſticā ducens vitam: obit⁹ ſui
diem: angelica reuelatione cognouit.
Scrutatis quoq̧ regū anglie geſtis: de
regno northāhūbrorū: reges quinq̧ ſcili
cet. Alkmūdū: edwinum: oſwaldum: oſ
winum et alwoldū: martyrio coronatos
inueni. De regno vero orientaliū anglo

cum ſimiliter quattuoꝛ. Sigibertum a
peda/ Ethelbertū ab offa/ Edmondū ab
inguar/ Sigibertū a nepotibꝰ ſuis gla-
dio necatos. De regno vero mercioꝝ ke
nelmus et Wiſtanus gloꝛioſū martyꝛiū
adepti ſunt. Edwardus quoqꝫ totiꝰ an-
glie monarchiā tenēs martyꝛio coꝛonatꝰ
Inueni etiā curioſe rimando de diuer-
ſis anglie regnis tū a paganis tū ab ini-
micis pꝛeter pꝛincipes ⁊ amicos dei pꝛe
fatos viginti reges alios gladio ſeu ve-
neno occiſos. Cuthredus autē rex noꝛ-
thumbꝛie ⁊ Alfredus rex Weſtſaxonum
dederunt ſancto Cuthberto totam terrā
inter theſam fluuiū ⁊ tinā ⁊ epiſcopa-
tui dunelmēſi adiecerūt oīa ad epātū ha
guſtaldenſem pertinētia. Tempoꝛe quo-
qꝫ regis Willelmi pꝛimi Edgarꝰ rex ſco-
tie donauit ſancto Cuthberto et mona-
chis dunelmēſibus Berwicū cum ſuis
appēdētijs ⁊ coldingham. ¶ Narratio.
Quidam ſanctꝰ fugandoꝝ demonū in-
credibili poteſtate pꝛeditus: non ſolū pꝛe
ſens neqꝫ verbo tm̄ ſed abſens quoqꝫ in-
terdū cilicij ſui fimbꝛijs aut ep̄lis miſſis
coꝛpoꝛa obſeſſa curabat. Et dū miro affe
ctu frequētaretur a pplꝭ pꝛefectis comi
tibus ⁊ diuerſarū poteſtatū iudicibus fe
rebatꝰ enī omni potu penitus abſtinere:
⁊ ꝓ cibo ſeptē tm̄ caricis ſuſtentari: vt ex
ꝟtute honoꝛ ita ex honoꝛe vanitas cepit
obrepere. Quod malū ille vbi pꝛimū po-
tuit in ſe ſentire graſſari diuqꝫ multum
diſcutere conatus eſt: ſed repelli penitus
vel tacita conſciētia vanitas perſeuerā-
te ꝟtute nō potuit. Vbiqꝫ enī noīe eius
demones ferebantur. Excludere a ſe con
fluentē populū nō valebat. Virus interi
latēs ſerpebat in pectoꝛe: ⁊ cuiꝰ nutu ex
alioꝝ coꝛꝑibꝰ demones fugabanꝰ: ſeipm
occultis cogitationibus vanitatis nō po
terat purgare. Totis igitur pꝛecibus ad
deū fertur oꝛaſſe: vt permiſſa in ſe menſi
bus quiqꝫ diaboli poteſtate ſimilis illis
fieret quos ipſe curauerat. Sicqꝫ ille po
tēs/ ille ſignis atqꝫ virtutibus toto oꝛiē
te vulgatus: ad cuius foꝛes ſumme iſtiꝰ
ſeculi ſe pꝛoſtrauerant poteſtates: coꝛre-
ptus a demone eſt tentus in vinculis: et
omnia que energumini ſolent ferre per
peſſus. Quinto demū menſe purgatus
eſt non tm̄ demone: ſed qd̄ illi erat vtiliꝰ
atqꝫ optacius vanitate. Sed michi iſta
replicāti noſtra infelicitas nr̄a occurrit
infirmitas. Quis enī ſi paruulus eū ſa-
lutauerit aut adulantibus verbis femi-
na vna laudauerit nō cōtinuo elatus ſit
ſuperbia/ nō ſtatim inflatus ſit vanitate
Et ſi cōſcientiā nō habeat ſctītatis: ſtul-
toꝝ tm̄ adulatione ſctūs eſſe dicatꝰ ſctiſſi
mum ſe putabit. Nō ſi vel modico ei ali
qua virtutis ſigna ſuccederēt angelū ſe
putaret. Ceterū cū neqꝫ opere neqꝫ vir-
tute cōſpicuus ſit/ ſi qs ad gradū altioꝛē
pꝛomotus fuerit dilatat fimbꝛias ſuas/
gaudet ſalutationibus/ inflatꝰ occurſio-
nibus: ⁊ vbiqꝫ diſcurrit. Et qui ante foꝛ-
te pedibus ire conſueuerat: de patrimo-
nio xp̄i ſuperbus ſpumeo equo inuehitꝰ.
Parua pꝛius ac vili domuncula habita-
re cōtentꝰ: erigit celſa laquearia/ ꝯſtruit
palatia/ ſculpit oſtia/ veſtē reſpuit groſ-
ſioꝛem/ indumēta mollia deſiderat.

## ¶ De ſctā Cuthburga regina et ꝟgine.

Kenredus rex mercioꝝ genu
it filium noīe ync ⁊ ſanctam
Cuthburgam et quenebur-
gam: quarū Cuthburga a
diebus adoleſcentie ſue ſoli
angeloꝝ dn̄o complacere elegit. Cūqꝫ fa
ma bonitatis et pulchꝛitudinis eius cir
cūquaqꝫ diuulgaretꝰ multos reges ⁊ no-
biles eius amoꝛe illexit: ⁊ a multis in con
iugiū petebatꝰ. Illa vero ſolius celeſtis
ſponſi gaudēs inherere cōplexibus hoīm
hoꝛrebat aſpectꝰ: vt ſine offendiculo vitā
pꝛeſentē tranſigere poſſet. Interea rex
noꝛthanhūbꝛoꝝ Alfridus miſit legatos

ſuos ad regē ꝑne Weſtſaxonū rogans vt
ei ſuā ſoꝛoꝛē Cuthburgā daret in coniu
gem. Aduocās igitur rex ſoꝛoꝛem ſuam
regis legationē indicauit ei. Cui ꝟgo rñ
dit. Si michi ad votū meū viuere licet:
nullus certe in tota bꝛitannia rex michi
placere pōt. Sed qꝛ ſcriptura dicit ꝙ qui
poteſtati reſiſtit dei oꝛdinationi reſiſtit:
quecunqꝫ tua maieſtas de me oꝛdinaue-
rit me ſibi obedientē quāuis nō volūta-
rie iueniet. In dño enī cōfido ꝙ huīlita
tē ancille ſue reſpiciet nec patieꝶ violari
clauſtra pudicitie mee neqꝫ vnꝙ̄ ſeq̄ſtra
bit me a caſtis ꝯplexibus dilectiōis ſue:
Potens eſt dñs ⁊ ſponſus meus me ſibi
etiā ſub matrimonio cuſtodire incoꝛru-
ptā ⁊ quāuis alicui ſcḋm leges hoīm nu
bam pōt tñ me ſibi cōſeruare inuiolatā.
Cūqꝫ virgo ſctā regi Alfrido deſponſa-
ta fuiſſet cubicularē ingreſſa thalamū:
talē oꝛationē diciꝶ fudiſſe ad dñm. Dñe
ieſu vniuerſe creature dñatoꝛ inclina pi
as aures tuas ad pꝛeces ancille tue: intē
de queſo oꝛationi mee: ⁊ aſcendat depꝛe
catio mea in ꝯſpectu maieſtatis tue. Te
ſolū ſponſū michi elegi/tibi me totā a iu
uētute mea deuoui/tu michi ſuꝑ oīa cō-
placuiſti. Cuſtodi ergo dñe qḋ tuum eſt/
cōſerua tibi partē tuā: ⁊ dignare me vo-
cari ſponſam tuā. Non ſinas coꝛpus me
um quod tuū eſt tēplū aliqua carnis coꝛ-
ruptione cōtaminari: nec michi detrimē
tum inferri. Fac etiā dñe vt in coꝛde ſpō
ſi mei huius regis terreni ſpiritū infun-
das grē ſalutaris: quatinꝰ deſpectis ſe-
culi huius vanitatibꝰ ⁊ carnis illecebꝛis
michi in caſtitatis pꝛopoſito conſentiat:
vt ad te qui oīm bonoꝝ diſpenſatoꝛ es re
cto itinere ꝑueniat. Et cū ſola cū rege in
cubiculo ꝯſtituta eſſet opoꝛtunū ſibi ꝯſi
derās loquēdi tp̄s talibꝰ regē ꝟbis affa-
ri cepit. Amātiſſime dñe ne indigneris
queſo ſi loquar tibi ſponſa tua et ancilla
Si enī aliquid dixero qḋ ſaluti tue maie
ſtatis foꝛe cognoueris neceſſariū ne cun
cteris libēter ꝟbis meis pꝛebere aſſenſū
Oīm creaturaꝝ dei naturale ⁊ ꝓpꝛiū eſt
creatoꝛē ſuū ſuꝑ oīa diligere ⁊ q̄cūqꝫ vo-
luerit amicus eſſe huius mūdi inimicus
dei cōſtituetur. Studendū eſt ergo om-
ni homini qualiter poſſit eſſe amicꝰ dei.
Dicit enī Jacobus. Nolite diligere mū
dum/neqꝫ ea que in mundo ſunt. Mun-
dus enī tranſibit ⁊ concupiſcentia eius.
Cur ergo diligeꝶ quod quaſi in momen-
to in nichilū redigetur? Conſidera que-
ſo quot reges hoc regnū ante tēpus tuū
optinuerūt: dic ergo vbi ſunt vel quo de
uenerūt. Nōne oēs ſicut fumus euanue
runt. Tu quoqꝫ cū diu foꝛſitan regnaue
ris moꝛtē certe nequaꝙ̄ effugere poteris
ſed moꝛtis debitū ſolues velis nolis. Et
quāuis centū annoꝛū ſpacio vixeris: tūc
eris tanꝙ̄ nunꝙ̄ fueris/immo etiā mul-
to peius ꝙ̄ ſi nunꝙ̄ natus fueris ſi male
viuēdo diē vltimum clauſeris: qꝛ eterna
toꝛmētoꝛū quod abſit pena cruciaberis.
Hinc ergo collige ꝙ̄ caduca/ꝙ̄ fallax ſit
huius mundi gloꝛia/ꝙ̄ contemptibilia/
ꝙ̄ vana ſunt huius carnis gaudia. Con
ſidera inſuper rex ꝙ fallaces ſunt ſecula
res diuitie que poſſeſſoꝛi ſuo non poſſūt
conferre ſufficientiam: ſed magis ſolent
augere concupiſcentiam. Concupiſcen-
tia autem parit peccatum/peccatum ve
ro generat moꝛtē. Perſeueremus ergo
in coꝛpis caſtitate ⁊ coꝛdis puritate/nul
la carnis coꝛruptione polluamus coꝛpꝰ
noſtrū vt ſancti ſpūs mereamur effici ſa
crariū: vt pꝛo voluptate carnis que qua-
ſi in momento pertranſit mutuari poſſi
mus gaudium illud quod nullo fine con
cludi poterit. Audiens rex tantam ver
boꝛum in beata virgine pꝛudentiam: et
admirans ſic reſpondit dicens. Uniuer-
ſa que loquendo pꝛoſequeris ſponſa dul
ciſſima: cognoſce te pꝛoſus veraciter
diſſeruiſſe nec aliqua poſſunt contradici

rationē: ꝛ ſicut ex tuis verbis colligi pōt
virginitatē tuam deo conſecraſti: et vt
michi videt̃ virginē permanſurā te pro
poſuiſti. Iniuſtū igit̃ eſt me aliquā tibi
contra tuā voluntatē inferre moleſtiam
et mentē tuā a tam ſancto propoſito re-
uocare. Permitto tibi propoſitā tenere
pudicitiā/cōcedatqꝫ tibi deus talem in-
choate religionis habere perſeuerantiā:
vt poſt hui⁹ vite peregrinationē ad glo-
riā poſſis peruenire eternā. Pro me eti-
am aſſiduis precib⁹ deū interpellare nō
deſiſtas: vt pn̄tis vite ſupare valeā ille-
cebras et vt iuſte et ſctē viuēs in hoc ſe-
culo dei conſequi valeā miam. Cūqꝫ de
renūciatione hui⁹ mūdi ſpōſa regi mul
ta diſſeruiſſet annuit rex petitioni eius
et ſemetipſum ſpoſpondit relictis omni
bus velle deo famulari. Impetrata ita-
qꝫ licentia beata Cuthburga poſtpoſita
omni gloria mūdi locū qui Wimburnia
noiatur edificauit eccleſiā btē marie cō-
ſtruxit/carnē ſuā ibidē macerauit ieiu-
nijs et vigilijs vacauit ſine intermiſſio-
ne. Erga deum et hoies erat humilis: ꝛ
erga oēs manſueta et mitis ꝟgines mul
tas in eodē loco cōgregauit nullā corpo-
ri ſuo requiē habere permiſit: ſed impor
tune die ac nocte pias dei aures obſecra
tionib⁹ pulſabat. Infirmitate tādē lon
ge decocta intelligēs diē depoſitiōis ſue
imminere indeſinent̃ cepit grās xpo age
re et vocatis ſororib⁹ int̃ cetera dixit. Vi
dete chariſſime ſorores vocationē vr̄am
quō caute ambuletis redimētes tempus
qm̄ dies mali ſunt. Conſiderate ꝙ fallax
ſit mundus quē corpe et habitu deſerui-
ſtis et ideo in egyptū vnde exiſtis corde
reuerti ne velitis: ſed omni cuſtodia cor-
veſtrū cuſtodite qm̄ ab ipſo vita ꝓcedit.
Xpo deſponſate eſtis cui angeli ſeruiūt
ad cuius nutū vniuerſa celeſtia et terre
ſtria tremiſcūt. Si igit̃ tāto ſponſo pla-
cere deſideratis neceſſe eſt vt ei⁹ legē et
mandata ſollicite cuſtodiatis ꝛ que odit
et prohibet cū omni diligentia caueatis.
Ipſum xp̄m ſponſū vr̄m ſup oia amate
voſmetipſas mutua charitate diligite ho
nore vos inuicē preuenite: ad eterne bea
titudinis premia indeſinēter ſuſpirate.
Ego iā mortis debitū me pſoluere gau-
deo victura poſtmodū ſine fine cū ſpon-
ſo meo dulciſſimo. Vos autē imitatrices
mei eſtote: et que vidiſtis in me et audi-
ſtis hoc agite et deus pacis erit vobiſcū.
Propt̃ diſceſſum meū nolite flere nec ge
mitibus vr̄is exitū meū aggrauare. Nō
eni moriar ſed viuam: qꝛ de corruptione
trāſibo ad inmortalitatē/de miſeria va
do ad gloriā: de peregrinatione reuertor
ad patriā. Sicqꝫ locuta ꝛ ſacro viatico
munita pridie kal. ſeptēbris relicto ter-
re corpe anima celos penetrauit.

¶ De ſctō Cungaro heremita ꝛ ꝯfeſſore

Dum quidā cōſtantinopolita
nus imperator ab imperatri
ce Luciria nominata ſpera-
ret generare prolē nullā ge-
nerabat: vn̄ ambo triſtes cō
dolebant de infecūditate cōmuni. Et in-
cepert̃ aſſidue ieiunare/elemoſinas ero
gare/oīpotētē deū fidēter ꝛ īceſſabilit̃ er
īuocare quatin⁹ oīm donorū donator do-
naret eis filiū adoptiuū q̄ genitori poſſet
ſuccedere et poſt imperatoris obitū reti
nere imperiū. Itaqꝫ adiuuante mage-
ſtate: exaudite ſunt preces amborū acce-
ptabilia et accepta dona elemoſinarum.
Poſt hec ꝟo imperatrix religioſiſſima
diuino nutu feliciter cōcepit ꝛ poſt cōce-
ptionē felici⁹ generauit. Audita igit̃ na
tiuitate pueri parentibus et cōpatriotis
exultantibus veniebant potētes duces/
nobiles et diuites ad imperialē curiā col
laudātes vnanimiter ꝛ benedicētes ſum
mi datoris beniuolentiā: qꝛ exaudierat
petitionē poſtulatā: et inſuper perduxe-
rat ad perfectionē et impletā ꝛ implen-

dam. Infans nutritus creuit ad pueri-
tiā et gradatim puer bone indolis flore-
bat tendēs ad iuuenilem formā. Forma
eius erat decora ⁊ inenarrabilis propter
quod multi reges ⁊ regine deſiderabant
copulare talem filiabus ſuis. Audiebāt
enī illum eſſe amatorē largitatis et ador-
natum moribus legittimis. Interea cō-
ſenſu parentū ⁊ ꝯpatriotarū cuiuſdā re
gis nobiliſſimi filia pacta eſt illi cū hono
re vtriuſqꝫ regni. Ille autē caducā pote
ſtatē deſpiciens et quod eſt perpetuū aīo
eligēs: virginitatē inuiolatam ſeruans:
ſub vili amictu diſceſſit ab imperiali cu
ria nulli reuelans que cogitabat. At nul
li conſentiens diuinitus inſpiratus per-
uenit ad tireni maris littora: vnicus iti-
neri inſiſtebat: ſed comitabatur illi ſocie
tas diuina. Quando debuerat venari ꝑ
nemora latenter adibat diuinū oratoriū
repetita ſepiſſime oratione dñica. Quan
do etiam cogebatur a curialibus ludere
in aleis diſcedebat illis inuitis feſtinan-
do ad eccleſiaſtica oracula. Ibi remanēs
et genu flectens cum eximio affectu ora-
bat. Et non ad curiale prandiū: ſed ad ce
nam conſtitutā venire ſolebat. Ieiunia
frequētabat ita vt oēs vidētes ⁊ audien-
tes de iuuenis religione admirarentur.
His peractis poſt diſceſſionem vnici fi-
lij lugebant parentes et ciues dediti me
ſticie iuſſu imperatorio ſecuti ſunt iuue
nem Cungarū fugientem ⁊ ſi poſſent in
uentum occupare caperent ⁊ reducerēt
inuitū ad imperatorē. Illis autē veniē-
tibus cū magna feſtinatione ad equoreū
littus: ecce nauis prompta erat ad traſ-
fretandū. Iuuenis autē videns illos ſe-
quentes et ventoꝝ proſperitatē et para-
tum nauigiū intrauit nauē velatā: ⁊ ſic
veniēs proſpere ad equoream marginē
deuitauit odioſam perſecutionē. Indi-
gene itaqꝫ inueſtigantes propoſuerant
ab imperatore admoniti cogere fugiti-
uū ad reuerſionem. Sed deus preſci⁹ et
preuiſor futurorum noluit vt a propoſi-
to impediret: ſed potius adimpleret pri-
mitus conceptam intentionē ſuam. In-
choauerat enim a pueritia caſtiſſime vi-
uere et indeſinenter orare et nullum of-
fendere. Ac dū inuitaretur ad equeſtre
certamē nolebat militare. Suum certa-
men erat primi aduerſarij inſidias ſupe
rare et contemplari celeſtia et ſpernere
tranſitoria. Elegerant parentes ſui et ci
ues ipſum futurū imperatorē: ſed malu
it ipſe tendere ad celeſtē electionē. Elect⁹
itaqꝫ dei famulus Cungarus elegit na-
tiuam terram deſerere incipiens pere-
grinari deſiderans complere euangeli-
cum preceptū quod audiſtis ſcilicet qui
non reliquerit patrem et matrem ⁊ fra-
tres et ſorores ⁊ vxorē et filios et agros
propter me nō eſt me dignus. Illud au-
diens nec obliuiſcēs: ſed firmiter recon-
dens in pectore non ceſſauit donec fideli-
ter adimpleret. Noluit autē ſctiſſimus
Cungarus ⁊ iuuenis manſuetiſſim⁹ re-
manere in vicinia parentū timēs ſi vici-
nū audirēt ꝯmorātē filiū / ſine dilatione
aduocarēt ſibi vnicū et chariſſimū. Hac
occaſione et angelica exhortatione receſ-
ſit a ripa tireni maris et peruenit ad ita
liam / et de italia trans alpes ad galliam
de gallia nauigando ad britanniā. To-
to enim conamine nitebatur ſolitariam
vitam ducere: propterea inquirebat ⁊ in
terrogabat diligenter in itinere loca con
grua heremite. Dū itaqꝫ conaretur im-
plere intentionem a deo ſibi inſpiratam
direxit iter ſuum ad partem quandā bri
tāniarum que vocatur Somer ſete quā
ſic incole nominant regionem. Deinde
ammonitus iterum angelica reuelatio-
ne peruenit ad ameniſſimū locū aquis
et arūdineto circūdatū: poſtea ſuo voca-
bulo Cungreſbiria noīatum. Cungar⁹
enī apud angligenas vocabat̄ doccuin⁹.

quaſi doctor apud britānigenas vocabatur. Nec imerito: qr doctrine ſue fluenta ſeminabat per patriā: ⁊ quocūq3 ibat nō ceſſabat predicare verbū dei ſecūdū traditionē apoſtolicā. Oia que dabant ei a regibus ⁊ diuitibus continuo erogabat pauperibus. Sanctiſſimo ⁊ reuerentiſſimo Cungaro adueniēte in patriā: que Somerſeta nūcupat ab incolis propoſuit ibidē perſeuerare. Qui dū nocte mēbra quieti dediſſet etiā ſomnus a conſueta contemplatione ſpiritū ſuſpēdiſſet reuelatū fuit illi ab angelo vt vbicūq3 videret aprū in die craſtino ibi cōſtrueret habitaculū: et poſtea fundaret oratorium. Qui expergefactus ad angelicā reuelationē gauiſus eſt valde et feſtinātér proceſſit ac ex improuiſo vidit aprū iacentē in arūdineto ac viſū preteriuit. Territ⁹ aūt aper curſu ſolito fugitiuus abſceſſit Ille aūt viſo apro ſcdm angelicā pmiſſionē inſup intuēs loci illi⁹ aquoſi et ſilueſtris amenitatē letabat pferēs hmōi ſermonem. Hic eſt locus quē queſiui hic manebo vt ſeruiā ſctē trinitati. Nec mora habitaculū cōſtruxit. Dehinc menſus eſt cimiteriū. Quo emēſo fundauit i honore ſctē et idiuidue trinitatis oratoriū. Perſeuerauit igit in hoc loco deo dilectus Cungar⁹ indut⁹ cilicio vitā ducēs irreprehēſibilē in ieiuniis ⁊ crebris orationibus ſine impedimento. Omni hora matutina intrabat in frigidā aquā ibi permanēs donec orationē dnicā ter repetiſſet. Sic itaq3 frigeſcēs de amne cōſurgens reuertebat ad eccliam vigilans ⁊ exorās ſummi creatoris oipotētiā. Nona autē hora vtebat ordeaceo pane: nūq̄ fungens ferculis vel ſaturitate. Macies tenuerat corpus eius pertenue: ita vt qui eū viderant dicerent illū languidū eſſe aut febricitantē vita heremitica erat ei dulciſſima eſtimāti imitāda pauli primi heremite et Antonii veſtigia.

Iſtud primū miraculū peractū eſt per diuinā clementiā a iuſtiſſimo Cungaro. Loca aquatica et arundinea q̄ eſſent circa culturā ſuā tūc nullā vtilitatē prebentia cōuerſa ſunt in campos cultui aptiſſimos ac in florida prata. Hoc audito miraculo vndiq3 per angliam ⁊ etiā p vniuerſā britanniā cū eximia reuerētia magnificabant electū dei famulū talia dicēdo in laudē ei⁹ et honorē. Laudant indigene dicendo videmus aperte. Campos cum pratis vbi creuit arundo paluſtris. Trāſacto tali ac tāto miraculo dū quodam die ſtaret reuerentiſſimus Congarus in cimiterio clericis ſuis circūſtantibus optauit ibi creſceret taxus vt fieret vmbraculū pter calorē eſtiuū ac ramorum dilatatione decoraretur cimiteriū. Dū igit talia optaret baculum de arbore taxo factū tenēs in manibus affixit in terram nec retrahere potuit. Qui die ſequēti cunctis ibi aſtantibus ⁊ vidētibus fronduit. Poſtea latiſſimā in arborē creuit et ſcdm petitionē et deſideriū beatiſſimi Cungari vmbraculū clericis ac populo p feruore eſtiuali fuit. Unde dictum eſt. Taxus adeſt viridis nō arida nec manualis. Quod fuerat ſutū frondet mirabile lignū. Reuelatis vndiq3 ⁊ pinulgatis talibus miraculis Iua rex anglor largiſſim⁹ largit⁹ eſt venerabili Cungaro totu3 territoriū libere circa cōgreſbiriā ſitū. Promiſitq3 q ipſemet ei refugiū eſſet immolatū ne orationib⁹ ſuis impediret q̄diu ipſe regnaret a regali tumultu militū. Idem aūt Iua rex poſt donatione ſupradicti territorii noluit deinceps locū iā ſancto datū et cōceſſū viſitare ne venerabili Cungaro moleſtiā ex acceſſu ipſi⁹ generaret. His qui dē peractis ceteri reges ſucceſſores eiuſdem non auſi ſunt viſitare nec etiā videre locū ex preſentia Cungari venerabilē Si eni contingeret caſu vt reges aut vi

derent aut viſitarent a beato Cungaro
incultū aut grauiter et continuo incipe-
rent infirmari: aut viſo loco nō haberēt
longi⁹ ſpaciū viuēdi. Multi itaq; reges
eundē locū improbe vidētes ad citā mor-
tem peruenīētes de ſua improbitate iu-
ſtam penam dederūt. Rex anglorꝝ Ed-
garus die quodam dum venaret in ne-
more ignorāter acceſſit ad locū beati vi-
ri quē ꝙ regibus videre nō erat licitū lo
cum incaute intuitus eſt. Quem poſtea
cum vidiſſet penitētia ductus ex intimo
corde condoluit dicens. In manus tuas
dn̄e cōmendo ſpiritū meū: redemiſti me
deus veritatis. Inde autē valde contri-
ſtatus pn̄iam egit ꝙ locū ſctm̄ intuit⁹ eſt
quē nullaten⁹ videre ei permiſſum fuit.
Magnā vero partē terre largit⁹ eſt deo
et ſctō Cungaro. Omnē etiā clerū eiuſ-
dem territorij deuotiſſime orauit quati-
nus pro eo preces funderent dn̄o: ne pro
temeritate qua locum videre aggreſſus
eſt ipſum de hac luce citius & nimis im-
prouidū vltio diuina propellat. Regreſ-
ſus aūt formidoloſus de venatu in pala
tio regio ſe recepit ac valido languore op
preſſus nono die diē clauſit extremum.
Multi itaq; reges prius huius loci reue
rentiā et priuilegiū violare timuerant &
precedentiū ſucceſſores amplius audito
hoc miraculo timuerūt. Cum itaq; hu
iuſmodi ſtudijs et ꝟtutibus tā deo ꝙ ho
minibus placeret deo dilectus Cungar⁹
conſtituit in eodē oratorio ſuo duodecim
canonicos qui regulariter viuerēt: et in
honore ſctē et indiuidue trinitatis in eo-
dem templo deo officioſiſſime deſeruirēt
Cōſtruxerat enim idē templū lapidibus
quod primit⁹ fuerat ex virgis & tabulis
contextū. Confluebat autē vndiq; mul-
titudo languentiū ad ſctm̄ dei famulum
Cungarum quatinus per merita ipſius
& orationes curarent ab infirmitatibus
et diuerſis languoribus quos p dei gra-
tiam inuocato ſctō noīe trinitatis cura-
bat oēs a quacūq; detinebantur infirmi
tate. Cernēs autē vir dei tali occaſione a
dilecta ſibi ſolitudine et ab orationis in
ſtātia ſe nimiū prepediri de receſſu ab eo
loco ſecū ſepi⁹ pertractauit. Quod & tan
dem opere cōpleuit. Audierat enī vltra
ſabrinū fretū loca aptiſſima et ſecretiſſi-
ma eſſe que videre non modice cupiebat
Que ſi ſibi animo ſederent ſtatuit in eiſ-
dem locis quanto ſecreti⁹ tanto deuoti⁹
deo famulari. Igitur iter aggreſſus lit-
tus marinū petijt proſequentibus eū et
deducētibus clericis ſuis cū alijs diuer-
ſi ſexus & lachrimātibus ac eiulantibus
de tanti patris ſui et fideliſſimi et defen-
ſoris receſſu. Tranſfretauit aūt beatus
Cungarus cū quibuſdā clericis ſecū re-
tētis in regionem glatmorgātie in portu
camenſi proſpere appulit. Deinde venit
ad arduū montē non minus vno ſtadio
ab equore diſtantē. Quē cū aſcenderet et
vidit inuenit ibi liquidiſſimū fontē iux-
ta quem conſtruxit habitaculum & cepit
ſignare cimiterium. Nocte igitur inſe-
quenti dū quieti membra conceſſiſſet an
gelica viſione admonitus eſt quatinus
locū quē ſibi eligerat inhabitādū cito de
ſereret et ad aliū locū ſibi a deo deſtina-
tū vlterius requirēdū cito ꝑparet. Qui
ſtatim expergefactus a ſomno que viſio
ne nocturna audierat ſollicita mēte per-
tractans locū quē inhabitare ceperat de-
ſeruit ac nō longius ab eodē loco digreſ-
ſus peruenit ad arduum montem omni
bus modis tanto habitatore digniſſimū
Qui ſtatim comperiēs angelicā promiſ
ſionē ad ſe eſſe completā in hūc modū lo-
ꝗ exorſus eſt. Hic fons hic lapides/hic tē
pli materiales. Hic fluuiale bonū nutrit
vbiq; p amnes. Hic mea ſit ſedes locus
iſte parabit honores. Vult deus hic habi
tem monſtrans in monte laborē. His di-
ctis conſtruxit edificium et poſtea meti-

tus eſt cimiterium. Quod dum emēſus
fuiſſet in honore ſancte et indiuidue tri-
nitatis fundauit oratoriū. Cū itaq₃ ini
bi perſeuerare ꝓpoſuiſſet quodā die bu
bulcus poulenti regis glatmorcantie ve
nit ad locū. Qui cū beatū Cungarū vi-
diſſet abſq₃ licentia regali ibi heremiti-
cā māſionē ꝯſtruxiſſe: indignat⁹ ita ſecū
tacite ꝑtractauit dicēs. Indignū quip-
pe valde eſt hoīem aduenā ⁊ ignotū dn̄o
meo rege poulento inconſulto regijs ter
ritorijs inhabitare. Quapropter quāto-
tius huius rei cauſa indicāde regē pou-
lentū adibo. Qui ſtatim qđ in voto habu
it opere cōplens regi poulento indicauit
Cungarū heremitā aduenā non licētia-
tū in agellis regijs habitare. Quo audi-
to rex poulentus in irā excanduit: et ad
locū eundē viſendū ſtatim cū feſtinatio-
ne properauit. Quo cū perueniſſet et de
beato viro prout audierat certū compe-
ruiſſet: in beatū virū iniurias ⁊ cetera in
honeſta furioſe intulit effrenatus in eū.
Qui cū diuerſis modis iniuriarū beatū
virū Cungarū ꝯcitaſſet et vt abiret gra
du concito precepiſſet: ſanct⁹ Cungarus
vt erat manſuetus māſuete rn̄dit dicēs.
Tu rex ſed ſeruus michi mox ſeruilis ha
bendus. Hic remanere volo pro te diſce-
dere nolo. Me male cōpellis rogo ſis cor
rectus ab alto. Audiat ip̄e deus te vertat
recta loquēdo. Qui cū regem huiuſmo-
di verbis de imperitia corripuiſſet: ſtatī
idem rex amiſſione viſus mulctatus eſt
Quo ſine dilatione compuncto ob tan-
tam iniuriam ſancto viro illatam quem
prius violenter corripuerat mox ad ge-
nua prouolutus eiuſdem veniam ſibi de
illata iniuria poſtulauit ⁊ vt de ſui obce
catione quā iuſte meruerat apud miſeri
cordem dn̄m veniam poſtularet. San-
ctus autem Cungarus innata ſibi pieta
te regi truculento: ſed iam per dei grati
am et viſitationem humili et manſueto
plene compaſſus gratiam quam ipſe rex
ſibi non meruerat a deo poſtulauit ⁊ ocu
los regis priſtine luci reſtituit ita vt mul
to limpidius iam illuminatus videret:
ꝙ anteꝙ cecatus eſſet. Rex aūt poulent⁹
viſo tanto miraculo in ſe per dei gratiā
perpetrato dedit beato Cungaro totum
territorium circa locum quem elegerat:
et manſionem cōſtruxit in qua cum om-
ni ſecuritate et pace deuotiſſime deo de-
ſeruiuit. Conſtruxit autem in eodem lo
co oratorium in honore ſancte et indiui-
due trinitatis in quo ſicut et apud Cun-
greſbiriam duodecim canonicos qui re-
gulariter viuentes deo ſeruirent. Ipſe
autem tanꝙ ſollicitus et pater ſanctiſſi-
mus vtriuſq₃ monaſterij curam gerebat
et ꝓpria preſentia frequētius recreabat
Princeps quidā noīe Pebian voluit au
ferre ſctō Cungaro qui etiā ⁊ doccuinus
apud Walenſes vocabat̄ ex eo ꝙ eos vi
am domini docebat/ volebat iniꝙ aufer-
re magnā partē terre que ⁊ ex dono regis
⁊ atteſtatione vicinorū ad eccleſiā ſuam
pertinebat. Beatus aūt Cungarus teſti
moniū ſibi perhibente conſciētia ſua tā
iniuſte exactioni penitus nō ceſſit: ſed di
em certū oīmodo ſtatui procurauit quo
ſub certis et fidelib⁹ iudicibus hic inde
ꝯſtitutis ſuꝑ terre portione predicta red
deret̄ vnicuiq₃ qđ ſuū eſſet. Die aūt ꝯſti
tuto q̊ ſuꝑ hoc iuſta īq̄ſitio fieret: ꝯuenit
multitudo vicinoꝝ vt de mādato poulē-
ti regis cui⁹ ꝑtāti ⁊ iuri predicta t̄re por
tio ꝑtineret ſūmopꝑe diſcerneret Prefat⁹
aūt princeps noīe pebian magna ſtipat⁹
teſtiū copia cū vi et fraude niteret̄ in cā
prefata beato Cungaro inferre iniuriā:
ad modū cere ad ignis ardorē liqueſcen-
tis in ꝯſpectu oīm qui aderāt liqueſcen
do adnichilatus eſt. Quod videntes om
nes timore turbati ſunt: et glorificaue-
runt deū qui iuſtū iudiciū iudicans: in-
nocētē liberauit de manu potētis iniqui

reddēs i caput ſuū qđ meruerat. Ex hoc
autē et deinceps etiā beatus Cungarus
honoꝛi et venerationi omnibus homini⸗
bus qui eius famā et ſctitatē audierāt et
colebaꝛ et venerabaꝛ ab oībus quaſi an⸗
gelus dei. Cū igiꝛ beatꝰ Cungarꝰ oībus
virtutibus eſſet adoꝛnatꝰ ſimulqꝫ iā di⸗
ctis atqꝫ alijs innumeris miraculis cla⸗
rus eſſet diuinꝰ. Cūqꝫ videret vtrūqꝫ mo
naſteriū ſcꝫ in Cungreſbiria et qđ in val
lia fundauerat ambulare et fructificare
in timoꝛe dei incidit ei in mentē ꝓpoſitū
diuinitꝰ ſcꝫ adeūdi limina beatiſſimoꝝ
petri et pauli et eoꝝ ſuffragia ad diuinā
mīam optinendā imploꝛare. Deīde etiā
hoc in votis habuit vt viſitatis ſacris pi⸗
gnoꝛibꝰ apl'oꝝ etiā hieroſolimitanā viſi⸗
taret et ſctā loca deoſcularet in q̄bus ſte
terūt pedes dn̄i. Accepta itaqꝫ licētia ac
benedictione Dubꝛicij landauienſis ep̄i
ſimulqꝫ et monaſterioꝝ q̄bus pater pꝛe⸗
erat necnō et parochianoꝝ vicinarū ec⸗
cleſiaꝝ iter qđ in voto habuit aggreſſus
eſt. Qđ etiā pie et deuotiſſime adimplēs
poſtea q̄ꝫ rome ſacratiſſima ſctōꝝ apl'oꝝ
limina viſitauit ac alioꝝ ſctōꝝ innume⸗
rabiliū ſuffragia inibi doꝛmiētiū implo⸗
rauit hieroſolimā ꝓfectus eſt. Qui pera
gratis ac viſitatis locis ſctis in eadē vꝛ⸗
be ꝑ vite ſue meritis trāſitoꝛie ad regna
trāſlatꝰ eſt celeſtia. Vn̄ ſicut a maioꝛibꝰ
accepimꝰ a ſocijs et fidelibus q̄ ei indiui⸗
dui comites adheſerūt tranſlatꝰ eſt vſqꝫ
ꝯgreſbiriā pꝛeſtāte dn̄o nr̄o ieſu xp̄o cui
eſt honoꝛ ⁊ gl'ia ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ

¶ De ſancto Dauid ep̄o ⁊ confeſſoꝛe.

Sanctus eni Dauid quē vul
gus dewi appellat angloꝝ
oꝛaculis ad pr̄em quidē pꝛi⸗
us deinde ad ſctm̄ patriciū
ter denis ānis pꝛiuſq̄ꝫ naſce
retur nō ſolū pꝛophetatꝰ verū etiā miſti i
cis donationū muneribus ditatus inno
tuit. Nam quodā tp̄e pater eius ceretice
gentis regali potētia fretꝰ qua tandē de
poſita celeſte regnū comparans angeli⸗
ca in ſomnis monitꝰ voce audiuit. Cra⸗
ſtina die venatū iturus tria munera re⸗
peries: ceruū ſcꝫ quē pꝛoſequeris/piſcē/
apiūqꝫ examē. Ex hijs itaqꝫ tribus reſer
ues fauū/partēqꝫ piſcis ⁊ cerui. Que ad
mancāni monaſteriū qđ vſqꝫ nunc depo
ſiti monaſteriū vocatur filio ex te naſci⸗
turo cuſtodiēda tranſmittes. Que qui⸗
dem munera huius vitā pꝛenūciāt. Nā
fauus mellis eius ſapientiā clamat. Si
cut eni mel in cera ita ſpiritalem ſenſum
hiſtoꝛico capiet inſtrumēto. Piſcis vero
aquaticā eius vitā ſignificat. Sicut eni
piſcis aqua viuit: ita iſte vinū et cicerā ⁊
omne qđ inebꝛiare poteſt reſpuēs beatā
deo vitā in pane tantū ⁊ aqua ducet. In
de etiā Dauid aquatice vite cognoīaba⸗
tur. Ceruꝰ eni in antiquo ſerpēte ſignat
dn̄m. Sicut eni ceruus expoliatus ſer⸗
pētibus paſtus fontē aque deſiderās ac⸗
ceptis viribus velut iuuētute renouaꝛ:
ſic iſte quaſi ceruoꝝ pedibus ſup excelſa
ſtatutus antiquū humani generis ſerpē
tem viribus nocēdo contra ſemetipm̄ ex
polians fontē vite aſſiduis lachꝛymarū
curſibus adoptās de die in diē renouatꝰ
pꝛoficiet. Deinde ſanctus Patricꝰ ro⸗
me eruditꝰ et pontifex effectus demeti⸗
ca intrat iura ⁊ ad locū qui vallis roſina
diciꝛ. id eſt meneuia ibi eſt modo eccleſia
cathedꝛalis vbi idē ſctūs modo requieſcit/
ibiqꝫ deo deſeruire cepit. Et ecce angelꝰ
dn̄i ei apparens dixit. Tibi inq̄t nō iſtū
locū diſpoſuit deꝰ: ſed filio nondū nato:
nec niſi pactis annis. xxx. naſcituro. Au
diens hoc patricꝰ merēs et ſtupēs iratꝰ
in coꝛde ſuo dixit. Cur dn̄s deſpexit ſer⸗
uum ſuū ab infantia ſua ſibi ſeruiētem
cū timoꝛe/elegitqꝫ aliū nondū in hac lu⸗
ce natū. Parauitqꝫ fugere ⁊ dn̄m ſuum
ieſum xp̄m deſerere dicens. Cū ante dn̄i
mei cōſpectū incaſſū laboꝛ meus dirigiꝛ

et michi qui nondū natus eſt pꝛeponitur vadā et tali laboꝛi amodo me nō ſubijciam. Miſit autē ad eū dn̄s angelū ſuū vt illū verbis familiaribus blandiret. Cui et ait. Patrici letare dn̄s enī miſit ad te: vt oſtendā tibi totā hibernie inſulā. Tu enī eris apoſtolus illius inſule quā cernes: multaqꝫ ꝓpter nomē dn̄i dei tui in ea patieris ſed dn̄s erit tecū in omnibus que facturus ſis. Ibi pꝛodeſſe debes/ibi parauit tibi dn̄s ſedē/ibi ſignis et virtutibus radiabis: totamqꝫ gentē deo ſubiugabis. Sit tibi hoc ſignū. Ecce totā tibi inſulā oſtendā. Curuabunt montes/humiliabit pelagus/oclos trans oīa euectus/ex loco in quo ſtas pꝛomiſſum videbit: His dictis: erectiſqꝫ oculis de loco in quo ſtabat et erat vallis ſatis magna in quo eſt lapis ſup quē ſtetit ante hoſtium cuiuſdā capelle antique quē ego oculis vidi et manibus palpaui: totā pꝛoſpexit inſulā. Tūc placatus vir dei parata naui ſuſcitauit in poꝛtu quēdam ſenē ꝑ annos duodecī ibidē ſepultū: quē ſecū in hiberniā duxit. Peractis aūt triginta annis rex ceretice regionis demeciam que nūc noꝛthwallia dr̄ pergēs inuenit ſctimonialē ſibi obuiā noīe nōnitā virginē pulchrā nimis. Quā concupiſcēs ⁊ vim inferēs oppꝛeſſit eā. Que filiū cōcepit et nec ante nec poſt virū agnouit: ſed in caſtitate mētis ⁊ coꝛpoꝛis perſeuerās: felicē vitā duxit ⁊ ab ipo cōceptionis tpe pane tm̄ et aqua vixit. In loco autē in quo oppꝛeſſa concepit: tpe ipſo conceptionis duo lapides grandes apparuerūt vnus ad caput alter ad pedes q̄ antea viſi non fuerant. Creſcente aūt vtero mater ad offerēdas ꝑ partu oblationum elemoſinas quādam ingredit eccleſiā ad pꝛedicationē audiēdam. Et ecce ſubito gildas obmuteſcēs quaſi clauſo gutture tacuit Vide hoc miraculū ſupꝛa in vita ſcti gilde cōfeſſoꝛis. Interea quidā tirann⁹ ex magoꝛū vaticinio audierat filiū ſuis in finib⁹ naſciturū: cui⁹ poteſtas totā occuparet patria et notato ex magoꝝ oꝛaculis loco in quo fili⁹ naſceret ait. Quecūqꝫ ibi vl̄ modicū inueniā gladio meo pꝛotinus occidā. Urgēte tandē partus tpe/mater pꝛedictū petiuit locuꝫ. Ipſa vero die tanta aeris tēpeſtas inualuit vt nullus vl̄ foꝛas egredi poſſet. Locus aūt in quo mater parturiebat ingēti lucis ſerenitate pꝛefulſit. Habebat parturiēs petrā iuxta ſe poſitā in qua vꝛgēte doloꝛe manibus inixta fuerat: quarū veſtigiū veluti cera impꝛeſſum petra intuētibus oſtendit que in mediū diuiſa dolenti matri condoluit. In illo enī loco cōſtruit eccleſia in cuius altaris fundamēto hec petra tecta latet. Cūqꝫ infans ab epo baptizaret in ipſo loco fons lucidiſſime aque ſubito erūpens apparuit: curauitqꝫ oculos cuiuſdā ceci qui baptizatū tenuit eū Intelligēs enī cecus ille qui ſicut fertur ab vtero mr̄is ſue ſine nare et oculis natus fuerat: infantē quē ſinu tenebat plenū eſſe gr̄a ſpūs ſcti: accepit aquā in qua infans baptizatus fuerat et in faciē ſpergens oculoꝝ claritatē ⁊ faciē integrā recepit. Cū aūt litterarū ſtudijs poſitus eſſet viderūt condiſcipuli ei⁹ columbam cū roſtro aureo ad labia ei⁹ ludentē ⁊ eū docentē. Demū ad ſacerdotiū pꝛomotus perrexit ad paulentē diſcipulū ſcti Germani epi q̄ in inſula quadā gratā deo vitam ducebat cū quo multis annis qđ legebat implendo vixit. Contigit autem poulentē magiſtrū ſuū ꝓpter nimiū doloꝛē oculoꝝ lumē amiſiſſe ⁊ vocatis diſcipulis ſuis: rogauit vt ex oꝛdine inſpicerent ⁊ benedicerent oculos eius. Et cum hoc feciſſent et nichil remedij ſenſiſſent: ait illi Dauid. Pater mi noli michi pꝛecipere vultū tuū inſpicere: decē enī ānī ſūt ex quo tecū ſcripture operam dedi et adhuc faciē tuā nō aſpexi. Paulens autem

nimiam eius verecundiā admirans ait. Quia inquit ita eſt ſatis erit vt palpando bſidicas oculos meos ⁊ ſanabor. Statimqꝫ vt tetigit eos ſanati ſunt. Poſt hec vero duodecim monaſteria conſtruxit ⁊ Glaſtoniā veniens eccleſiā a fundamento fecit. Deinde Bathoniam veniēs mortiferā aquā ſua benedictione ſalutarem efficiēs lauandis corporibus dignā perpetuo donauit calore. Lemuſtir ⁊ aliud in gowir in wallia monaſterium conſtruxit: ⁊ quēdam regē cecū illuminauit Quadā vero die ſctūs Dauid ⁊ tres ei⁹ diſcipuli. ſcilicet Aidanus/Theliaus/⁊ Jſmael: cū multa condiſcipulorū turba vallē roſinā adeunt. Quo audito: tirannus quidā noīe baia liuore ſtimulatus ⁊ ira contra ſctm̄ cū ſuis venit vt eos occideret. Et ecce ſtatim per viam gradientes febre correpti grauiſſime vexari ceperunt. Cūqꝫ ad domū regrederētur occurrit illis vxor illius tiranni dicēs. Ecce pecora vr̄a/iumēta/oues et aīalia oīa ſubita peſte mortua ſunt. Reuertamur ad ſeruū dei ⁊ miaꝫ poſtulātes ipm̄ adoremus: vt noſtri ⁊ pecoꝝ dignetur miſereri. Et redeūtes ad ſctm̄ cū lachrimis ⁊ precibus mīam implorabāt dicētes. Terra inquiunt in qua es tua in ſempiternū fiat. Et dederūt ei totā roſinā vallē. Seruus aūt dei benigno animo ait illis. Pecora inqt veſtra reuiuiſcēt. Et reuerſus ille domū ſanitate recepta cū cōiuge ſua pecora omnia viua ⁊ ſana inuenit. Altera die vxor eiuſdē viri liuoris zelo accenſa conuocatis ancillis ſuis dixit. Jte ad flumen et nudatis corporibus in conſpectu ſctōꝝ ludicra exercentes impudicis vtimini verbis. Ancille obediunt impudicos ludos exercent ſimulant concubitus/blandos amoris nexus oſtēdūt/monachoꝝ mentes quorūdam ad libidinem pertrahunt/quorūdam moleſtāt. Cūcti ergo diſcipuli illam iniuriam non ferentes dixerunt ad Dauid. Fugiamus hinc quia propter moleſtiam mulierum hic habitare non poſſumus. Noſtis inquit vir dei ꝙ mūdus nos odit: ſed ſcitote ꝙ plebs iſraelitica comitāte federis archa terram repromiſſionis ingrediens continuis preliorū periculis ceſa: nec tm̄ victa inſiſtētem prope et incircūciſum deleuit populū quod noſtre victorie certamē manifeſto iudicio ſignat. Qui enī ſuperne patrie promiſſum querit neceſſe eſt aduerſitatibus fatigari nec tamē vinci: ſed chriſto comite immūdam vitiorū labem tandem ſuperare. Debemus itaqꝫ non vinci a malo ſed vincere in bono malum quia ſi xp̄s ꝓ nobis quis cōtra nos? Eſtote ergo fortes in bello: ne de fuga veſtra gaudeat inimic⁹ noſter. Sicqꝫ cordibus diſcipulorū ieiunauerunt omnes in illa die ac nocte vſqꝫ mane. Mane aūt facto vxor illius tiranni cū ſua preuigna pergens ad vallem dixit. Tribue caput tuum in ſinū meū volo enī inueſtigare leuiter cirros tuos. Puella vero innocens que ab infantia ſua pie ⁊ caſte inter peſſimas mulierū turmas vixerat caput in ſinū nouerce vertit. Jlla vero confeſtim extracta nouacula caput virginis amputauit ⁊ ſanguine in terrā fluēte fons viuus erumpēs multos poſtea languores ſanauit. Sicqꝫ nouerca fugiēs: qua morte vitā finiuit nemo nouit. Cumqꝫ Baia qui ſanctū occiderēt miſiſſet inimicus illius in arce ſua amputauit caput eius. Erat enī porta illius diluculo aperta cū hoſtis inopinatus de naui veniſſet. Moxqꝫ ignis de celo cecidit: et totum edificiū cito combuſſit. Dauid aūt cōſtructo in valle roſina monaſterio talē cenobialis propoſiti rigorē decreuit vt monachorū quiſqꝫ cotidiano deſudans operi manuum labore ſuam in commune tranſigeret vitam dicens. Qui enim non laborat ait apoſtolus non manducet. Neſciens

eni qꝛ ſecura quies vitioꝝ fomes et mater eſſet: monachoꝝ humeros duris fatigationibus ſubiugauit. Nam q̄ ſub ocij quiete tempa menteſqꝫ ſubmittūt inſtabilem ſpiritum libidiniſqꝫ ſtimulos ſine quiete ꝑturiūt. Poſſeſſiones eni iniquorum reſpuebant/dona reprobabant/diuitias deteſtabantur/boū nulla ad arandum cura: quiſqꝫ ſibi ⁊ fratribus diuitie quiſqꝫ ⁊ bos nullum preter neceſſariū inter eos habebat colloquiū ſed quiſqꝫ aut orando aut deo placita cogitando iniunctū opus peragebat. Peracto aūt rurali opere ad monaſterij clauſtra reuertētes aut legendo/aut ſcribendo/aut orando totam ad veſperū peragebant diem. In veſpera vero audito nole pulſu: dimiſſis mox operibus eccleſiā petebant: et viſis in celo ſtellis ad menſam conueniētes citra ſaturitatē comedebant. Nimia enim ſacietas quāuis ſolius panis luxuriam generat. Pane autē et oleribus ſale conditis paſti ſitim lacte aqua mixto reſtringebant. Peracta cena quaſi per tres horas vigilijs orationibus genuflectionibus inſiſtebant. Quādiu in eccleſia orationibus vacabant/nullus oſcitare/nullus ſternutationem facere: vel ſaliuam foras iacere licenter audebat. His ita geſtis: ſopori membra dabant: et pullorum cantu expergefacti vſqꝫ diē orationibus dediti erant. Cogitationes patri propalabant patris licentiā etiā vel ad nature requiſita petebant/pellinis veſtibus induebantur. Qui eni ſancti propoſiti conuerſationem deſiderās fratrū inire conſortium poſtularet prius decem diebus pre foribus monaſterij quaſi reprobatus necnon et verborum opprobrijs confutatus remaneret. Si autem bene vtēs pacientia ad decimū perſtaret diē/accept⁹ prius a ſeniore qui porte preerat conſtructus ſeruiebat. Ibiqꝫ per multum temporis deſudans/fractuſqꝫ multis animi aduerſitatibus tandem fratrū merebatur inire conſortium. Ad cōuerſationem enim cupientibus eorum: nichil recipiebant: ſed nudi veluti e naufragio euadētes recepti erant: vt occaſionem ſe extollendi non haberent. Sanctus autē Dauid poſt matutinas protinus frigidā petebat aquam: in qua diutius morādo carnis ardorem domabat. Orphanorum pupillorum/viduarum/egentium peregrinorum multitudinem paſcebat. Audita autem eius fama reges et principes ſua regna deſerentes eius monaſterium petebant. Conſtantin⁹ quoqꝫ Cornubieſiū rex relicto regno ſuo in eius monaſterio monachus effectus eſt ibiqꝫ diu felici cōuerſat⁹ ſeruitio tandē in aliā longinquā patriā migrās monaſterium fundauit.

Cum autem in eſtate abūdantiā aque non haberēt vt in hyeme a fratribus rogatus ſanctus Dauid eleuatis in celum oculis neceſſariam a deo aquam petiuit et cū voce orantis fons lucidiſſime aque de terra effluxit. Et quia vineis fructifera nō erat patria ad efficiendū dn̄ici corporis ⁊ ſanguinis ſacramentū in vinum conuerſa eſt: ita vt in tēpore ſuo nunq̄ indiguerat mero. Iterū ad rogatū cuiuſdam ruſtici pater ſctūs proximorū compatiens neceſſitati glebe ſuperficiem baculi cuſpide aperuit: et fons viuus emanare cepit. Sanctus Aidanus ei⁹ diſcipulus a prepoſito monaſterij imperat⁹: vt ad deportāda de valle ligna acceptis duob⁹ bobus abiret. Cui⁹ dicto obediēs nec claudendo librū morā accipiens: ſiluam petit. Paratis autē lignis cū viam caperet de ꝑrupta ⁊ alta rupe cū vehiculo boues in mare ꝑcipitati ſunt. Ruentib⁹ aūt lignū imponit crucis atqꝫ ita factū eſt vt ex vndis ſanos et incolumes cū vehiculo accipiēs boues let⁹ ingrederet viā. Peracto itinere ſolutiſqꝫ a labore bob⁹ librū apertū a pluuijs que tūc

multum inundauerant repperit illeſum
Tandem ad plenū erudit⁹ ⁊ virtutibus
pollens/hiberniam petijt: conſtructoqꝫ
ibidē monaſterio ſanctiſſimā vitā duxit.
Cū aūt Aidanus nocte paſchali oꝛatio
nes cōtinuaret: apparuit ei angelus dn̄i
dicens. Noſti ꝙ ſancto Dauid patri vr̃o
craſtina die venenū a quibuſdā fratrib⁹
ad pꝛandiū apponetur? At ille. Neſcio in
q̄t. Et angelus. Condiſcipulus tu⁹ Scu
tinus ad littus pergat maris: ego enim
eum illuc transferam. Veniens ad ma
re diſcipulus: pontum vſqꝫ ad genu in
trauit. Et accipiēs eū belua traduxit eū.
Peracta aūt miſſa cū ſanctus Dauid re
fectoꝛiū ad pꝛandiū cū fratribus peteret
Scutin⁹ quondam diſcipulus ſuus ob
uians illi: cuncta ex oꝛdine referens: pa
riter leti diſcumbunt/gratias agentes
deo Finita oꝛatione aſſurgens diaconus
qui patri miniſtrare conſueuerat panē
veneno infectū mēſe imponit: cui cocus
et ychonomus conſenſerant. Scutinus
autem ſe erigens: hodie inquit nullum
frater patri miniſterium adhibebit/ego
enim impendam. Ille aūt confuſus ab
cedens et ebetans diriguit. Accepit Da
uid panē illnm venenoſum ⁊ in tres par
tes diuidens: vnā cuidā canicule dedit q̄
ſtatim vt guſtauit miſere vitam finiuit
Omnes enim pili illius in ictu oculi ceci
derunt: ita vt viſcera eius coꝛio paſſim
fracto foꝛas erumperent. Partem alte
ram dedit coꝛuo: et mox vt roſtro tetigit
exanimis de arboꝛe cecidit. Tertiā vero
partē in manu ſua tenens benedixit ⁊ cū
gratiarum actione comedit ⁊ in nullo ei
nocuit. Cum autem quidam abbas no
mine Barre limina apoſtoloꝛum petri et
pauli viſitare affectaret: equum ſancti
Dauid petijt et accepit. Optenta patris
benedictione poꝛtū petit mare intrat: et
fidēs pr̄is bn̄dictione equo pꝛo naui vtit̄
Equus enī tumētes fluctuū cumulos ve
lut planū campū peragebat. Cū aūt lon
gius pꝛoceſſiſſet: apparuit ei ſctūs Bꝛen
danus ſup marinū cetū durā vitā ducēs
Qui vidēs hoīem in mari equitantē ſtu
pefactus ait. Mirabilis deus in ſanctis
ſuis. Salutantibus aūt ſe mutuo Bꝛen
danus interrogat vnde eſſet a quo veniſ
ſet et qualiter in mare eq̄taſſet. Et cū il
le cūcta de ſctō Dauid retuliſſet: ait bꝛē
dan⁹. Vade in pace: ego veniā ⁊ videbo
eū. Barre autē illeſo greſſu patriā adijt:
et fratrib⁹ geſta ꝑ oꝛdinē indicauit. De
dit aūt ſctūs Dauid Aidano tintinnabu
lum ſed ille nauigās ad hiberniā illi⁹ ob
litus miſit ad Dauid nunciū vt trāſmit
teret illud. Cui ille ait. Perge puer ad
magiſtrū tuū. Et factū eſt dū reuerteret̄
ille: craſtina die viſum eſt tintinabulum
iuxta Aidanū angelo deferēte anteꝗ̄ ve
niſſet nuncius eius. Quadā autē nocte
apparuit ei angelus dn̄i dicens. Craſti
na die percingēs calcia te: hieruſalem vſ
qꝫ peregre pꝛoficiſcēs optatā carpe viā:
ſed et alios duos comites vocabo/The
liaū ſcꝫ ⁊ paternū. Sanctus autē admi
rans imperij pꝛeceptū dixit. Quomodo
fiet hoc? Nam quos pꝛomittis comites:
triū vel eo amplius dierum ſpacio a no
bis ſeparantur. Ego inquit angelus hac
nocte ad illos vadā: et huc illos ad te ad
ducā. Et factū eſt ita. Cū aūt alienigena
rum linguas audirēt: intellectus illarū
ſine interpꝛete a domino collatus eſt. Ap
paruit autē angelus dn̄i patriarche di
cens. Tres ab occidentis finibus viri ad
ueniūt quos cū gaudio et hoſpitalitatis
gratia ſuſcipiens: in epiſcopos conſecra
bis. Patriarcha v̄o tres honoꝛatiſſimas
ſedes parauit: ⁊ ſctōs benigne ſuſcipiēs
in illis ſedere fecit: ⁊ Dauid ī archiepm̄
ꝓuexit ⁊ ait. Iudeoꝝ inq̄t ꝑtās in xp̄ia
nos inualeſcit nos cōmouēt fidē repellūt
Parate ergo vos ad p̄dicationē ſingulis
diebus ꝓcedite vt eoꝝ violētia cōfutata

quieſcat. Predicāt itaqꝫ per ſingulos di-
es intelligētibus eos in ſua lingua vni-
uerſis: fit grata predicatio eorū: plures
in fide roborati conueniūt. Patriarcha
vero ſctm̄ dauid quatuor muneribus di-
tauit: altari ſcilicet cōſecrato in quo dñi-
cum cōſecrabat corp⁹ qđ innumeris pol-
lens virtutibus: nunꝙ ab hoībus a ſan
cti dauid obitu viſum eſt: ſed pelleis ve-
laminibus tectū latet abſconditū. Inſi-
gni etiā nola ſed ⁊ ipſa virtutibus claret
Baculo etiā auro texta tunica qui bacu-
lus miraculis choruſcus per patriā inſi
gnis predicatur. Sed quia inquit patri
archa laborioſa vobis ſunt in itinere ad
ferendū: ad patriā reuertamini in pace:
⁊ ego poſt vos illa tranſmittā. Patri er-
go valedicūt: patriā adueniunt: ⁊ allata
ab angelo dei munera accipiūt. Cū aūt
hereſis pelagiana poſt tranſitū ſcti ger-
mani in britānia pullularet: cōuocata ſy
nodo vnanimi cōſenſu ſtatuitur: vt qui-
cūqꝫ tali ſermōis gratia ditaretur: vt in
cūctorum aurib⁹ eius eque loquela inſo-
naret: metropolitanus et archiepſ oīm
fieret ex cōſenſu. Erecto itaqꝫ veſtimēto-
rū cumulo cū multi predicare icepiſſent
⁊ vſqꝫ ad proximos vox illorū vix audita
fuiſſet: deliberato cōſilio pro viro ſctō da-
uid feſtinanter trāſmiſerūt. Qui venire
renuens: ait. Nemo inquit temptet me:
qđ ipi nequeūt: qualis ſum vt ego poſſū?
Agnoſco humilitatē meā: ite ī pace. Sā
cti tādem daniel et dubricius ad eū miſſi
ſunt. Quorū aduentū in ſpū preuidens:
dixit fratrib⁹. Hodie fratres ſanctiſſimi
viri ad nos veniunt: leto animo eos exci-
pite: piſces cum pane ⁊ aqua adquirite.
Cūqꝫ legationē ſuā expoſuiſſent viri ſcti
ait dauid. Pariter viſitabim⁹ ſynodum
ſed tūc predicare nequeo orōnibus tamē
quātulumcūqꝫ iuuamen ferā. Dū aūt ſi
mul pariter pergerent: ecce orbata muli
er eiulans et gemēs corpus extincti filij
ſeruabat qui magnus vocabatur. Que
cadēs ad pedes ei⁹ importunis depreca-
tur clamorib⁹ vt ſui miſereretur. Ille ve
ro mulieri cōpatiens: faciē lachrymis ri
gauit: ⁊ dñm orauit dicēs. Dñe de⁹ me-
us qui in hūc mundū pro nobis pctōrib⁹
de ſinu patris deſcendiſti vt nos redime
res de faucibus antiqui hoſtis miſerere
iſti⁹ vidue: et da vitā vnico filio ſuo: atqꝫ
inſpira in eo ſpiraculū vite: vt magnifi-
cetur nomen tuū in ſecula ſeculorum Et
ſtatim redeūte anima: corp⁹ cōtremuit.
Et tenēs pueri manū: viuū ⁊ ſanum red
didit matri ſue Et ait mater Michi mor
tuus fili⁹ erat: tibi vero ⁊ deo amodo vi-
uat. Cūqꝫ oēs ſctm̄ dauid predicare coge
rent: iuſſit puerū nuper reſuſcitatū ſuda
riū ſuū ſub pedibus ſuis exponere: ⁊ ſup
illud ſtans euāgeliū et legē quaſi ex buc-
cina expoſuit. Corā cūctis niuea celitus
emiſſa colūba in eius humeris reſedit: q̄
tam diu permāſit ꝙdiu ille p̄dicauit. Cū
aūt clara voce oībus et qui in proximo et
qui in longinquo erāt equaliter p̄dicaret
terra ſub ipſo accreſcēs attollitur in collē
Ab oībus in ſummo poſitus cernitur: vt
in montē excelſum ſtans quaſi tuba exal
taret vocē ſuam. In cui⁹ collis cacumīe
eccleſia vſqꝫ in hodiernū diem p̄ſeuerās:
edificaꝝ. Expulſa itaqꝫ hereſi et fides ſa-
nis pectoribus roboratur: ⁊ ſctūs dauid
totius britānie archiepſ cōſtituitur nec
nō ciuitas eius toti⁹ patrie metropolis
dedicatur ita vt quicūqꝫ eā regeret archi
epſ foret. Expulſa itaqꝫ hereſi oēs bri-
tānie eccleſie modū ⁊ regulā romana au
ctoritate acceperūt monaſteria per loca
cōſtruuntur: et ſanctus dauid ſummus
protector ſummus p̄dicator a quo oēs nor
mā atqꝫ formā recte viuendi acceperūt:
effectus eſt. Ipſe cunctis ordo: correctio:
imitatio: legentib⁹ doctrina: egentibus
vita: orphanis nutrimentū: nudis fulci-
men: patrie caput: monachis regula: ſe-

cularib⁹ vita fuit. Appropinquãte aũt
hora obit⁹ ſui: apparuit ei angel⁹ dñi di-
cẽs. Deſiderata inqͣt dudũ dies iã in pro
ximo futura eſt. Parate: qꝛ kalẽdis mar
tij dñs iheſus xp̄s multa cõſtipatus an
gelorũ militia obuiã tibi adueniet. Cui
ille. Nũc dimitte ſeruũ tuũ dñe in pace.
Fratres aũt ſonũ cantũ aurib⁹ capiẽtes
nec verba intelligẽtes: pariter exterriti
in terrã ceciderunt. Sctũs aũt ep̄s voce
magna clamauit dicens. Dñe iheſu xp̄e
accipe ſpm̄ meũ. Et fratres planctũ ma-
gnũ emittẽtes blãdis ſermonib⁹ demul
cebat dicẽs. Cõſtantes eſtote fratres: iu
gũ qđ accepiſtis vnanimes ad finẽ per-
ducite: ⁊ quecũqꝫ mecum vidiſtis ⁊ audi
ſtis: cuſtodite ⁊ implete. Ab illa vero ho-
ra vſqꝫ ad diem obitus ſui in eccleſia re-
manẽs: oĩbus predicabat. Fama itaqꝫ il
la per vniuerſam britanniã hiberniãqꝫ:
velociſſime in vna die ab angelo portata
eſt: qui ait. Scitis quia in ſequenti ebdo
mada dñs veſter dauid de hac luce mi-
grabit ad dñm. Adueniente hora exitus
eius a corpe dñs iheſus ſui preſentiã ad
patris ſancti cõſolationẽ impartiri ſicut
per angelũ ꝓmiſerat dignatus eſt. Quo
viſo: totus in ſpiritu exultans ait. Tolle
me dñe poſt te. Cũ his verbis xp̄o comi-
te kalẽdis martij aĩam deo reddidit atqꝫ
angelica comitatus caterua: celeſtia re-
gna petiuit: anno etatis ſue: centeſimo
quadrageſimoſeptimo. Capt⁹ aũt qui-
dã wallenſis de ep̄atu meneuẽſi a ſarra-
cenis extitit: et cathena ferrea eũ quodã
alamãno ligatus. wallẽſis enĩ die ac no-
cte iugiter ad ſctũ dauid in ſua lĩgua cla
mare cepit: ſic dicẽs. Dewi wareth. hoc
eſt: dauid adiuua. Mira res. In breui
ſubito ad patriã ſuã reſtitut⁹: geruaſio
tunc loci ep̄o hoc intimãs: ob inſigne mi-
raculũ ſecũ manſit. Alamãnus aũt eius
ſocius tanq̄ facti cõſcius verberibus ex-
ponitur ⁊ ſub artiori cuſtodia detinetur.
Cogitauit ergo quomõ ſocius ſuus fre-
quẽter (dewi wareth) dicere cõſueuit: et
q̄uis vocabulũ non intellexit: ſtatuit tñ
hoc idẽ dicere: ⁊ (dewi wareth) ſepius ex
clamare. Nec mora ſubito rapitur: ⁊ ad
domũ ſuã qualiter euect⁹ ſcire nõ potuit
tranſducitur. Et cũ vbiqꝫ intellectũ ſcru
tãs vocabuli ſcire nequiret: pariſi⁹ ꝑpe-
rauit: ⁊ a quodã wallẽſe ibidem reperto
vim verbi agnoſcẽs: grãs deo egit: ⁊ pro
impẽſo ſibi beneficio grãs acturus: ſan-
ctũ dauid in meneuia peregre profectus
queſiuit. Quẽ ſocius ſuus conſiderãs et
admirans: ad eũ acceſſit: ⁊ cũ fletu maxi
mo deoſculãs: qualiter a ſeruitute liber-
tatis ſit reſtitutus inquirit. Qui ſeriatĩ
quicq̄d ei acciderat: oĩb⁹ intimare cura-
uit. Cum peſtis magna in anglia inua
leſceret: ⁊ ſtrages maxima populi per lo
ca fieret: habito cõmuni cõſilio ꝓuiſum
eſt: vt quilibet ep̄us reliquias ſue defer-
ret eccleſie in aqua benedicta balneãdas
vt aſperſione aque ſiue potatiõe plebi di
uina gratia ſubueniret. Quo facto: mor
talitas illa ceſſare nõ potuit. Vltim⁹ de-
mũ oĩm ep̄us venit meneuẽſis: ſecũ bra-
chium ſcti dauid ferens. Quo in aqua la
uato: apparuit aqua quaſi pinguedine
deaurata ⁊ deſuper crux aurea. Cũqꝫ po
pulus certatĩ illa ex aqua guſtaſſet: mor
talitate hominũ omnino ſedata: gaudiũ
⁊ letitia ſaluſqꝫ in regno diffuſa ſunt.

## De ſctõ Decumano heremita ⁊ marty.

Beatus decumanus ex illu-
ſtri eſt proſapia oriundus in
occidentalib⁹ cãbrie partib⁹
que nũc wallia nũcupatur:
ex parentibus quidẽ cultori
bus precipuis xp̄iane religionis. Natio
ſiquidẽ illa priuſq̄ maior britãnia: q̄ nũc
eſt anglia: barbarica feritate depoſita ⁊
relicto errore gentilitatis: viuificis inici
ata ſacramẽtis mox chriſto ſe ſubdidit ⁊
euãgelicis informari meruit inſtitutis.

In qua ꝙ plures effulſere fide preclari:
virtutibꝰ inſignes miraculis choruſcan
tes. Inter quos pudice enutritus catho
lice inſtructus: velut lucifer inter mino-
res ſtellas: oīm morū honeſtate preditꝰ:
emicuit decumanꝰ. Hic poſtꝙ domi pue
rilia tranſcendit per incremēta innocen-
tis etatis cepit bone indolis adoleſcens
eſſe: ⁊ nequaꝙ vt moris eſt mēte euaga-
ri: verū diſciplīe regularis ſtudioſiꝰ coer
ceri. Facile quidē ꝑcepta tranſeūt in effe
ctū: vbi gratia preſtat auxiliū ⁊ obedien
tia mollit imperiū. Erat enī ſermo purꝰ
nichil habēs laſciuie: nichil quoad potu-
it ocioſitatis ſed qui totꝰ eſſet ad edifica-
tionē. In cibis ⁊ potibus tēperantie me
diū tenuit: ne prorſus abſtinēs: ſupſtitio
nis argueretur: aut immodice ſumēs: cra
pula grauaretur. Et cū beati decumani
coetanei aut ſtudio venādi varie delecta
ti aut ſtudio aliarū quarūlibet artiū oc-
cupati tenerētur ille ſpreta omni carnali
delectatione: ſpūi carnē ſeruire cogebat
et eccleſiarū ſtudioſus terēs limina: ea ꝗ
de diuinis ſcripturis audiebat: ardētiꝰ
memorie commēdabat. In facultate lit
terarū parū admodū expeditus: totū ſe
ſctitati dederat: ⁊ quoad licuit ꝓpter in-
ſolentiā curialiū cōtulerat ſe cōtempla-
tioni. Melius enim docent opa ꝙ littera
melius cōprehēdit ſctitas ꝙ diſputatio:
⁊ qui plus diligit plus cognoſcit. Sane
ſctūs decumanus ſpūs ſcti preuētus ar-
dore: iam ſtatim voluebat in animo: qđ
poſtea claruit in effectu. Et tūc pio quidē
faciem dediſſet deſiderio: ſed expectauit
turbe tumultuātis defluentiā ⁊ ſuoꝝ cō
tribuliū inſolentiū quos ſummo ope de-
teſtabatur. Nemo enī ꝓpheta acceptus
eſt in patria ſua: ⁊ inimici hoīs domeſti-
ci eius. Ceſſit igitur propter ſcandalū: ⁊
ſe totū ſoli deo cōmittēs: quod pie ꝑcōce-
perat: diſtulit impoſterū. Tandē tēpus
obſeruās et fuge ſecretioris oportunita-
tē inueniēs: mare adijt ſabrinū clā ſuis
oībus ⁊ precipue familiarioribꝰ: et eis ꝗ
ſibi videbātur ſtudio humanitatis cōiū
ctiores: xp̄m ſolū conſciū ⁊ ducē ſui itine-
ris habens. Quid plura? Defuit naulū:
defuit ⁊ nauigiū: ⁊ maturāda erat fuga
e veſtigio ſubſequētiū Vir dei nīa dei cō
fidens: ⁊ nequaꝙ heſitās de potētia vir-
gas ſecus mare in frutecto quas reppe-
rit creſcentes: colligauit in faſciculū: ⁊ ta
li vtens vehiculo miſit ſe in profundum.
Et ſic diuina gubernāte ꝓuidētia: ꝓue-
ctus eſt ad littus oppoſitū ꝓpe caſtrum
doroſtorū. Tua ſunt hec xp̄e opa qui ſan-
ctos tuos ita mirificas. Vere ī mari vie
tue: ⁊ ſemite tue in aquis multis. Eo tē-
pore quo ſctūs decumanus diuinitꝰ per-
ductus in angliā venit: erat in eo territo
rio in quo applicuit vaſta heremi ſolitu-
do: frutectis ⁊ vepribus obſita: ⁊ dēſita-
te ſiluaꝝ in lōgū ⁊ latū ſpacioſe porrecta
montiū eminentia ſurſum educta: ⁊ con
cauitate valliū mirabiliter interrupta.
Hec ei ſedes cōplacuit: hec pio eius ꝓpo-
ſito videbatur accomoda: adeo vt re ipa
videbatur dicere. Hec requies mea in ſe-
culū ſeculi hic habitabo quoniā elegi eā.
Sic igitur vir ſctūs patriā cōmutās ex
ilio: antra deſerti pro faſtu palatij: cepit
ibidē cōmanere: herbis ⁊ radicibꝰ victi-
tare: ieiunijs et orōnibꝰ crebrius inſiſte-
re: carnem cilitio domās: vigilijs penali
ter affligens: ⁊ ꝙto rarius intererat ho-
minū cōſortio: tanto frequētius angelo-
rum mulcebatur ⁊ fouebat eloquio. Ta
li ſub tenore vitā ducēs heremiticā: in iā
dicta ſolitudine multis vixerat annis.
Fertur etiā vaccā habuiſſe cuius lacte
pro neceſſitate corporis ſaltē preclaris fe
ſtiuitatibꝰ magis ſuſtentaretur ꝙ alere
tur: ſicut de beato egidio legitur ꝙ ceruā
habuit que ſibi beneficiū lactis miniſtra
bat. Nec defuit ſancto vrgēs ⁊ inſpirata
perſecutio. Oēs enī qui pie volūt viuere

in xp̄o perſecutionē patiūtur. Hāc enī vi-
am reliquit xp̄s coheredibus ſuis: vt in
euāgelio legitur. Si me perſecuti fuerit
⁊ vos perſequētur. Sed et ait apoſtolus
Per multas tribulatiōes oportet nos in
trare in regnū. Qm̄ qđ fornax auro: qđ li
ma ferro: qđ flagellū grano: hoc tribula-
tio viro iuſto. Cum igitur ſanctus decu-
manus multimodis ſignorū floreret vir
tutibꝰ: que per negligentiā ſcriptorū ab
ierūt in diſſuetudinē ⁊ pro magna parte
penes nos in obliuionē: alias deo dante
reſeruarētur ad edificationē. Uir quidā
ſed et ipē vir belial: aſpide ſeuior: vipera
truculentior: tanti patris inuidēs ſctita
ti: in odiū vere virtutis ⁊ in deteſtationē
xp̄iani noīs: furiali mente debachatus:
beſtialiter accurrit ⁊ inter verba oratio-
nis ⁊ preces ſancte deuotiōis: ſctm̄ domi
ni capitis obtrūcatiōe ad celeſtia regna
tranſmiſit. Tali igitur martyrio migra
uit ad dn̄m poſt tot ⁊ tātas quas corpori
ſuo indixit moleſtias: vt euidentius ſuo
mōſtraret exēplo ꝙ nō eſt trāſitus a deli
tijs ad delitias. Sed qui volūt viuere ſe
cundū euangeliū: tota vita ſua fiat crux
⁊ martyriū. Nimis enī delicatus eſt mi-
les qui vult hic gaudere cū mūdo ⁊ in fu
turū regnare cū xp̄o. Sed et iſtud ſub ſi-
lentio nō eſt pretereundū ꝙ cū decollatꝰ
eſſet cū quadā vanga vt fertur: truncus
laceri corporis ſe erexit ⁊ caput ꝓpriū ce-
pit pendulis brachijs vectitare a loco de
collationis vſqꝫ ad fontē limpidiſſimi li-
quoris: in quo caput ſuū ꝓprijs manibꝰ
abluere pro conſuetudine habebat. Qui
vſqꝫ hodie ad memoriā ⁊ reuerētiā ipſiꝰ
fons ſancti decumani nūcupatur dulcis
neceſſarius ⁊ ſalubris incolis ad potan-
dū In quo loco caput ſimul cum corpore
poſtmodū a fidelibꝰ queſitū ⁊ inuētum:
ſepulture honorifice tradebatur. Reno-
uātur antiqua miracula rediuiua repul
lulāt ſigna q̄ per beatiſſimi dioniſij galli

arum merita dn̄s exercere dignatus eſt
ad laudē ⁊ gloriā ſctiſſimi noīs ſui qui vi
uit ⁊ regnat per immortalia ſecula ſecu-
lorum. Amen.

¶ De ſctō Deuſdedit archiep̄o ⁊ cōfeſſo.

EGregio dei pontifice honorio
ex hac luce ad dn̄m tranſlato
electus eſt archiep̄s dorober-
nenſis vir deo dignus: vita ⁊
eruditione clarus deuſdedit de gēte occi-
dētaliū ſaxonū cū maximo oīm tripudio
quē ordinaturꝰ venit illuc ythamarꝰ an
tiſtes eccleſie roffenſis: ⁊ nouē annis mē
ſibus quatuor eccleſiā ſuā glorioſe rexit.
Seruus itaqꝫ dei deuſdedit fideliſſimꝰ
per omnia et deo deuotus: euāgelici pre-
cepti nō immemor ſicut enim fuerat ido
neus auditor ita nō minus ipſius erat ⁊
ſtudioſus executor. Uerus enim erat dei
cultor: vitiorꝫ mortificator: virtutū ama
tor: verbi diuini nō ſegnis ſator: medita
batur legē dn̄i aſſidue: preceptis eius ſe-
ipſum humiliter ſubdēdo et talentū ſibi
cōmiſſum a xp̄o affectu volūtatis nimio
nitebatur creditori ſoluere ſuo vſu centu
plicato. Quicq̄d de dn̄icis eloquijs aure
cordis exceperat: nō ſolū opere ſed etiam
moribꝰ ⁊ vita adimplere ſatagebat. Age
bat paſtor ſanctitatis eximie vt ſibi fie-
ret plebs cōmiſſa cōformis: et ob merita
virtutis celeſtibus titulis aſcriberetur.
Gregē ſibi commiſſum pane verbi diui-
ni ſaciabat: ⁊ potu euangelice inſtitutio
nis recreabat. Peruigil erat in orationi
bus: ieiunijs intētus: ⁊ elemoſinis dedi
tus: ouile ſibi creditū non mediocri indu
ſtria ꝓcurabat ⁊ ab eo inſidias demonū
vexillo crucis dn̄ice ꝓpellebat. Integer
rima vite puritate excellens oīm bonorū
opinione pollēs: ſe ⁊ ſibi ſubditos dn̄o iu
giter cōmendabat: et vt in fide xp̄i ſtabi-
les eſſent ꝑnox orabat. Preſul igitur inſi
gnis ac dn̄o per cuncta amabilis cū diui
ni crediti memor eſſet ⁊ ꝗ̄ humili et cau-

ta diſpēſatiōe illud peregiſſet ꝓuidēs in
futurū ſctē eccleſie ne poſt diſceſſum ſuū
vtpote rudis adhuc vacillaret: ꝓbos ⁊
religioſos viros quos in diuina doctrina
perfectos eſſe ꝓbauerat: verbū dei pꝛedi
cādo paterna cū monitiōe delegauit. De
inde ſibi a deo collata ſcientia ſacri oꝛdi
nis pꝛimoꝛdia diſpoſuit mira induſtria.
Miniſtros ſacri officij et diuini miniſte
rij adiutoꝛes vſui eccleſie ſcđm inſtituta
apſtica deputauit: et in puritate vite ſer
uire deo docuit. Erat eni vir angelicus:
doctrina pꝛeclarus: ſpū ſapiētie ⁊ humi
litatis gratia plenus. Hic eni patria lin
gua frithona vocabať: ſed ob merita eiꝰ
magnifica nomē ſaxonicū ab electis dei
miniſtris cōmutatur in nomē angelicū.
Iſte cōfeſſoꝛ ⁊ amicus dei: deuſdedit no
mine vocabatur. Gr̄a nāq; dei eū in opꝰ
miniſterij ſcti aſſumpſit: ⁊ ſibi in ſacerdo
tē magnū adoptauit. Sumpto ſacerdo
tali officio in timoꝛe dn̄i perfectus perſe
uerabat: oculos mentis ſue ſemꝑ ad deū
defixos habens: in ſeruitio dn̄i dies no
cteſq; aſſiduabat paupes recreando: nu
dos veſtiendo: infirmos viſitādo: in cha
ritate dei ⁊ pꝛoximoꝛū amoꝛe perſeuerā
do deo ſibi placere ſtudebat. Sctiſſimū
hūc paſtoꝛē et doctoꝛē ad cōſummationē
ſctoꝛū nobis ſuperna gr̄a dedit: id eſt ad
ſupplemētū fidei ſctoꝛū. Pꝛīcipiū igitur
cōſummatiōis ſctoꝛū ad quā beatus de
uſdedit miſſus eſt: pꝛioꝛ dedit almus au
guſtinus fundamēta iecit: ad ſpem red
didit. Deinde melliflui doctoꝛes lauren
tius: mellitus iuſtus: honoꝛius: ſibi in
uicē ſuccidētes. Hoꝛū vera cōſummatio
erat hic ſanctus qui poſt hos vt ſapiens
architectus domū dei viriliter cōſcēdēs:
pꝛedicatiōe: ammonitiōe: coꝛrectiōe ⁊ ex
imia charitate omnipotēti deo tēpla ine
ternū māſura ſtabiliuit. Anno aūt dn̄i
ſexcēteſimo ſexageſimoquarto poſtq̄ cū
cta in tranquilla pace diſpoſuerat: idus
iulij celeſtia cōſcendit ⁊ in mōaſterio apo
ſtoloꝛū petri ⁊ pauli ſepeliri meruit. Vi
tā huius almiflui patris virtutes quo
q; ⁊ merita mira odoꝛamentoꝛū ſuauiū
gr̄a de tūba eius erūpens oſtentat.

¶ De ſancto Dubꝛicio epo et confeſſoꝛe.

Lucius bꝛitānoꝛū rex: ad eleu
theriū papā legatos miſit: ſci
licet eluanū et meduinū: vt iu
xta eius admonitionē xpianꝰ
fieret. Qui eoſdem legatos ba
ptizauit: ⁊ catholica fide ſuſcepta: oꝛdia
uit eluanū in epm: meduinū aūt in docto
rem. Et ꝓpter eloquentiā ⁊ ſcientiā quā
habebāt in ſcripturis ſacris: pꝛedicato
res ad luciū in bꝛitāniā reuerſi ſunt: quo
rum ſctā pꝛedicatiōe: lucius ⁊ totius bꝛi
tannie pꝛimates: baptiſmū ſuſceperūt:
epos oꝛdinarūt: ⁊ beneuiuēdi noꝛmā do
cuerūt. Exoꝛta tandē hereſi pelagiana:
ad illā cōfutandā: ſctūs germanus ⁊ lu
pus epi: a gallie epis ad bꝛitannos miſſi
ſunt. Qui cum hereſim illā extirpaſſent:
epiſcopos in pluribꝰ locis bꝛitānie conſe
crarūt: ⁊ dextralis partis bꝛitānie: bea
tū dubꝛiciū ſumnū doctoꝛē et archiepm
ſtatuerūt ⁊ laudauenſem eccleſiā: in ho
noꝛe beati petri fundatā: ſedē cathedꝛalē
collocarūt: collatis aūt eccleſie laudauen
ſi a rege multis poſſeſſionibꝰ ⁊ eccleſijs:
dubꝛiciꝰ diſcipulos per eccleſias diuiſit:
quaſdā nouas eccleſias fundauit: danie
lem in epm bangoꝛēſem ⁊ ſctū iltutum:
in loco ab illo laniltut: id eſt eccleſia iltuti
vocatū oꝛdinauit. Regulus quidā cam
bꝛie peibanus noīe: cōtra hoſtes in expe
ditionē ꝓfectus et cū triūpho regreſſus:
p̄cepit filie ſue eurdile pꝛo laboꝛe peracte
pugne caput ipſiꝰ abluere. Que cū iuſſa
patris conaretur implere: ex ipſius gra
uitate genitoꝛ illā pꝛegnātē animaduer
tit. Nimia igitur ira ſuccenſus: iuſſit eā
in quodā vtre includi: ⁊ in flumē pꝛecipi
tari. Quotiēs vero in flumē illā pꝛoijcie

bāt: totiēs ad ripā illeſa ferebatur. Indi-
gnat⁹ ergo pater: igne eā cōburi ſine mi-
ſeratiōe iuſſit. Parato illico rogo: puella
immittitur: ſed in craſtio miſſis a patre
legatis ad videndū ſi oſſa aliqua filie in-
uſta remanerēt eā incolumē: et filiū quē
pepererat in medio ignis in gremio te-
nentē inuenerūt: veſtib⁹ illi⁹ atq; capil-
lis ab omni cōbuſtione intactis. Bapti-
zatus aūt puer: dubꝛicius vocatur ⁊ ſpi-
ritus ſctī grā ſtatim repletur. Quis ve-
ro pater eius extiterat ignoꝛatur: quidā
idcirco erronei eū patre carere mentiun-
tur. Cū itaq; rex: mirāda ſigna que dn̄s
erga filiā ⁊ ipſius partū patrauerat co-
gnouiſſet: filiā cū nata pꝛole cōfeſtim ad
ſe adduci ꝑcepit. Cūq; infantulū pater-
no affectu cōplectens deoſcularetur: in-
ſtictu diuio: puer manū ſurſum poꝛrigē-
do: puerili moꝛe faciē ipſius cōtractauit
⁊ ex infantis cōtactu ab incurabili moꝛ-
bo quo laboꝛabat curatur. Saliua enim
ab oꝛe ei⁹ inceſſanter ꝓfluebat: quā duo
cliētes ad hoc deputati extergere vix po-
terant. Gauiſus ergo rex recepta ſalute
paucis annoꝛū elapſis curriculis: dubꝛi-
ciū totius regni ſui cōſtituit heredē. Tra-
ditur puer litteris imbuend⁹: ⁊ iuuenis
factus litterarū ſcientia ⁊ moꝛū honeſta-
te in tm̄ ꝓfecit: vt nō ſolū rudes: ſed etiā
periti edificādi grā ad eū cōfluebāt. In-
ter quos erant ſctūs theliaus: ſampſon:
aidanus ⁊ ceteri multi. In natiuitatis
ſue ſolo: iuxta ripā waie fluminis apta;
ſibi: ⁊ diſcipuloꝛū multitudini ſedem ele-
git: ⁊ pluribus annis ibidē ſtudiū rexit.
Cōſtructa aūt eccleſia iuſſu angeli domi-
ni pꝛedicabat ⁊ populū docebat: ⁊ man⁹
eius impoſitiōe: diuerſoꝛū moꝛboꝛū lan-
guoꝛes crebꝛius ſanabātur: anxij quicū-
q; ⁊ debiles: leti ⁊ incolumes redibāt. Ex-
oꝛta tandē vt pꝛemittitur hereſi pelagia-
na: mittitur de gallia ſctūs german⁹ cū
lupo epō: ad cōpeſcēdam eam. Coꝛrupta
nāq; fuerat chꝛiſtianitas bꝛitonu;: tum
pꝛopter paganos ſaxones: tum pꝛopter
pelagianā hereſim: cui⁹ venenū in ipſis
pluribus ſerpſerat dieb⁹. Itaq; ſcti epi
pꝛedicti cōſenciente rege ambꝛoſio aure-
lio necnō ⁊ oīm clero: dubꝛiciū archiepm
conſecrarūt. Idē aūt rex: vt memoꝛiale
ꝑcerū bꝛitānie: quos hengiſt⁹ ſaxoneſq;
ſui cōplices: nephanda ꝓditione in mon-
te ambꝛoſij qui nūc vulgo ſtanhenges di-
citur trucidauerat: ſcilicet quadꝛingēto-
rum octoginta conſulū atq; baronū eter-
nū fieret: per grādes lapides qui ibidem
in hoꝛū memoꝛiam vſq; in pꝛeſens poſiti
ſunt: ab hibernia cū magna manu: ger-
mano ſuo vther illuc tranſmiſſo depoꝛta-
ri fecit. Qui cū allati fuiſſent: cōgregati
ſunt in monte ambꝛoſij edicto regis ma-
gnates cū clero vt cū magno honoꝛe di-
ctoꝛū nobiliū ſepulturā ꝑpararent. Die
aūt pꝛefinita impoſitū eſt diadema capi-
ti regis aurelij ambꝛoſij ⁊ de cōmuni cō-
ſenſu ſedē eboꝛacenſem cōtulit ſampſoni
viro ſancto vꝛbis vero legionū archiepā-
tū inclito dubꝛicio dedit. Cūq; hec et alia
in regno ſuo rite diſpoſuiſſet: ꝑcepit mer-
lino vati: ſaxa circa ſepulturā erigere: q̄
de hibernie nauigio attulerat. Et factū
eſt ita. Perempto tandē veneno aurelio
rege ⁊ regnante paucis annis vther fra-
tre eius: arthurus filius ei⁹: ope dubꝛi-
cij ſucceſſit: qui ſaxones audacter pluri-
bus pꝛelijs aggreditur: nec tamen illos
a regno fundit⁹ extirpare potuit. Sub-
iugauerāt enim ſibi ſaxones totā partē
inſule que eſt a flumie hūbꝛie vſq; ad ca-
thanenſiū equoꝛ pꝛotēditur. Ea pꝛopter
cōuocato arthurus clero regniq; pꝛima-
tibus quid potiſſimū cōtra paganoꝛū ſa-
xonū irruptionē faceret: cōſuluit. Cōmu-
ni tandē cōſilio mittit ad armoꝛicā: id eſt
minoꝛē bꝛitanniā ad howelū regē nunci-
os: qui ei calamitatē bꝛitānie notificarēt.
Qui cū quindecim milib⁹ armatoꝛū bꝛi-

tanniā veniens ab arthuro & ſctō dubri-
cio honorifice ſuſceptus: ad vrbē lincoli-
nā a ſaxonibus obſeſſam proficiſcentes:
commiſſo bello ſex milia ſaxonū: vel ſub-
merſi vel telis percuſſi perierunt Ceteri
vero ad nemus calidonis fugiētes a bri-
tonibus obſeſſi ad deditionē coacti ſunt.
Et ſuſceptis obſidib⁹ de tributo annua-
tim ſoluēdo cum ſolis nauibus eos repa
triare permiſit. Elapſo paruo inde tēpo-
re peracte pactionis ſaxones puduit: et
viribus reparatis fedus ſuū irritum fe-
cerunt vrbēq; badonis obſidione vallāt:
que nunc bathonia vocatur. Quo audi-
to arthurus congregato exercitu cōſpe-
ctis hoſtium caſtris ſic ſuos alloquitur.
Quoniā inquit impiiſſimi ſaxones fidē
michi ſeruare dedignantur: ego fidē deo
meo ſeruās ſanguinem ciuiū meorū vl-
ciſci conabor. Proditores ergo iſtos viri-
liter aggrediamur: quos pculdubio ſuf
fragante xp̄o cum votiuo triumpho de-
uincemus. Hec illo proſequēte: ſanct⁹ du
bricius aſcenſo cuiuſdā montis cacumie
excelſa voce exercitū ſic affatur Viri chri
ſtiana profeſſione inſigniti maneat in vo
bis cōciuium veſtrorū pietas & patrie: q̄
proditione paganorꝫ exterminati vobis
ſempiternū cedēt in opprobriū niſi ipſos
totis niſibus defendatis. Pugnate pro
patria veſtra & mortē ſi ſupuenerit ſpon
te patimini pro ea. Ipſa eni victoria eſt
& anime remediū. Quicūq; enim pro fra
trib⁹ ſuis mortē ſubierit: viuam hoſtiā
ſe preſtat deo: xp̄mq; ſequi non ambigit̄
qui pro fratribus ſuis animā ponere di-
gnatus eſt. Siquis igitur veſtrū in hoc
bello mori contigerit: ſit ei mors illa oīm
delictorum ſuorum penitētia & remiſſio:
dum eā hoc modo recipere nō diffugerit.
Percepta itaq; ſancti bn̄dictione oēs ad
arma currunt: arthurus etiā humeros
ſuos clipeo ptegit quo imago ſancte ma
rie dei genitricis depicta cōſtitit: quam
ſibi crebrius in auxiliū inuocauit. Et ir-
ruens in ſaxonū cunctos adiutus ſancti
dubricij precibus multa milia proſternē
do: victoriā obtinuit: et paucos qui ſtra-
gem euaſerant ad deditionē coegit Du
bricius aūt monaſterium iltuti abbatis
quodā tēpore quadrageſime viſitauit: et
cū ſanctū ſampſonē ad ſacerdotij gradū
promoueret: vna cum ſancto iltuto colū-
bā niue candidiorē celit⁹ miſſam quouſ-
q; cōpleretur officiū ſuper caput ſampſo
nis manentē vidit. Idem etiā ſampſon
curā promptuarij habēs: cum omnia pe
ne pocula ob letitiā aduētus dubricij hoſ
pitibus erogaſſet et egenis cuiuſdā fra-
tris inuidia: qui paulo ante eodē officio
fungebat̄: delat⁹ eſt ſe quicq̄d in cellario
pot⁹ habuerat pdiga manu dilapidaſſe
Exorto idcirco inter fratres murmure:
ſampſon nimis erubeſcēs: cū ſctō dubri-
cio rē geſtā retuliſſet: et ei⁹ auxiliū in tā-
ta neceſſitate poſtulaſſet: mot⁹ ep̄s ora-
uit dn̄m vt ſampſonē a cordis amaritu-
dine liberare dignaret̄. Et cellariū comi
te ſampſone ingreſſus: extenſa manu et
data bn̄dictiōe: oīa vaſa plena repta ſūt.
Cōfluētib⁹ vndiq; populis ad btm̄ du-
briciū & egris meritis eius corporꝫ & ani
marū ſalutem reportātib⁹: quidā potēs
regali proſapia ortus: flexis genibus eū
exorauit: vt filiam ſuā energuminā ſua
p̄ce a demonio liberaret. Mox vir dei pro
cidens in terrā facie lachrymis pfuſa de
um p̄cibus pulſās: puellā ſanauit. Que
ſeculo renūciās: doctrinis viri dei adhe-
ſit: & deuote deo ſeruire ſtuduit. Dubri
cius tandē infirmitatib⁹ et ſenio graua-
tus: laborioſum op⁹ ep̄i dereliquit & here
miticā vitā cū plurib⁹ diſcipulis labore
manuū ſuarū viuētib⁹ in quadā maris
inſula ſolitarie vixit: et octauodecio kal̄.
decembris vitam glorioſe finiuit: & in ea
dē inſula vt viuens iuſſerat ſepeliri me-
ruit. Aſſerunt enim antique britonium

hiſtorie multa ſanctorũ martyrum ⁊ con
feſſorũ milia in illa inſula noīe euly ſepul
turā habuiſſe. Hec enim pauca de mul-
tis enucleauim⁹ viri ſcti geſta: cum mi-
racula eius nõnulla ⁊ ſancte cõuerſatio-
nis ei⁹ exēpla mēbranis impreſſa vł igni
bus hoſtiũ exuſta ſeu ciuiũ exilio fuerāt
vt fertur deportata. Anno aũt dñi qui-
gēteſimo duodecimo ſctũs dubricius mi
grauit ad dñm: ⁊ anno dñi milleſimo cē-
teſimo viceſimo nonis maij ab inſula eu
ly ab vrbano laudaueñ epõ trāſlatũ fuit
corp⁹ ſancti dubricij et quarto kał. iunij
in eccleſia laudauenſi honorifice recondi-
tũ. Eodē vero tēpore tota glamorgācia
nimia ſiccitate afficiebať: nam plurib⁹
ſeptimanis in ꝓuincia illa pluuia de ce-
lo nõ deſcēderat: in aduētu ſctārũ reliqui
arum pluuia copioſa ſuper terrā illapſa
incolas letificauit. Cũ aũt epi duo oſſa
ſancti in pelui lauare inciperēt reliquijs
cõfeſtim vnda intinctis ebullire limpha
cepit ac ſi lapis ignit⁹ immiſſus fuiſſet.
Et ꝙdiu oſſa ab epis erant lota calor lati
cis auct⁹ eſt ⁊ ſon⁹ feruētis vnde audit⁹.

¶ De ſancto Dunſtano epõ et cõfeſſore.

REgnāte rege ethelſtano an-
no regni ſui primo: aduent⁹
vero anglorũ in britāniam
quadringēteſimo nonageſi-
moſeptimo: natus eſt puer
dei dunſtan⁹ in weſtſaxonica anglie pla-
ga: magnis quidem pro ſeculi dignitate
parētibus: ſed ad religionē que xp̄ianos
decet lõge maioribus. Tanta ſiquidē ra
tiõe viuētes animũ colebāt: tot pijs ope-
ribus laborātes inſudabāt: vt ſicut eidē
filio ſuo poſtmodũ diuina reuelatione in
notuit: viā vniuerſe carnis ingreſſi: ſpi-
ritibus angelicis aſſociari mererentur.
Magnũ eni deus puerũ futurũ preuide
bat: cui tm̄ muneris donatũ eſt: vt ante
mũdo ſignis innoteſceret: ꝙ hũc in mun
di huius lucē mater fudiſſet. Cũq̃ in pu
rificatiõe beate marie populus ad eccle-
ſiam in glaſtonia cõflueret: contigit pa-
trē pueri herſtanũ cũ coniuge ſua graui
da kinedrida ad eccleſiā aduenisſe: accen
ſiſq̃ cādelis: ſacris miſſarũ ſolēpnijs in-
terfuiſſe. Et cũ recitatũ eſſet quēadmodũ
puerũ iheſum in tēplũ parentes induce-
rēt: maieſtas dñi repēte ibidē apparuit:
que luminaria cũcta extinguēs: totā do-
mũ tenebroſa caligine obtexit. Pauore
igitur ſinguli tabeſcũt: rigent come: ge-
nua collidũtur: ſenſu ſtabāt herētes: ⁊ al
ternis obtutib⁹ ſtuporē indicātes. Sed
vt oĩbus clarum fieret quid hac in re que
apparuit maieſtas intēderet: extemplo
lux celitus emiſſa reſplēduit: et eum quē
puerpera manu tenebat cereũ accendit.
Si ante populus de amiſſo lumie mira-
tus eſt: nũc maiori admiratione ſimul et
exultatione detinetur. A lumie itaq̃ illo
lumē oĩbus non immerito gaudentibus
porrectũ eſt. Nato itaq̃ dunſtano cũ lin-
guā ad loquendũ tēporis proceſſu forma
re cepiſſet: a parētibus ſuis ad eccleſiam
defertur: ⁊ illis in orõne pernoctātibus:
apparuit vir ethereũ habens vultũ locũ
dixit nõ multo poſt tempore ſublimādũ:
puerum ibidē deo relinquēdũ: ⁊ beatum
illum per ſecula predicandũ. Et menſo-
ris funiculum per plana atrij extendēs:
ſic inquit edificabitur loc⁹ iſte ad prepa-
rādum corda illorum domino qui hoc in
loco per hunc puerum domino credituri
ſunt. Qua illi reuelatiõe vehemēter ga-
uiſi: immenſas deo laudes perſoluunt:
et puerũ ad ſeruiendũ dño ibidē derelin-
quunt. Qui tam in ſciētia pietatis ꝙ in
virtute ſctitatis quotidie proficiens: aſſi
due dño miniſtrabat. Ea tēpeſtate gla
ſtonia regalib⁹ ſtipēdijs addicta: mona-
ſtice religiõis penitus erat ignara. Nõ-
dũ eni in anglia cõmunis vita colebatur
non vſus deſerēdi voluntates affectaba
tur: abbatis nomen vix quiſꝙ audierat.

Venerant aũt de hibernia illuſtres viri
quidã ⁊ locũ habitatiõis ſue a ciuili mul
titudine ſequeſtratũ apud glaſtoniã ele-
gerunt. Filios idcirco nobiliũ liberalib⁹
ſtudijs imbuendos ſuſceperũt: vt qđ mi
nus ad vſum loci vbertas exhiberet: eo-
rumqꝫ quos docebãt liberalitate redũda
ret. Adeſt ergo nobiliſſimus puer dũſta-
nus inter alios vnus: immo pꝛe alijs ſo-
lus. Ubi paulo diligentius ꝙ imbecilla
etas ferre poſſet: litterarũ ſtudio intent⁹
acerrimo languoꝛe fatigatur. Cũqꝫ in li
mine moꝛs adeſſe putaretur: ecce intempe
ſta nocte celeſtis illũ medicina reuiſit quã
ei per angelicũ miniſteriũ xp̄s exhibuit.
Qui cõfeſtim de lectulo ſurgẽs ad eccleſi
am deo gratias acturus moderata velo
citate currit. Stupefacti qui ei⁹ curam
gerebãt: lento pede eius veſtigia ſequũ-
tur finem rei exploꝛãtes. Necdũ mediũ
itineris confecerat cũ malign⁹ ſpũs ſiue
eius ſaluti inuidẽs: ſeu futurã religionẽ
ſuſpectã habens: latrantiũ canum mul-
titudĩe ſtipatus occurrit: viam eunti in-
tercludere contendit. Exclamat itaqꝫ pu
er xp̄m pauoꝛe cõterritus virgã arripit
quã in faciem obſiſtẽtis inimici vibꝛãs:
ipſum cum omni comitatu: diuĩo ſufful-
tus ſuffragio in fugam compulit. Uenit
igitur ad eccleſiã et eã obſeratam inue-
niens: ſcalã ibidem repertã quaſi per ex-
ceſſum mentis aſcẽdit: ad alterã inde te-
cti partẽ qua nullus erat deſcẽſus ꝑgre-
diens: angelicis manib⁹ ad ſolum depo-
nitur: et in interioꝛa eccleſie nõ patẽtib⁹
clauſtris inducitur. Oꝛta autẽ luce: leui
ſopoꝛe depꝛeſſus in eccleſia reperitur Ro
gat⁹ vero vt tam mirabilis euẽtus mo-
dũ exponeret: nõ eſſe hoc in ſua conſcien-
tia rñdit. Certabat itaqꝫ adoleſcẽs fact⁹
gratia ⁊ affabilitate oẽs excedere: pudici
tiã ſeruare: laſciuiã fugere: appetitoꝛ ho
neſti: turpitudinis execratoꝛ: maioꝛũ na
tu colloquijs adeſſe: iuuenũ ludicra decli
nare: ciboꝛũ abſtinẽs: ſompno tẽperans
inceſſu grauis: magne fidentie ad incipi
endũ bonũ: cõſtantie ad perficiendũ. Pꝛi
cipiũ bñ agendi deũ ſemper habere: finẽ
vero eidẽ cõmendare. Lectionib⁹ ſacris
intentus erat: quarũ exercitio et vitioꝛũ
oppoꝛtunitates euitãs: virtutũ augmen
ta nutriebat. Et ꝙuis varijs ſciẽtijs ma
gnifice polleret: muſica tamen inſtrumẽ
ta ſpeciali quadã affectiõe ſcire vendica-
bat: ſicut dauid pſalteriũ ſumens: citha
rã percutiẽs: modificãs oꝛgana: cimba-
la tangẽs. Nec eo iſta cõmemoꝛamus ꝙ
his opus eſſe ad ꝑfectionẽ tendenti arbi-
tremur ſed vt multiplices dei gratias in
iuuene cõmendemus. Nã oĩbus ſecula-
ribus ſtudijs ꝑferebat ſcientiã pietatis
ſua ſemꝑ ingenia: ſctõꝝ patrũ auctoꝛita
ti contradens. Pꝛeterea manu apt⁹ erat
ad oĩa: picturã facere: litteras foꝛmare:
ſcalpello impꝛimere: ex auro argentoqꝫ
ere ⁊ ferro quicqđ liberet opari. Permiſ-
ſu tandẽ parentũ ſuoꝛũ: ad aldelmũ can-
tuarienſem archiep̄m auũculũ ſuũ ꝑfe-
ctus benigne ſuſcipitur ab eo ⁊ regi athel-
ſtano adductũ: familiariter ſtuduit com
mẽdare dicẽs. Hũc ait iuuenẽ michi qui-
dẽ plurimũ: regie vero ſtirpi nõnullo cõ-
ſanguinitatis iure deuinctũ: vr̄e excellẽ-
tie cõmẽdo: vt ſtet iugiter in cõſpectũ vr̄o
audiatqꝫ verbũ ex oꝛe dñi mei regis. Ex
periar in illo grãm vr̄am quã multiplicẽ
in maximis ſepe reb⁹ expert⁹ ſum: et de-
inceps ampli⁹ experturũ cõfido. Rex ve-
ro oblatũ iuuenẽ gratãter excipiẽs: vni-
ce dilexit: et neceſſarijs rebus regia vice
ꝑeſſe cõſtituit Et pꝛoſpatũ eſt in manib⁹
dunſtani quicqđ opis ipſe cepiſſet. Et nũc
quidẽ ſurgẽs ad oꝛandũ deũ: nũc ſedens
ad diiudicãdas cauſas hoĩꝫ: ita ſapiẽter
ac circũſpecte ſe agebat: vt et deo per oĩa
placeret: nec aliquẽ pie viuentiũ ſua cul-
pa offẽderet. Cũqꝫ videret dñm regẽ ſcła
rib⁹ curis fatigatũ: in cithara pſallebat

ſiue alio muſici gñis inſtrumēto: quo tā regis ꝙ principū corda exhilararet. Matrona quedā frequēti ac religioſo rogatu exorauit illū: vt ei ſtolā ſacerdotalē artificioſa opatione ꝑpingeret: quā poſtea ad diuinos cultus aurifactoria imitatione figuraret. Qui aſſumpta in manibus cithara: ad domū tendit religioſe: citharā in pariete ſuſpēdit: opus ad qđ venerat diligēter incepit. Cūqȝ manū opi: cor aūt atqȝ labia deo ꝑpararet: cithara illi⁹ parietis ſuſpenſa in paxillo abſqȝ vllo hoīs impulſu huius antiphone melodiā acutiſſima ſimul et diſertiſſima modulatiōe perſonuit. Gaudēt in celis aīe ſctōꝝ qui xp̄i veſtigia ſunt ſecuti: et quia pro eius amore ſanguinē ſuū fuderūt ideo cū xp̄o gaudebūt in eternū. Et exiliēs oīs familia ⁊ vociferās: hoīem nimiū eſſe ſapientē: et amplius eum ꝙ expediat ſcire proteſtatur. At ille celeſtē muſicū intendēs: admoneri ſe intelligit vt vias duriores arripiat: vt xp̄i veſtigia ꝓpius ſequat̄: vt ſāguinis ſui effuſionē nō metuat: ſed dei regnū ⁊ vitā delectet habere eternā. Accenſus ergo furore dyabolus ꝙ tā ſanctis principijs iuuenē niti cōſpiceret: inuidie ſtimulis operarios iniquitatis inflāmat: qui cōficto mendacio opinionem iuuenis apud regē ledant: aſſerētes illū malis artibus imbutū: nec quicꝙ diuio auxilio ſed pleraqȝ demonū ꝑſtigio operari. Aduertēs aūt dunſtanus faciem regis nō eſſe ſicut heri ⁊ nudius terti⁹ diſcedere parat: malens regē ſpōte deſerere: ꝙ a rege inuit⁹ derelinqui. Emulatores enim eius inſidijs iter obſidēt: ſocios diſturbant: illum equo deijciūt: ſupplitijs affligūt: et vinculis ligatū in ciſternam quādā depellūt. Intellexit ergo hoc eſſe principiū certaminis: ad quod illū diuinus nuper citharedus ꝑmonuit. Profectus inde: cognatū ſuū elphegū wentane vrbis ep̄m adijt: a quo frequēti ſupplicatione rogatus eſt: vt monachū indueret: quia inquit neceſſe eſt: vt qui ignē iehenne voluerat effugere: ignē cōcupiſcētie ſtudeat extinguere. Ignis vero cōcupiſcētie nō multū extinguitur: ſi fomēta illi⁹ humanis ſenſib⁹ non ſubtrahūtur. Sicut enī ligna ad ignē: ſic ea que ſenſibus ſubiacēt ad concupiſcētiā. Sed nulla erit fomentorū ſubtractio: ſi ſeculariū negotiorū nō fuerit renūciatio. Ex quib⁹ elicitur vt ſi ignē iehēne volueris effugere: ſeculo ſtudeas renūciare. Qđ cū facere differret: in ambiguo poſitū grauiſſima febris inuaſit: ⁊ vſqȝ ad deſperationē vite perduxit Et accito ep̄o: poſtulat ſibi dilate religionis habitū dari. Qui cum magna letitia celeriter illū mōachali ac ſacerdotali gratia ꝓmouit attitulās eū eccleſie beate marie in glaſtonia: vbi parentū ſuorū ſponſio eū dicauit ab initio. Ibi ei adherētem eccleſie cellā ſiue deſtinā ſiue ſpeluncā ſiue alio quolibet nomine rectius noīari poteſt: non enī inuenio qua illud appellatiōe vocetur: cū nō tam humani habitaculi ꝙ formā gerebat ſepulchri proprijs laboribus fabricauit. Eiuſdē vero longitudo celle nō amplius quinqȝ pedū: latitudo duos et ſemis habebat pedes. Porro altitudo ſtaturā exprimit hominis: ſiquis in defoſſa terra conſtiterit. Aliter enī neqȝ ſatis ad pect⁹ porrigitur: vt ſicut dixi magis mortui videatur ſepulchrum: ꝙ viuentis habitaculum. Unde manifeſtū eſt illum neqȝ iacēdo ſompnū cepiſſe: ⁊ ſtando deū ſemper oraſſe. Oſtiolū autem idem eſt quod paries. Quod enī ingredienti oſtiū: idem ingreſſo paries fiebat. Mediū oſtioli: feneſtrellā aperit: per quā lumen operanti irradiauit. Hec erat iuueni domus hic lectus: hoc de toto mundo ſpectaculum. Uerū humani generis inimicus: quem ante non ſinebat habitare in palatio: eū nūc nitit̄ depellē tugurio. Sub obſcuro

nāq̄ʒ veſpe cellā iuuenis petēs: immiſſo capite feneſtre incūbit: cernit illū fabrili opere occupatū: poſtulat ſibi quippiā fabricari. Dunſtanꝰ aūt neq̄ʒ eius calliditatē aduertēs: neq̄ʒ importunitatē ferēs operi qđ poſtulabatur aīm intendit. Interim ille mulierū noīa inſerere: luxurias cōmemorare: deinde religionē oſtendere: et denuo eadē repetere cepit. Tunc dunſtanus quis eſſet intelligens: tenacula quibus ferra tenebat fortiter ignire ⁊ ſuppreſſis labijs xp̄m inuocare conat̄. Cūq̄ʒ tenacula candentia videret: celeriter de igne ea rapit: larualē faciē tenaculis includit: ⁊ totis viribus monſtrū introrſum trahit. Iā ſtādo vires ſumebat dunſtanus. Cū is qui tenebatur auulſo pariete de manibꝰ ſe tenētis aufugit tales immani rugitu fremens vlulatus. O quid fecit caluus iſte: o quid fecit caluus iſte? Tenui nāq̄ʒ ſed formoſa eeſarei erat ⁊ ea re talia de homine clamitabat. Mane aūt facto: congregata eſt ad eum nō ꝑua p̄p̄li multitudo: ſciſcitās quiſnā ille clamor fuiſſet: qui tanta eos vehemētia dormientes terruiſſet. Demonis ait furor ille fuit qui nuſq̄ me viuere ſinit: e cella quoq̄ʒ eijcere tēptat. Caute vos agite ab illo: quia ſi vocē irati ferre nō potuiſtis: ſocietatē dampnati quo pacto ſuſtinebitis? Poſt hec vero dunſtanꝰ corpꝰ ſuū inedia macerare: aīam iugi oratiōe decorare ſatagebat. Unde cū pudicitia corporis tātam cordis mūditiā obtinere meruit: vt vix eū latere poſſet quicq̄d ſiniſter ſpūs molitus fuiſſet. Fama itaq̄ʒ noīs eius vniuerſam percurrit regionē: que ad vidēdū hominē dei corda accēdit. Oīs etas vterq̄ʒ ſexus dunſtanū loquūt̄ ſapientiā eius predicāt: virtutē magnificāt. Mulier quedā noīe alfgina regali ꝓgenie orta: magnarū diuitiarum: que omne ſemē regiū materno ſemꝑ affectu dilexerat: nutrierat innixa manibꝰ ſuorū: ad hoīem dei acceſſit: ſctiſſimo illiꝰ colloquio perfrui deſiderās. Que cū ex ore illius verbū audiſſet: adeo delectata eſt dulcedine vite eterne vt vlterius neq̄ʒ domū repetere: neq̄ʒ loco diſcedere: ſed cum btō dūſtano manere: viuere: mori eligeret. Habitationē iuxta eccleſiā ſibi fabricauit: multe cōtinentie ⁊ opibus bonis ⁊ elemoſinis operā dedit. Plures ſacri ordinis viros in loco ſtatuit: quibꝰ neceſſaria iugiter miniſtrauit. Cūq̄ʒ graui corporis infirmitate laboraret: dunſtanus ad eā intrās cōſolatur ⁊ hortat̄ illā vt nudā ab oī mūdana ſpecie ſe faciat: ne ī trāſeunte quicq̄ ſuū princeps mūdi inueniat. Cui illa. Iheſum xp̄m rerū mearum heredē facio: te vō hereditatis tutorē cōſtituo: vt quicq̄d illum cognoueris velle tui arbitrij ſit effectui mancipare. Dunſtanus vero gazas eius mobiles continuo paupibꝰ erogauit: cetera ad eccleſiarū ſubleuationē reſeruabat. Et dū veſpe oſtiū ecclie pſallendo p̄teriret: erectis ad celū oculis: ſpm̄ ſctm̄ in colūbe ſpecie videt deſcēdentē: cuiꝰ corpꝰ omni cādore nitidiꝰ alarū remigia ſintillātis ignis ſplēdorē per aera ſpargebāt. Quē ille cōtemplatꝰ domū matrone ſubintrantē vidit. Cōfeſtim regreſſus aſpexit domū diuino fulgore ſplēdētē: audit feminā gr̄as deo agentē: mirat̄ colloquiū: et dicēdi finē patiēs auditor expectat. Demū ſubintrat ſtelliferi illiꝰ nomē requirit: nūciū interrogat. Illa aūt modeſte ſubridēs: illi ait Tu ſtelliferū anteq̄ huc venires vidiſti: ⁊ nūc cui ſim locuta interrogas? Ip̄e eſt qui tibi ad oſtiū ecclie pſallēti apparuit: q̄ ⁊ me de pauore imminētis mortis perterritā: viſitatiōis ſue gratia cōſolari dignatus eſt. Annūtio itaq̄ʒ oībus amicis meis triſtandum de nica morte nō eſſe: quoniā me ſuſcipiet claritas eterne vite. Tibi autē ſingulari amico gr̄as refero: q̄ʒ tuis ſemꝑ inſtructa admonitionibus

⁊ adiuta oꝛationibus: ecce ad deū vado.
Que cum ſpm̄ tradidiſſet deo: in eccleſia
beate marie honoꝛifice ſepulta eſt. Dū-
ſtanus vero tum de illiꝰ tum etiā de ſui
ipſius patrimonio ſollicitꝰ: nā vterq; pa
rens obierat: nec pꝛeter eum alium here
dem reliquerāt. Pꝛimo quidē viciniores
patrimonij terras eidē eccleſie contulit:
ceteras fundādis quinq; monaſterijs re
ſeruauit. Que monaſteria pꝛoceſſu tēpo
ris per eius induſtriā monachoꝝ mune
ro ⁊ diuitijs mlt'iplicit aucta ſūt. Ex
inde dunſtanus maioꝛibꝰ ſeſe virtutum
pfectibus ſubdens: depꝛecatus eſt dn̄m
oſtendi ſibi gloꝛiā iuſtoꝝ vt qui eam per
fidem bene creditā haberet: per manife-
ſtationē cognitā: dulcius amaret. Talia
ex coꝛde meditanti: aſtitit iuuenis deco-
re inſignis quē puer olim in coꝛpoꝛe ipſe
puer agnouerat: et ſetā ſemp familiari-
tate dilexerat: referēs ei eterne vite gau
dia: illū in hoc ſeculo plura paſſurum de
monū inſidias: malignitates hominū: ad
ſummos gradꝰ illum aſcenſurū: multa
milia hoim deo lucraturū: et poſt hec ad
celeſtia regna migraturū. Sed cū dicen
ti aſſenſum nō dediſſet: appꝛehēdit eum
iuuenis ⁊ in atriū eccleſie deducens: oſtē
dit ei locū eatenus incōuulſum ⁊ ait. Ut
de auditis ſingulis dubietas oīs aufera
tur ante triduū pꝛeſbiter quidā hic ſepe-
lietur ⁊ nondū infirmatur. Exurgēs au
tem mane ab oꝛatiōe dunſtanus: conuo-
catis in vnum clericis ad locū venit. Po
ſitoq; ſigno ait. Si vera ſunt que michi
nocturno tēpoꝛe oſtēſa ſunt: ante tres di-
es pꝛeſbiter quidā hic ſepelietur ⁊ nondū
infirmatur. Uix illis ab inuicē digreſſis
ſuperuenit pꝛeſbiter quidā: qui facta cū
clericis cōuentione: pꝛefatū locū in ſepul
turā obtinuit dicens. Cū me deus de coꝛ
poꝛe migrare iuſſerit hoc ī loco meas pꝛe
coꝛ reliquias ſepelite. Receſſit pꝛeſbiter
ſanus nocte rediit egrotus: obijt in cra-
ſtino: ⁊ in loco beato patri aſſignato ſepe
litur. Defuncto tādem rege ethelſtano
frater eius edmūdus in regē erectus eſt
Qui ſtatim accito dunſtano inter palati
nos pꝛoceres ſummū tenere fecit pꝛinci-
patū. At ille iuſticiā et iudicium vbiq; in
terra collapſum exaltare cupiēs: tā regē
ꝗ oēs angloꝝ pꝛincipes iuſticie legibꝰ
ſubmittere curauit. Iterū ſicut olim a
pleriſq; nobiliū: maloꝝ ſatoꝛe ſtimulan
te: in pſperos dūſtani ſucceſſus eſt offen
ſum: ⁊ regi vt a cōſoꝛtio illoꝝ pelleretur
falſa criminatione ſuggeſtū Rex aūt plꝰ
honeſto falſis fauoꝛē attribuens: dunſta
nū et rebus et gratia regia pꝛiuatū a cu
ria perturbari iubet. Adueniēte vero ter
tia luce rex venatum pergēs: per deuia
queq; fugiētē ceruū inſectari cepit. Om-
ni tandē fugiēdi libertate negata: beſtia
pꝛecipitiū qḋdā arduū et excelſum valde
petit ruit: ⁊ in partes minutiſſimas con
trita deperit: ⁊ canū ſequētiū ſimilis in-
teritus euenit. Cūq; regē illuc equus ad
ueheret: viſo cominus qḋ pꝛe ſe foꝛtuna
pararat retraxit habenas: vectoꝛē reſle-
ctere niſus. Et ecce ruptis repēte frenis
regē veloci curſu equus aſpoꝛtat. Dn̄o
igitur de ſe diffidēs celeſte auxiliū implo
rat: ſicq; confitendo oꝛat. Deus rex oīpo
tens qui cū ſis ſuper oīa excelſus humi-
lia reſpicis et alta ſemper alonge cognoſ
cis: adeſto nunc non regi ſed homini cete
ris moꝛtalibus ſimili: in ſuppꝛemo moꝛ
tis periculo conſiſtenti: nec reminiſcaris
iniuriarū fideli tuo dunſtano per me illa
tarū: qm̄ ſi me ipſius meritis a pꝛeſenti
moꝛte eripueris: quo aduinā deuotū me
tui nominis et illius laudatoꝛē habebis
Nec dum plene v̄ba finierat cū animal
quaſi diuina manu retētū: in ſummo vo
raginis fixum manebat Tunc rex coꝛde
pariter ⁊ oꝛe deo grās referēs: dunſtanū
adeſſe iubet: ⁊ que per illū diuinitas ope
rata ſit coꝛā omnibꝰ exponit Et appꝛehē

ſa dextera eius/oſculatus eſt earn i dicēs.
Agnoſco viroꝝ ſctiſſime qd in te cōmiſe⸗
rim mali: nō ꝙ ego voluerī: ſed qđ a peſ⸗
ſimis hoībus coact⁹ id fecerim. Gratias
ago clemētie dei que nō ſolum debitū mi⸗
chi ſuppliciū noluit inferre: verū etiā a
precipitio mortis eripiens longioris vite
ſpacia in tuo noīe conceſſit. Sit ergo de⸗
inceps inter nos perfecte familiaritatis
integritas ſit in diſponēdis in palatio re⸗
bus libera ſemꝑ tibi facultas ſit in toto
angloꝝ regno iudicādi inter virū ⁊ pro⸗
ximū eius ſumma poteſtas. Et vt animi
mei affectū circa te cognitū habeas illū
tibi locū in quo te genitū/educatū/con⸗
uerſatū accepi: perpetuo iure poſſidēdū
trado: vt quodcūq̨ de illo velis ſtatuere
tui arbitrii ſit conſiderare. Nō ſi eius or⸗
dinis cui⁹ tu habitū geris ibidē agrega⸗
re volueris quicqd eis in quacūq̨ re de⸗
fuerit: ego ob gratiā tui regia liberalita
te ſupplebo. Dunſtanus igiť ecclie fun⸗
damēta iacere officinas ſcđm exemplar
olim ſibi oſtēſum cōſtruere egregiū mo⸗
nachorum collegiū coadunare curauit.
Quibus ipſe primus abbas effectus: ad
tantā vite perfectionē oēs adduxit vt ad
oēs circūquaq̨ ecclias ex eiſdem mona⸗
chis pontifices electi et abbates aſſūpti
ſint. Quadā eni nocte oranti Dunſtano
malign⁹ ſpūs in imanē lupū ſe trāſfigu⸗
rat: iterūq̨ poſt paululū vulpē blandiē⸗
tem confingit. Quā ille ſpecierū varieta
tē ſubridēs: o te inquit ꝑ omnia ſimilē ti⸗
bi/o formas tue actione congruas vt in
altero cruētū/in altero te cōprobes frau⸗
dulentū. Vade iā inimice: qm in ei⁹ noīe
te vincā in lupo ⁊ vulpe q te in leone ſu⸗
perauit ⁊ drachone. Videns autē vir dei
ſe magnā a demonib⁹ inuidiā pati adhi⸗
buit vite ſue patronū andreā apl̄m vt eſ⸗
ſet fidus interpres apud deū: aſſidu⁹ in
terra comes atq̨ in omnibus mūdi hui⁹
turbinibus indeficiēs cuſtos. Hui⁹ ipſe
aſſidua ꝓtectione quaſi muro vallatus:
que mūdi ſunt tranſcēdit: ⁊ in amore dei
iugi meditatione quieuit. Unde ſuauiſſi
mis ſupernoꝝ ſpirituū concētibus ſepe
intereſſe ꝓmeruit vt q angeloꝝ cōuerſa
tionē agebat in terra: illoꝝ ſocietatē ag⸗
noſceret in celo. Cū aūt regi Edmundo
fili⁹ naſcereť noīe Edgar⁹: audiuit bea⸗
tus Dunſtan⁹ angelos in celo gratulan
tes et cū magna exultatione pſallentes.
Sit pax ſit magna angloꝝ ecclie leticia
q̄diu puer nat⁹ regnū tenuerit ⁊ nr̄ Dū
ſtan⁹ mortalis vite metas tranſegerit.
Apud batenſem eccleſiā dū ſolitarius
oraret repēte ad ſupna rapt⁹ aīam cuiuſ
dam diſcipuli ſui apud Glaſtoniā educa
ti inumera angloꝝ frequētia hic inde ſti
patā atq̨ inmēſi luminis fulgore pfuſā
ad celi palaciū ꝑuehi ꝯſpexit. Cōtingit
vt regē loquēdi ſibi cupidiſſimū Dunſta
nus adiret diabolū ſcurre ſimillimū co⸗
ram equitantib⁹ deprehendit ſaltantē: ⁊
quaſi de futuro aliquo lucro gloriātem.
Cui⁹ preſentiā dū populo indicaſſet for⸗
māq̨ oīm ꝯſpectib⁹ horribilē ex imperio
denudaſſet requiſitus qđ eiuſdē monſtri
tam petulans leticia ꝓtenderet: ille mor
tem regis regniq̨ mutationē ꝓximā eſſe
denūciat. Poſt hec vero infra ſeptē dies
et rex occidiť ⁊ regnū mutať. Sepulto
apud glaſtoniā rege edmūdo: ſucceſſit ei
in regnū frater ſuus Edredus: cultor iu
ſticie ⁊ pietatis deū valde diligēs. In cu⸗
ius cōſpectu pať Dunſtan⁹ adeo precio⸗
ſus erat omni cū hūano generi preferret
vt principē teſtamētoꝝ ſtatueret theſau
ros ei delegaret aīaꝝ corp⁹ ⁊ regnū ꝯmit
teret nec qſq̨ in toto regno angloꝝ eſſet
qui abſq̨ ei⁹ imperio manū vľ pedē mo
ueret. Proinde Dunſtan⁹ quaſi rex ⁊ re
gis imperator effectus: virgā equitatis
et iuſticie ꝑ oēs angloꝝ fines extēdit: ec
cleſias quas ipſe fūdauerat: aut ab aliis
fūdatas egeſtas oppreſſerat ampli⁹ poſ

feſſionibꝰ releuare curauit. Defũcto elphego wentane vrbis epiſcopo: cum rex edredꝰ dunſtano paſtoralẽ ſuſcipere curã pſuadere nõ poſſet: regine matri ſue cadine verbũ poſuit ſuadele. Quõ cũ inſtãter regina feciſſet: ille reſpõdit. Nolo ait dña illud a me expeti: qđ vl' cõceſſum meos amicos perturbet: vel nõ cõceſſum tuos offẽdat. Neqꝫ enĩ neſcio ꝙ difficulter ſuã quiſqꝫ añ tribunal xp̄i cauſam agat ne dũ aliene cauſe cognitor aut iudex exiſtat. Cumqꝫ illa negãtẽ ſuis adhuc rationibꝰ tenere voluiſſet: motꝰ ille pauliſper ait. Certiſſimũ habeto dña in diebus filij tui pontificali infula me nõ eſſe ſublimãdũ. Cũqꝫ ſopori mẽbra dediſſet: aſſũt ei in ſompnis apoſtoli dei petrus et paulus cũ ſancto andrea gladios in manibꝰ tenẽtes. Erat aũt ſcriptũ aureis litteris in gladio petri. In principio erat verbũ ⁊ verbũ erat apud deũ: ⁊ deus erat verbum. Ceterorũ gladijs noĩa tenẽtiũ ſcripta erant: pauli paulus/andree andreas Hos gladios officioſa benignitate ſibi obtulerũt. Interea andreã exhilarato vultu aſpicit concinentem. Tollite iugum meum ſuper vos et diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde: et inuenietis requiem aĩabꝰ veſtris. Tunc a beato petro iuſſus leuam extẽdere: modicum crepitãtis ferule ictũ excepit. Hoc ab illo audiẽs Hoc tibi ſit et pena abiecti et ſignum vlterius non abijciendi pontificatus. Euigilãs autem vir dei gratias egit deo: cuius munere ita ſe cõſpicit honoratum et diuinitus viſitatum. Cumqꝫ regi cũcta narraſſet: ille viſionem abſoluens dixit. Quoniã per arma apoſtolice benedictionis poteſtas exprimitur pontificalis: noueris te pro eo quod iugum domini contempſeris increpatũ: aut diuina electione futurum pontificem deſignatũ. Porro quod in principio erat verbum gladio petri apoſtoli ſcriptũ vidiſti: cum verbũ dei ſit vnigenitꝰ filius dei qui hõ pro hoibus inter hoĩes factus eſt: pfecto ſcias te ſedis eiꝰ pncipem futurũ que xp̄i nomine cãtuarie honoratur. Interi vero rex edredus letali morbo correptꝰ decidit in lectũ et celeriter nũcios mittit qui patrẽ vite ſue dunſtanũ accerſiant: vt ſit confeſſionũ ſuſceptor et fidelis apud deũ interceſſor. Contriſtatus igitur dũſtanus quãta velocitate potuit: amicũ regem inuiſere pgit. Uidens aũt illum deus ⁊ cordis dolore affligi et corporis laborem pati: nõ eſt paſſꝰ vt vltra illũ afflictio tãgeret qñ ⁊ dolorẽ liniuit ⁊ laborẽ imminuit Naꝫ cũ eſſet in itinere et mẽbra ieiunijs cõfecta fatigaret: vox ab ethere lapſa inſonuit dicẽs. Ecce rex edredꝰ obdormiuit in dño. Ad quã vocem equus cui inſidebat percuſſus interijt. Et ſuis rem aperiens: cõmendauit animã regis defuncti in manu regis eterni. Huic edredo ſucceſſit edwinꝰ filius edmũdi regis: etate quidẽ iuuenis ⁊ nulla regnãdi gratia pollens. Qui neqꝫ ipſe ſapiens neqꝫ ſapiẽtũ cõſilio acquieſcẽs: ſed alter roboã deſpectis maioribus natu puerorũ conſilia ſectabat. Optimũ reputabat queqꝫ rebus ſpoliare/locupletes proſcribere/exheredare eccleſias/detrahere religioni/in ciuitatibꝰ exactiones exercere/libidine ardens: ſine intermiſſione eſtuabat ad coitum. Ob hoc dũſtanus grauiter offẽſus frequenter eũ acriter in locis opportunis increpare cepit: ille increpãtem ridere et multa illi mala minari nõ timuit. Poſtꝙ aũt induſtriã ſuam nihil preualere videret: omnino decreuit eiꝰ colloquio abſtinẽdũ: ſicqꝫ ad monaſteriũ ſuũ regreſſus eſt. Erat aũt i monaſterio turris extructa: quã necdũ vlla in ſupremo cacumine tectura claudebat. Cũqꝫ populus trabẽ totius operis ſuſtentatricem ſummis muris applicare contenderet: repẽte ruptis funibus eadẽ trabes deorſum

ruere cepit. Clamor ingēs fit toti⁹ popu li: dunſtanū iteratis vocibus perſtrepē tis: At dunſtanus eleuatam dexterā ma chine oppoſuit: e regiōe ſigno crucis tra bem depingit. Necdū ſctā manus ſāctos cōtraxerat digitos: cū ea que vergere ce perat trabes: nō viculis aſtricta/nō ma chinis leuata/nec vllo hūani ingenij ap paratu ſuſtentata: ad locū de quo ruere ceperat reuehitur. Tranſlat⁹ hoſtis an tiquus in ſpeciem vrſi hiante rictu oran tem aggreditur dunſtanū: iniectiſq̃ vn gulis paſtoralem quā manu tenebat vir gam cōplectitur atq̃ ad ſe trahere conat̄ At dūſtanus diuino ſpiritu fortiter ro borat⁹ retractū ad ſe baculū erigit in ſub lime: fugientē beluā diriſſime cedit/nec prius mōſtrū cedēdo deſiſtit q̃ flagellu; in tergo illius trib⁹ in partibus cōminu tū apparuit. Victus enī in ſe diabolus in alijs victorem ſuū vincere querit. Nā rege prefato (eodē quo conſecrat⁹ fuerat die) in turpes concubitus publice deuo luto: nemine tamen cū redarguere auſo pari oīm voto dūſtan⁹ cōpellitur qui re gem adeat diuina humanaq̃ ratione re giū ſtuprū cōpeſcat: mulierem adulterā ſuſpēdij cōminatione pcellat. Quo facto regē a mechali thoro violēter abſtraxit: poſitaq̃ in capite eius corona corā archi epiſcopo odone adduxit. Itaq̃ mulieris animū diabolus inſtigat/regis irā muli er exaltat: ambo exilium dunſtano inten tant. Oēs monachorū ecclie brgēte regis edicto ſuis reb⁹ ſpoliabāt: et de ſcriptis oībus cū ipſe proſcriptus fuiſſet: inter la chrimas monachorū et gemit⁹ pauperū audita eſt in atrio tēpli vox plaudētis di aboli quaſi vox iuuēcule acriter atq̃ mi nute cachinnātis. Quē dūſtanus ſeuera frōte ſuſpiciēs: nihil ait ſuper exilio meo graturleris: qm plus eſt q̃ me redeūte do leas q̃ quicq̃ me exulāte letari valeas. Quo dicto: malign⁹ ille cōfeſtim abceſſit

Dūſtan⁹ vero in flādriā nauigās: in mo naſterio gādauēſi arctiſſimā vitā duxit. Nec tñ ceſſat mulieris veſania: q̃n oībus qui dūſtanū hoſpicio fouerāt perſcruta tis/proſcriptis/dānatis/ipſiuſq̃ oculis eruendis: iniquitatis miniſtros rex trāſ mitteret. Verū diuina clemētia miſeran te illū ante gallia ſuſcepit: q̃ ſerui iezabe lis fluct⁹ maris attigiſſent. Exulat itaq̃ dūſtan⁹ nulla exilij dāna deplorās: dum ſuis meritis ita ſibi oēs deuinceret vt pa triam eſſe exiliū putaret. Illū quoq̃ apo ſtoli andree cōſolatio fouit: qui nulli⁹ rei quā ipſe expeteret: eū indigere permiſit. Inſurgūt interim cōtra regē oēs ab hū bre fluuio vſq̃ thamiſim ⁊ ipſum cū ad ultera fugientē perſequuntur: ⁊ qua di gna fuerat morte cōprehenſam adulterā multāt: ⁊ regē latebras querentē vſq̃ cā ciam fugere cōpellunt. Deinde accito fra tre ei⁹ edgaro: ſuper puincias int̄ aquas pdictas regē ſtatuūt. Edwinus vero fla gitia nō deſerēs: in cancie regno aliq̃ diu tirānizat. Edgar⁹ ad regimē regni aſ ſumpt⁹ conſiliū cōuocat/iniqua frīs de creta annihilat/a frē ablata reſtituit/dū ſtanū ab exilio in magna gloria reuocat: nec ante a precib⁹ quieſcere voluit q̃ pa ſtoralē curā wigornienſis ecclie dūſtan⁹ ſuſciperet. Qui cātuariam ſacrādus ad ueniēs: ab odone archiepō cū honore ma ximo ſuſceptus eſt: ⁊ cōſecrationis mini ſteriū nō quaſi ſuper antiſtitē ſed ſup ar chiepm cātuarienſem hilariter cōpleuit Ob hoc a clero reprehēſus: ſic rñdit. Si diuinis humana nō cederēt iure mihi ho minū auctoritas ptendi poſſet: nūc vero qm̄ autor oīm de⁹ eſt nō poſſum illud nō facere qđ faciēdū ſpiritus dei dignat⁹ eſt pcipere. Erit nāq̃ beat⁹ iſte prim⁹ poſt mortē meā hui⁹ ſedis archiepſ: ⁊ aduer ſus mūdi pricipē fortiſſim⁹ preliator. In terea mortuo ipiſſimo rege edwino atq̃ in ſortem malignorum ſpirituū tranſla

to dunſtanus in eccleſia cui pꝛeerat cū oꝛationib⁹ vacaret: ecce tartarea cohoꝛs ſub eius aſpectu exultando quaſi choꝛū ducere: ⁊ veluti de capta pꝛeda letas victorias agere cepit. Inquirit dūſtanus cauſā leticie: audit regē obijſſe aīam illius iehēnalib⁹ ſtatim incēdijs tradendā: ſed pꝛius hoc ſibi ex diuino imperio nūciandū foꝛe. Motus iccirco pietate dūſtanus in terrā pꝛoſternit̄: copioſus ex oculis lachꝛimarū imber pꝛoducitur: pulſat deū pꝛecib⁹ nec oꝛando quieſcit quouſq; ſpiritū regis liberatū agnoſcit. Peracta aūt bꝛeui moꝛa: redit triſtis legio īferna lis magnoq; clamoꝛe in has voces erū pit. O te peſſimū hoīm/ o fidei alienū/ o noſtris bñficijs ſemper ingratū. Nos detulim⁹ obſequium: tu nobis retuliſti ſupplicīū ad vlciſcēdas īiurias tuas de regione tenebꝛaꝝ venim⁹ ⁊ ecce aduerſis inpꝛecationib⁹ tuis confuſi redim⁹. Cūq; ille depꝛoniēde veritatis pꝛeceptū demonib⁹ indiceret agnoſcit animā regis angelica virtute illis ſublatā ad ſtatutū terminū ſub ſignaculo ſeruatā nihil iuris in illā demones habere: ſed in ſoꝛtē penitentiū animarū eandē cedere. Tunc ille exultās in dño: furoꝛes illoꝝ tali ratione cōpeſcuit. Quid inq̄t iniuſti actū eſt vobis? Si peccauit homo iſte in xp̄m et in me peccauit: ſed qm̄ meas ꝓpter xp̄m dimiſi iniurias dimiſit ⁊ ſuas xp̄s cū eius ego clementiā depꝛecatus ſum. Qđ ergo xp̄s ⁊ ego dignati ſum⁹ clemēter indulgere: vos qua temeritate audetis impꝛobe repꝛehendere? Qua ſentētia ſpiritus maligni quaſi ſagitta ꝑcuſſi velut muſce a vēto rapte diſſiliūt. Defuncto lōdonienſi ep̄o rogatu regis ⁊ pꝛīcipū dūſtanus ſucceſſione donatur: a ciuibus vrbis impoꝛtunis vocibus nomē illi⁹ acclamatur. Neq; illū iuuit excuſatio canonum auctoꝛitate pꝛetenſa: qui duas eccleſias vni ep̄o fieri poſſe non permittūt. Sicq; vtriq; eccleſie londonienſi ſcʒ ⁊ wigoꝛnienſi pꝛeſidens: vtrāq; regēs vtriuſq; pꝛopꝛi⁹ ep̄s fuit. Sicq; gladiū pauli habuit: quē ſibi deſtinatū olim ipſe detulit: ⁊ ad diuidēdos eccleſie inimicos habendum tradidit. Moꝛtuo quoq; archiep̄o odone: cū rex dunſtanū adiuraret vt archiep̄atum ſumeret: nec ille adiuranti vlla ratione aſſenſum pꝛeberet: elſin⁹ wintoniēſis epiſcop⁹ paratis aduocatis quorū man⁹ impleuerat ſurrepto regis edicto cantuariā intruſus eſt. Hic enī et ante odonē archiepiſcopatū ambierat: ſed cuſtos eccleſie ſue xp̄s ambitionem illi⁹ impediebat. Pꝛimo itaq; apud cantuariam exceptionis ſue die non abſtinuit q̄n cōceptas mēte furias euomeret: ⁊ tūbaꝝ beati odonis pedibus pulſans ait. Peſſime ſenex animam effudiſti ſero ſatis te melioꝛi locū feciſti. Itaq; quod diu cōcupiui: te inuito teneo vñ tibi malas gratēs ago. Cum autē cubili ſe dediſſet: vidit beati odonis effigiē impꝛoperare con uitium minari exitum. Ille vero qui volatico fantaſmate ſe putabat deludi: ad recipiendum palliū romam pergit: per alpes tranſijt vbi niuali frigoꝛe congelatus exēterratoꝝ equoꝝ ſpirātib⁹ adhuc extis pedes quibus tumbā odonis pulſauerat inuoluit: et ſic miſere interijt vt q̄ ab amoꝛe celeſtiū friguiſſet in coꝛde per frigoꝛis aſperitatem periret in coꝛpoꝛe. Et qui alienos honoꝛes ambire pꝛeſumpſiſſet: ipſe in aliena regione moꝛtu⁹ honoꝛem pariter et vitā amitteret. Iterū pꝛeces dunſtano de archiepiſcopatu fūduntur: nec quicq̄ in animo illius cōſenſus operantur. Quapꝛopter berthelin⁹ doꝛſetenſium epiſcopus ad archiepiſcopatū aſſumptus: et poſt paucos dies ad tantū onus minus idoneus inuent⁹ non ſine verecundia redijt ad eccleſiam ſuā. Dunſtan⁹ igitur regis et epiſcopoꝛū impoꝛtunitate ſuperat⁹ ad archiepiſcopa-

tum electus eſt. Romam profectus a papa iohanne palliū ſuſcepit & angliam redijt. Primo enim apud cātuariam aduētus ſui die cum ſacris altarib9 aſſiſteret et populo dei viuificū panē diſtribuēdo porrigeret: repēte cōtecta nube domo columba de cele deſcendens quouſqз ſacrificium fuiſſet cōſummatum ſuper illum manſit. Peracto aūt ſacrificio requieuit ſupra tumbā beati odonis que in modū piramidis ad auſtralē partē altaris conſtructa fuit. Ex qua die ſanctū odonē ita dūſtan9 reueritus eſt: vt nunq̄ pertranſiret niſi genua flecteret bonumqз illū vocaret ita dicens: requieſcat odo bonus

Pedicabat aliquando dūſtanus eccleſiam cuiuſdā nobilis vbi dū aqua deficeret ad miniſterium: & ille nobilis turbaretur premiſſa ad deū prece baculo terrā percuſſit et arida rupes aquā produxit: que vſqз hodie manans ac ſalutiferū poculum prebens dunſtani nomē celebre facit. Cū enim a forenſibus reb9 requies data fuiſſet tunc ſecretius cū deo manere cepit: ſacris vigilijs inſiſtendo/ diuinas ſcripturas legēdo/ aut earū codices emēdando. Summūqз ei ſtudium fuit vt nūq̄ a diuinis operibus vacaret. Sed nūc verū iudiciū inter virū et virum diſcernere nunc impacatas hominum mentes placido ſermone tranquillare: horum inepta diſſoluere coniugia illorum heereticam refutare opinionem. Hic neglecta reuocare illic noua conſtruere viduis orphanis ac pegrinis ex iuſtis eccleſie redditib9 ſubuenire. Proinde rex cōſilio ei9 vt vite ſue credens et omne quod ab eo diceretur quaſi ab omnipotentis ore prolatum fuiſſet ſuſcipiens quecunqз ſtatuenda erant ſtatuit quecunqз dampnanda dampnauit. Omnes eccleſiarum miniſtros qui aut venandi ſtudio intēti aut queſtuoſis negotijs dediti ſeu fornicationis inſolentia deturpati etatem agere ſolebant: aut diſtricta animaduerſione decreuit cohercendos aut de eccleſijs expellendos. Unde factum eſt vt quarundam clariſſimarum eccleſiarū miniſtri dum voluptatem honeſtati preferrent: regali ſanctione de eiſdem eccleſijs expulſi melioribus ſe et alterius ordinis viris ſua loca reliquerent. Hoſtis enim antiquus totius eccleſie gaudia cupiens diſturbare: accendit animū regis in amorem deo ſacrate virginis: vt quoniam a tramite iuſticie dunſtanū deijcere non poſſet eū quem precipue diligebat deijceret. Perpetrato itaqз in virginem velatam peccato atqз ad publicā populi audientiam perlato: dunſtanus tam pro culpa q̄ pro regis infamia grauiſſimo dolore affect9 mox illum veluti alterum dauid redarguendum alter ille nathan intrepid9 adiit. Cui aſſurgens rex cum manum extenderet vt eum ad regium thronum deduceret: ille renuens manum dare oculos cum indignatione in illum torſit et ait. Tu pontificis manū audes tangere: qui virginem deitatis munere aratam nō timuiſti preripere. Sponſam conditoris tui adulteraſti: et amicum ſponſi aliquo tuo obſeq̄o exiſtimas poſſe placari? Nolo amicus eſſe cui chriſtus fuerit inimic9 Territus ergo verborum tonitruo rex pedibus dunſtani proſternitur: ſcel9 flebiliter fatetur veniam humiliter precat᷑ Quod vt vidit pontifex expauit: perfuſumqз regem lachrimis lachrimis et ipſe madens de terra leuauit. Deniqз cum magnitudinem peccati expoſuiſſet & paratum illum ad omnem ſatiſfactionem reddidiſſet: ſeptennem ei penitentiā indixit vt in toto hoc ſpacio coronā regni nō geſtaret: ieiunium in hebdomada bidunum tranſigeret: theſauros ſuos pauperibus large diſpergeret. Super hec ſacrādis deo virginibus monaſterium ſeptonie fundaret: quatinus qui vnam

per peccatū deo virginē abſtuliſſet: plu-
res ei per plura ſeculi volumina aggre-
garet clericos etiā male actiōis de eccle-
ſijs ꝓpelleret: monachoꝝ agmina in-
troduceret: iuſtas deoq; acceptas leges
ſanctiret et per oēs fines regni populis
cuſtodiendas mādaret. Nihil enim erat
qḋ minus aut ſegnius rex impleret ꝙ a
rectoꝛe vite ſue pꝛeceptū fuiſſet. Elapſo
tādem ſeptennalis penitētie termino: cō
gregatis oībus anglie pꝛincipibus/epiſ-
copis/⁊ abbatibus: impoſuit regi coꝛo-
nā coꝛā omī multitudine populi angloꝝ
cunctis letantib⁹ ⁊ deū in ſancto dnuſta
no laudantib⁹. Puerū vero ex peccatrice
quondā ꝓgenitū ſacro fonte regenera-
tū leuauit: edwardū illum vocauit et in
filiū ſibi adoptauit. Willelm⁹ tn̄ libꝛo ſe
cundo pōtificū et etiam hiſtoꝛie nōnulle
aſſerūt edgarū ex pꝛima vxoꝛe genuiſſe
edwardū: ex ſcḋa ethelredū: ⁊ tādem de
wilfritha genuiſſe editham virginē ſan
ctam. Hāc enī wilfrithā nō vere ſctīmo-
nialem ſicut opinio vulgaris delirat: ſed
timoꝛe regis edgari eam illicite cōcupiſ-
centis pꝛopꝛio arbitrio eſſe velatam con-
ſtat. Unde legitur qḋ cū apud wiltoniā
rex veniret: quādā puellā in cōmuni ha
bitu ſpecioſiſſimā videns ⁊ cōcupiſcens
pꝛo illa miſit. Que timēs pudoꝛi ſuo: ra-
ptū velū a quadam ſanctimoniali capiti
ſuo impoſuit et ſic ad regē iuit. Quā vi-
dens ille ait. ꝙ ſubito ſanctimonialis ef-
fecta es? Et ablato velo renitenti vim in
tulit: et ſecūdū quod pꝛedicitur ſeptēnē
penitētiam egit. Jlla quoq; partu expli-
cito: voluptati renuntiās religioſe vixit
ſanctaq; celebꝛatur apud wilthoniā et
aſſeritur. Jllis enim dieb⁹ multis in lo-
cis abiectis clericis inſolenter viuētibus
monachi inſtituuntur. Nā clerici laboꝛē
choꝛi fugientes: et bona eccleſie pꝛo libi-
to ſuo illicite conſumentes: vicarios pa-
rum ad victum habentes loco ſui conſti-
tuerunt. Sed cum ſepius admoniti nō
coꝛrigerentur: rex pꝛebendas clericoꝝ
vicarijs pꝛefatis contulit. Sed et illi in
perſonatum pꝛomoti vicarios ſibi facie-
tes: pꝛioꝛibus peioꝛes facti ſunt. Rex igi-
tur turbatus annuente papa monachos
introduxit. Eo tempoꝛe quidam comes
duxerat cognatam ſuam: et coꝛreptus a
dunſtano parere noluit. Excomunicat il
le: adijt regē cōquerēs de dunſtano. Rex
mandauit archiepiſcopo vt eum abſol-
ueret qui noluit ſed eū grauius excomu-
nicauit. Jlle romam cum multis mune-
ribus miſit: et apoſtolicus mādauit dun
ſtano vt eum abſolueret. Abſit hoc inqt
dunſtanus vt cauſa alicui⁹ moꝛtalis ho
minis: cōtemnā legem dei mei. Quod vi
dens comes penituit ⁊ vxoꝛem ſuam re-
pudiauit: nudiſq; pedibus laneis idut⁹
virgamq; in manu gerens cecidit ad pe-
des dunſtani et tūc pꝛimo abſolutus eſt.
Quodā tēpoꝛe capti ſūt tres fabꝛicato
res falſe monete: qui mox adiudicati ſūt
ad manuum abſciſionem ⁊ dunſtanū nō
latuit. Die autem pentecoſtes celebꝛatu
rus miſſam percunctatus eſt vtrum lex
impleta eſſet: reſpōſum eſt pꝛopter reue-
rentiam diei dilatam eſſe penam vſq; in
diem alterum. Nequaq̄ inquit ad altare
ego hodie aſcendam donec debitam ſuſti
nuerint penam: nam negocium ad me re
ſpicit. Jpſi enī viri in poteſtate ei⁹ erant
Dixit: et pꝛo eis qui man⁹ perdituri erāt
multum ploꝛans oſtendit de qua affecti-
one hoc dixit. Quibus punitis aſcēdit ad
altare lota facie dicens. Nunc confido ꝙ
ſacrificium de manu mea ſuſcipiet omi-
potens. Jn qua miſſa dum diceret eccle-
ſiam tuam quā pacificare/cuſtodire/ad-
unare/et regere digneris: niuea colum-
ba ſuper eum multis videntibus deſcen
dit: et alis expanſis ſuper caput eius ſic
manſit in ſilentio vſq; dum ſacrificium
compleretur. Quo impleto diuertit ſup

tumbam odonis quondam archiepiſco-
pi alis ſuis eam complexans et roſtro de
oſculans. Unde dunſtanus quotiens po
ſtea per ſepulchrum illius pertranſiuit:
vt premittitur genua flexit et eū poſtea
odonem ſododem id eſt odonem bonum
appellauit. Dum aūt digrederet̄ ab alta
ri miniſtris pro ſigna quod acciderat in
diuerſa euntibus: non fuit qui caſulam
illius ſuſcipet. Que pepēdit in aere nec
terram tetigit ne ſeruum dei a ſua inten
tione turbaret. Cum autem dunſtan⁹
quandam dedicaret eccleſiam: et illā vi-
diſſet verſus orientem nō eſſe cōuerſam
humero ſuo parum ſuppreſſit eā: & mox
fertur eam ad orientē ſe conuertiſſe. Uil
la autē in qua hoc factum legitur maga-
uelda vocabatur. Poſt obitum vero ed
gari regis ſtat⁹ regni turbationē pertu-
lit: nam plures magnates eiectis mona-
chis de magnis monaſterijs quos rex ed-
garus et dunſtanus inſtituerāt: clericos
cum vxoribus reduxerūt. Coacto ſuper
hoc apud Wintoniā conſilio: ymago cru
cifixi in capite refectorij modo locata hu-
manas exprimens voces dixit. Abſit hoc
vt fiat abſit hoc vt fiat: iudicaſtis bn̄ mu
taretis non bene. Ad quam vocem om̄es
incredibiliter perterriti clamore parit̄ et
dei laudatione aream complēt. Hanc enī
ymaginem ego iohannes Wintonie vidi
in capite refectorij monachorum ſcti ſwi
thuni in altum erectam et in pariete ſu-
pra caput ymaginis ſic ſcriptū erat. Hu
mano more crux preſens edidit ore. Celi-
tus affata que pſpicis hic ſubarata. Ab
ſit hoc vt fiat et cetera ſuperius memo-
rata. His enim aduerſarijs videntibus
ceſſatum eſt a contentione quouſqꝫ p ſuc
ceſſionem filiorum prior diſcordia reno-
uata eſt. Quibus in villa nomine calue
dunſtanus ſic reſpōdit. Quoniam ſeneſ
cente me antiquis querelis deſeruire cō-
tenditis: fateor vici nolo eccleſie ſue cau
ſam chriſto iudici cōmitto. Dixi: et quod
dixit irati dei cenſura firmauit. Mox ete
nim concuſſa domus cenaculum ſub pe-
dibus eſt ſolutum: hoſtes ſolo precipita-
ti ac ruentiū trabium pondere ſunt op-
preſſi. Ubi vero cum ſuis ſanctus accu-
babat: ibi nulla ruine ſuffuſio erat. Ed
garo rege mortuo et edwardo ad regnū
relicto dum quidam principes acquieſce
re nollent. Dūſtanus arrepto crucis ve
xillo in medio conſtitit edwardum illis
oſtendit/elegit/ſacrauit: patriſqꝫ ac ma
giſtri affectum quō aduixit ei impendit.
Sed illo poſt triēnium nouercali fraude
occiſo: ſucceſſit ethelredus frater ſuus.
Attamen in die conſecrationis ſue poſt
impoſitam coronam fertur dunſtan⁹ hoc
illi predixiſſe. Quoniam aſpiraſti ad re-
gnum per mortem fratris tui in cui⁹ ſan
guine conſpirauerunt angli cum igno-
minioſa matre tua: non deficiet gladius
de domo tua ſeuiens in te omnibus die-
bus vite tue interficiens de ſemine tuo:
quouſqꝫ regnum tuum transferatur in
regnum alienum cuius ritum et linguā
gens cui preſides non nouit. Nec expia-
bitur niſi longa vindicta peccatum tuū
et peccatum matris tue et peccatum vi-
rorum qui interfuere conſilio illius ne-
quam. Hic etiam ethelredus dum puſi
olus a dunſtano baptizaretur minxit in
ſacro fonte. Unde et beatus dunſtanus
predixit exterminium anglorum tempo-
re eius futurum. Contigit enim ethel-
waldum Wintonienſem epiſcopum cū
roffenſi epiſcopo cātuariam venire. Qui
bus cum magno gaudio ſuſceptis: cum
tandem ad ſua reuerti vellent confeſtim
dūſtan⁹ erupit ī fletū: fletū adeo magnū
vt vix loqui poſſet. Inquiſitus cur fleret
ait. Ea re inquit fleo: quoniam vos in
proximo morituros ſcio. Noli inquiunt
pater ſancte tā dira nobis prophecia oc-
currere. Et ille. Qđ dixi neceſſe eſt fieri.

Moriemini nāq; huic ſeculo: ſed viuetis
cum deo. Nec in hac vita diuti⁹ manere
debetis: ſed eternaliter cū illo victuri ꝑ
getis ad deū. Et infra paucos dies ſicut
ꝑdixerat: ambo epi mortui ſunt. Defun
cto vt premittit᷑ epo ethelwaldo ⁊ de eli
gēdo pōtifice habita diſſētiōe orauit dū
ſtanus ad dominū vt dignaret᷑ oſtēdere
quis regēde eccleſie deberet idoneus pa
ſtor ſuccedere. Et ecce affuit andreas ap
poſtol⁹ dicēs. Quid chariſſime cōtriſta
ris. Surge ⁊ elphego abbati manū im
pone: eūq; deſolate eccleſie ſacerdotē cō
ſtitue. Nec te aliquorꝫ prohibeat potētia
q2 nō ab homine ſed a deo ꝓceſſit hec ſen
tentia. Dū eni rex ethelred⁹ ꝓpter quaſ
dam diſſentiones vrbē obſideret roffen
ſem patrimoniū beati ādree apoſtoli de
uaſtādo inuaſit. Mandauit ei dūſtan⁹ a
ſtulticia quieſcere andreā ſicut ad ꝑſtā
dū facilē ſic ad vlciſcendū virilē in prom
ptu eē vt potētiā illi⁹ ipē experiat᷑: ſi he
reditatē illi⁹ vexare nō deſtiterit. Contē
ptus a rege dūſtan⁹: iterū eadē ſuggerit
inſuꝑ argēti pōdo cētū tranſmittit. Quo
accepto ab obſidione receſſit. Mirat᷑ dū
ſtan⁹ hoīs cupiditatē: hoc illi cōfeſti ſcri
pſit. Quia pretuliſti pecuniā deo/ argen
tū apoſtolo/ mee voluntati tuā cupidita
tē/ velociter venient ſuper te mala q̄ locu
tus eſt dn̄s: mala qualia non fuerūt ex q̄
gēs anglorū regnare cepit vſq; ad tēp⁹
illud. Attamē viuēte me iſta nō erūt: qm̄
⁊ hoc locut⁹ eſt dn̄s. Quadā nocte dum
dormiret dūſtan⁹: ꝑ viſum rapt⁹ eſt in ce
lū ⁊ intererat beatis agminib⁹ illis. Ob
lectabat᷑ modulationib⁹ angelorꝫ ſuā ge
nitricē quaſi nuptiali thalamo eterno re
ge copulātiū: ⁊ ſuaue kyriel. ⁊ hymnis ⁊
laudib⁹ modulātibus organicis reſonā
tium. Quib⁹ dū ipſe magnifice delecta
tus intēderet: acceſſit ad eū q̄dā iuuenis
candidiſſimo tectus amictu dicēs. Qua
re omnibus alijs gaudentibus ⁊ cātan
tib⁹: tu ſolus taces ī nuptijs matris tue.
Qui reſpōdit ſe neſcire quid in laudem
tanti regis cantare poſſet. Cui ille. Uis
inquit inſtrui quid cantare debeas. Reſ
pondit. Cupio. Et ille. Canta. O rex do
minator gentium ſalua genus xp̄ianorꝫ
adhuc in terra peregrinantiū: vt et ipſi
poſt inimicitias ad gratiam reuertātur
et angelice ruine per illos damna repa
rentur. Ego enim ſepius legi dunſtanū
in eadem viſione quod ſubſequitur cāta
re edoctū. O rex gētium dominator om
nium propter ſedē maieſtatis tue da no
bis indulgentiā rex xp̄e peccatorum alle
luya. Quod ſepius ille cantās ⁊ repetēs
miro modo delectabatur. Expergefact⁹
ſtatim illā antiphonā iuſſit ſcribi. Quo
dam tp̄e rex edgar⁹ adhuc viuens dū ve
natū ꝑgeret: dūſtanū donec rediret miſ
ſam differre rogauit. Appropinquāte ho
ra tertia vir dei ſacris induitur veſtib⁹/
regem expectat: ſtans cubitis innix⁹ al
tari lachrimis deditus ⁊ orationi. Et ec
ce ſubito ſopore leniter preſſus: rapt⁹ in
celū et iunct⁹ angelis audit eoſdē trinita
ti modulatis vocib⁹ canere. Kyriel. xp̄el.
kyriel. Et rediens ad ſe interrogat ſi rex
aduenisſet. Reſpondetur. Non. Iterum
ergo orat et iterū in celum raptus audit
ibi altiſona voce dici. Ite miſſa eſt. Cūq;
reſponderetur deo gratias: accurrerunt
clerici regis regē adeſſe dicentes. Quib⁹
ille r̄ndit ꝙ iam miſſam audierat: nec ali
am eo die auditur⁹ vel celebratur⁹ erat.
Interrogat⁹ quare: viſionē aperit: ⁊ ſū
pto ex hoc ſermone ꝓhibuit regi ne vlte
rius in die dn̄ico venatū iret. Kyriel. qd
in celo audierat ſuos clericos docuit. Cu
ius modulos armonie adhuc cōtinet tro
pus ille apud anglos famoſus Kyrie rex
ſplendens. Uidit enim dunſtanus vice
quadā corporeis oculis in eccleſia ſcti au
guſtini in capella beate marie vbi modo
in cripta ſub feretro beati auguſtini ima

go eiuſdē virginis locat: matrē dñi ſaluatoris virginali corona decoratā mellifluaſqꝫ eius voces audire meruit: quibꝰ ſocias virgines ad collaudandū regē ſeculorū hortabatur cōcinens illud carmē ſapientis ac ſenatoris ſedulij. Cantemꝰ domino ſocie: cātemus honorē. Dulcis amor xp̄i perſonet ore pio. Cūqꝫ ab alijs virginibus hoc fuiſſet acceptū: alie quiſequuntur verſus pronunciabant Primꝰ ad ima ruit magna de luce ſuperbꝰ. Sic homo cum tumuit primus ad ima ruit. Unius ob meritū cūcti periere minores Cuncti ſaluantur vnius ob meritū. Sola fuit mulier patuit qua ianua letho. Ex qua vita redit ſola fuit mulier. Atqꝫ in hunc modū totius carminis bini ac bini verſus percurrebantur: illis ſemp repetitis qui primi a matre domini dicebātur. Cantemus domino. ꝛc. Hec pontificum ſanctiſſime acutiſſima vi corporalium oculorū in ſpiritalem potētiā trāſlatorū videre potuiſti. Hec celeſtiū archanorū perſcrutator audire meruiſti. Preſtet omnipotens deus ꝑ dunſtani merita glorioſa vt quē ſp nobiſcū corporaliter viuētem habere nō licuit: liceat ſaltē ex cōſideratiōe ꝓcioſe vite ſue ſuā vitā ſempiternā agnoſcere: agnoſcēdo diligere ꝛ diligendo ſempiterne vite glām a deo ꝑ te patrē piiſſimū obtinere. Nō eni ſufficiebat dunſtano in ſecreto cubili ſui ſacras excubias celebrare: caſtis orōnibꝰ inſeruire niſi etiā nocturnis frigoribꝰ eccłam ſctī auguſtini freqntaret ꝛ īn ad vicinū virginis marie templū ꝓdictā gloriā viſurꝰ pcederet. Anno aūt dñi duodecim minꝰ a milleſimo aduētus anglorꝫ in britāniā quingēteſimo ſexageſimo tertio/ archiepatꝰ ſui triceſio tertio / etatis ſue ſeptuageſimo: ſctūs xp̄i cōfeſſor dūſtanꝰ virtutibꝰ plenus ꝛ operibꝰ bonis migrauit ad dominum. Cum eni inſtaret dies aſcentionis dominice peractis vigiliis remanſit dūſtanꝰ in oratione in eccleſia ſolꝰ: ꝛ ecce innumera cādidatorꝫ multitudo coronas aureas in capitibꝰ geſtātiū ineſtimabili fulgore micātiū ꝑ eccleſie ianuā irrūpēs an̄ ip̄m cōglobata aſtitit vna voce ſalutās et dicēs. Salue dūſtane noſter ſalue. Mandat tibi quē pie deſideras filius dei: quatinus ſi paratꝰ es venias ꝛ diem hanc ad cuius gaudiū ſpiras nobiſcū celebres. Ad qđ ille impterritus manens: ſciſſitatꝰ eſt qui eſſent. Cherubin inquiunt et ſeraphin ſumꝰ: ꝛ reſponde quid velis. Tunc ille. Hodie dies ſolēniſſimus eſt: ꝛ incūbit mihi pane verbi dei plebē reficere: et oſtendere illi quō ad hoc gaudiū poſſit ꝑuenire. Propter qđ et multi cōuenerūt nec debeo illos decipere: ꝛ ideo hodie venire nō poſſum. Qui dixerūt. Eya paratꝰ eſto i die ſabbati preſto ſis hinc nobiſcū romā venire: ꝛ corā ſummo pontifice ſanctus/ſāctus/ſctūs eternaliter canere. Annuit ille: et illi recedunt. Lecto igitur eo die ad miſſam euangelio loquutꝰ eſt ad plebem qualiter nūqꝫ antea fuerat loquutꝰ oſtēdēs qua ratione filius dei carnē induerit cur humani generis ſaluationē non niſi moriendo compleuerit quemadmodū reſurgens a mortuis mortis principem ſuperauerit: ꝛ famulātibus angelis celū ingreſſus ſit. Deinde ſanguinem chriſti incōparabiliter omnibus creaturis docuit eſſe preſtantiorem: tantamqꝫ fiduciam in effuſſione ſanguinis illiꝰ mūdum habere poſſe: vt ſi vnꝰ aliquis totꝰ mundi pctā haberet: neqꝫ de multitudine neqꝫ de magnitudine criminū illi eſſet deſperandū ſi mediatorem dei ꝛ hoim haberet aduocatū. Et reuerſus ad altare celebrauit miſteria. Ubi aūt ventū eſt ad bñdictionē ſup populū iterꝫ ab altari predicaturꝰ regredit: ita vt nō hominē ſed angelū loqꝫ putares. Iterū ad altare reuertitur ꝛ data benedictione iterꝫ ad populū

redit ſtupentib⁹ cũctis: ⁊ mox vt ad loqn dum os aperuit tanta claritate vult⁹ ei⁹ reſplenduit vt nemo in eũ intendere poſſet. Obitũ ſuum illis inſtare pdixit/ promittẽs ſe illis nunq̃ defuncturũ. Et tũc ad mẽſam dñi regreſſus eſt. Eadẽ die cũ a menſa ſumpto cibo ſurrexiſſet: eccleſiã petiit ⁊ deſignauit locũ i quo ſepeliri voluit. Mox languor eũ inuaſit: ſexta feria lecto decubuit omneſq; aduẽtãtes ad ſequenda xpi veſtigia incitauit. Sabbato eni cũ horam ſuã expectaret ſubito cũ lecto in quo iacebat vſq; ad ſuperiora leuatus eſt: ⁊ trabib⁹ obſiſtentib⁹ ad terrã leniter demiſſus. Iterumq; vſq; ad trabes cũ lecto ſuo raptus eſt vt prius ⁊ iterũ leniter demiſſus: hoc vſq; tertio factũ eſt. Videtes hoc qui aſtabãt territi fugiẽtes ⁊ parietibus inniri: de lõge ſurſum aſpicientes exitũ rei videre cupiebãt. Cõuocat oẽs dunſtanus qui fugã inierãt: taliter eos demulcẽs. Vidiſtis ait filij vidiſtis chariſſimi quo me deus vocat quo ineffabilis dei miſericordia inuitat. Semita itineris mei pre oculis oſtenſa eſt vobis: vt nullus veſtrũ de premio diffidat: qui vite mee diligens ſectator extiterit. Surſum eſt quod amplector ſurſum quo gradior. Eſtote ergo vite imitatores: ſi itineris mei cupitis eſſe ſectatores. Nolite boni videri ſed eſſe. Hoc eni maximuz inter homines malũ eſt: q̃ oẽs cupiũt boni videri et eſſe nolunt. Nulli volũt mali videri: ⁊ nolunt nõ eſſe mali. Pacẽ ſemper ſectamini. Predico etiã vobis anglorum gẽtem dira ac diuturna mala ab exteris gentibus eſſe paſſuram: ſed in fine dierũ miſerationẽ dei ſuper illã ſtillaturam. Et extenſis ad celũ manib⁹: inter verba orationis videt illos qui ſe ad celeſte conuiuiũ inuitauerant beatos angelos aſſiſtẽtes ⁊ celeſte illi obſequiũ pparãtes. Quox veneradã pſentia felix aĩa illi⁹ de hitaculo corpis egreſſa: ad cõtemplãdã eterni regis claritatẽ cũ illis pfecta eſt. xiiij. kal. iunij. ⁊ in eccleſia ſaluatoris cãtuarie cũ magno honore ſepelit. Poſt eni ei⁹ obitum ita oĩa in cõtrarium verſa ſũt: vt dũſtani mortẽ oĩa defle re nec ei⁹ abſentiam ſe ferre poſſe viderentur. A ſumma quippe pace fit cõmutatio ad intollerabile bellũ: ab immẽſa leticia ad oĩm rerũ indigẽtiã. Deniq; aer ipe inmutatus eſt: celũ nõ exaudiuit tellurem nec tellus ea que ſeminabãtur in ea. Hoſtilis incurſio fedam vbiq; faciem dereliquit: dũ eorũ irruptiõe vrbes diruerẽtur/ eccl'ie ſpoliarẽtur/ et ſacerdotes domini de terra delerẽtur. Vir quidã ⁊ mulier longa cecitate percuſſi: iuxta ſepulchrum ſancti dunſtani vigilijs ⁊ orationibus inſiſtẽtes: pfecte ſanitati reſtitui meruerũt. Preſbiter quidã inter ſuos nobilis paraliſis morbo pcuſſus ad ſepulchrum ſancti dũſtani delatus: ſenſit quandã manũ per totũ corpus ſuum ducẽtem ⁊ mẽbra ſua reſolidãtem. Sanatus eni grãde cõuiuium amicis ſuis parat ⁊ dũ conuiue pro ei⁹ ſalute gr̃as deo ⁊ beato dũſtano referrent: ille tumẽs ait Et ſi dunſtanus nõ eſſet: ſanat⁹ fuiſſem. Quo dicto ſtatim priſtina ĩfirmitate correptus et miſerabiliter clamãs poſt paululum ſpiritum emiſit. Iuuenis quidã a natiuitate mut⁹ et claudus mox vt tũbam ſancti dunſtani tetigit erectis pedibus ſtetit et ſoluta lingua excelſa voce clamare cepit. Gloria in excelſis deo. alleluya. Et ſic omnib⁹ diebus vite ſue nõ ſolum expedite verũ etiam diſerte oĩa loquebatur. Puella quedã a natiuitate ceca ad tumbã ſancti dũſtani a m̃re ſua adducta apertis oculis omnia clare videbat: et pre gaudio exiliens dixit. Mater mi que ſunt hec pulchra que video? Cui illa. Vides ne inquit chara mi? Que dixit. Pulcher homo quidam iuſſit me hec pulchra videre. Quidam eni teutonic⁹

noīe clemēs quē ſacerdos pꝛo culpa volu
ptatis ⁊ cōtumatie in interitū carnis ſa
thane tradiderat: ſeptēnio a demone poſ
ſeſſus de loco ad locū inſtabili ferebatur
motu. Hic ad tumbā ſancti dunſtani pla
tus cū ad nocturnas vigilias reſponſoꝛi
um (videte miraculum) inciperetur: ſal
tū in ſublime dedit ⁊ demoniū cum ſan
guine euomuit. Quidā ſeni ⁊ claudo p̄
cepit dūſtanus in ſomnis ſanitatis gra
tia tumbā ſuam viſitare. Quod cū feciſ
ſet ⁊ nihil ſalutis cōſecutus fuiſſet: deſ
peratus ad ſua redire cepit. Cui is q̄ du
dum doꝛmienti apparuerat vultu ſeue
rus/ veſte decoꝛus occurrit: ſciſſitās vn
de veniret vel quo pgendo tenderet. Re
cuperāde inquit ſalutis gratia iuſſ⁹ ad
ſanctū dei dunſtanū pꝛexi: ſed nihil pꝛo
ficiens ad domū meā redire decreui. Et
ego ſum inquit dunſtanus oīm ſeruoꝛū
dei cōſeru⁹ neceſſarijs quibuſdā cauſis
occupatus nō poteram his dieb⁹ requi
em coꝛpoꝛis mei viſitare: nec p̄ſentiā me
am filijs ibidē manētibns exhibere. Nā
eccleſiā dei quidā aduerſari⁹ exheredare
tēptauit: ſed (me tutoꝛe) nihil efficere po
tuit. Nūc aūt cōfecto negotio ad locū re
quietiōis mee vado. Uide ergo vt illa die
te ibi inueniā: quatinus p te gratiā meā
meis ciuib⁹ oſtēdā. Rediens ergo ⁊ ſan⁹
effect⁹: palā cūctis q̄ viderat et audierat
enarrauit. Quodā eni tēpoꝛe in noctur
na viſione viſus eſt dūſtan⁹ a frīibus de
eccleſia exire. Quē cū exeūtem retinere
vellēt: nō poſſū inquit ibi manere pp̄ter
ſpurcitias maloꝝ moꝛū et reoꝛū in eccle
ſia ſepultoꝛū. Nec multo poſt eccl'ia ſal
uatoꝛis igni cōbuſta eſt/ parietes cecide
rūt: nec quicq̄ ex oībus monaſterij offici
nis incōbuſtū remāſit pꝛeter doꝛmitoꝛiū
et refectoriū et modicā clauſtri partem.
Lāfranc⁹ aūt archiepiſcopus eccl'iam
ſcti ſaluatoꝛis quā p̄fatū incēdiū inutilē
fecerat ſimul et vetuſtas fūdit⁹ deſtrue
re: et anguſtioꝛē conſtruere cupiēs: cele
bꝛato triduano ieiunio iuſſit coꝛpa ſctoꝝ
q̄ in oꝛientali parte ipſius eccleſie huma
ta erāt in occidētalē partē vbi beate ma
rie memoꝛia celebꝛis habebat̄ trāſferri.
Interea duo milites archiepi coꝛā fere
tro beati dūſtani terre pꝛocūbūt: vēiam
⁊ indulgētiā p merita ei⁹ ſibi ab abbate
ſcti auguſtini de moꝛte nepotis eius quē
nup occiderāt dari poſtulātes. Denegat
abbas: denegāt et frēs defuncti qui aſta
bāt. Jungūt alij pꝛeces ſuas pꝛecib⁹ mi
litum ſed in vanū. Nec eni illos aut reue
rētia ſancti: aut ſupplicās mltitudo fle
ctere potuit ad miſerendū. Pius aūt dū
ſtan⁹ nō ſic auditu difficilis ſurdā ab in
fantia mulierē ipā hoꝛa ſe requirentē ex
audiuit et ei coꝛā oībus auditū perfectū
reddidit. Abbas aūt i ſua ptinatia rigid⁹
nocte ſeq̄nti cū ſuis nepotib⁹ coꝛā ſe quē
dā reuerēdi habit⁹ ſacerdotē irato vultu
ſtare cōſpexit: ⁊ quibuſdā teterrimis ho
minib⁹ in medio camere in qua iacebāt
mire magnitudinis cacabum ſuppoſito
igne ſuccēdentib⁹ p̄cipere audiuit: qua
tin⁹ illos ſimul ligatos in candentē caca
bū ſine vlla miſeratione cōburendos p̄ci
pitarent. Percunctantibus aūt quare tā
crudeli pene ſubijci deberēt: reſpōdetur
pp̄terea q vos furoꝛis igne ſuccēſi: moꝛ
tem veſtri germani noluiſtis perdonare
pꝛopter amoꝛē ac reuerētiam ſcti dūſta
ni. His dictis rapiuntur ad ignē ⁊ illi ni
mia anxietate cōſtricti miſerādas voces
emittebāt: et ſe q̄citius poſſent ad requi
em ſcti vēturos eumq; ſuper illa iniuria
digna ſatiſfactiōe honoꝛaturos deuouēt
ſi ſolūmō eos ab imminenti miſeria ſua
gratia liberare dignaret̄. Adhec tetri mi
niſtri nutu ſacerdotis exterriti cum ſuis
ignibus diſparuerunt. Mane autem ab
bas idem ſcotlandus nomine ad ſepul
chꝛū ſācti dunſtani cum ſuis veniens ne
potibus monachos eccleſie congregatos

ſibi precibꝰ ſuccurrere flebilis orat. In-
dulget reis militibꝰ mors defuncti q̄ ho-
mines pij p̄ris Dūſtani effecti ad ſua le-
tantes redierūt. Monachꝰ quidā iuue-
nis eccl̄ie ſaluatoris in miſſa Lamfranci
archiep̄i euāgeliū legebat ⁊ cū dicta ora
tione dn̄ica patenā ex more pontifici of-
ferret vidit corā ſe quoſdā teterrimos ⁊
horribiles malignoꝝ ſpirituū vultꝰ. Ad
quoꝝ aſpectū nimio pauore perterritus
Lamfrancū inter manus ſacra tenentē
vtriſq; brachijs ſtrictū amplectit̄ horri-
do clamore vociferans ac dicēs. Xp̄s vin
cit/xp̄s regnat/xp̄s imperat. Poſt miſſā
adunatis in capl̄o fratribꝰ ⁊ iuuene illo
adducto Lamfrāco habito prius ſermo-
ne oēs pro fratre rogare monuit. Loris
aūt aſtrictꝰ iuuenis ad tumbā ſcti Dun
ſtani omnino reluctās ꝑtrahit̄ in xp̄m ac
ſctm̄ Dunſtanū blaſphemias iactās mi
ſerabili cruciatu torquebat̄. Et cū quidā
ad eū accederēt grauia pctā nondū con-
feſſa detegebat: ⁊ illos ſibi in penis ꝑpe-
tuis ſocios fore futuros gaudens ⁊ hila-
ris pronūciauit. Confeſſi aūt et abſoluti
cū ſe ei preſentarent illos ex trāſuerſo in
tuēs nec eos ſicut prius recognoſcēs vn-
de venerint quo lauacro loti tam ſubitā
purgatiouē meruerit q̇d ve cōtigerit ꝙ
ſuam ſocietatē ſic cito alterati amiſerint
ſpumās ⁊ eiulās mirabat̄. Dicebat quo
q; de quibuſdā fratribus nephāda. Tūc
nōiauerunt quēdam aſſerētes q̄m de illo
nō haberet quid diceret. At ille affirma-
re cepit ꝙ ad preſentiā ſuā nunq̄ aude-
ret accedere. Tūc frater ille Lamfranco
purā fecit cōfeſſionē ⁊ ingreſſus ante de
moniacū ſtetit. At ille in eū toruo reſpici
ens oculo ait cachinnans. Pro malo hoīe
quō eſt nūc rebullitus et candidatꝰ q̇s te
ſic rebulliuit ⁊ dealbauit. Et nichil plus
dicere voluit. Unde datur intelligi quia
virtus cōfeſſionis ⁊ abſolutionis aufert
diabolo aut memoriam pctī de quo pu-
ra facta eſt ꝯfeſſio: aut certe ꝑtātē hoīem
accuſādi. Hoc enī miſericordit̄ xp̄s fecit:
monachos ad correctiorē vitā erudiēs q̄
ceſſante diſciplina in ſcl̄ari cōuerſatione
vltra quā debebāt iacere nō timebāt. Cū
q; inter ſctōs Dunſtanū et Elphegū po-
neretur: demon q̄ eū poſſidebat in vētre
eiꝰ hac ⁊ illac diſcurrēdo vagari cepit: vt
putares illū modo ꝑ os/modo ꝑ inferio-
res corporis ꝑtes fugā parare ⁊ ſi q̇s ma
nū ſuꝑ tumorē quē faciebat ſupponeret:
ſtatim in aliū locū exiliebat. Quidā ve-
ro gallica lingua ꝙ ſicut paruꝰ catus ſa
liret dixit. Iuuenis vero qui linguā illā
non nouit ſubridēs eadē lingua reſpon-
debat dicēs. Non vt catulus ſed vt catel
lus. Nec multo poſt meritis ſcti Dun-
ſtani demone fugato liberat̄ ⁊ ſenſus ei
redditur. De tranſlatione aūt corporis
ſcti Dunſtani de Cātuaria ad Gloſtoniā
ſicut in monaſterio Glaſtonieſi ſcriptū
inueni hic inſerens opiniones varias pe
ritioribus circa hoc diſcutiendas penitꝰ
reliqui. Anno dn̄i. M. xij. regnante rege
Edmondo cognomēto yrenſyde dani an-
gliā intrantes orietales partes anglie et
totius cancie fines in ſuā redigebant po
teſtatē ⁊ incole multi a patria eliminati
multi crudeliſſima ſūt morte perempti.
Sic vſq; Londonias nō gradui nec eta-
ti vel ſexui parcētes homicidijs/rapinis
incendijs diuina eque et humana exter-
minabant: ⁊ expulſo a ſede ꝓpria Elphe
go archiep̄o/predia deuaſtātur: poſſeſſio
nes diripiūtur/monachos cātuarie tru-
cidāt/eccl̄iam ⁊ oīa incēdio cōſumūt. Cō
tigit hiſdē tp̄ibus prefatū regē Edmon-
dum Glaſtoniā aduenire ⁊ ibidē aliquā
tulam trahens morā abbati ⁊ fratribus
tante captiuitatis ex ordine retulit hiſto
riā ⁊ Cantuarieſem eccleſiā incenſam ⁊
habitatoribus ⁊ religione penitꝰ vidua
tam. Quibus auditis abbas cū tota cō-
gregatione valde cōtriſtatꝰ inter cetera

eximij p̄ris ſui dunſtani virtutes pꝛecel
ſas recitabat: qui dū viueret amplis poſ
ſeſſionibꝰ: libertatibuſq; magnificis: et
regularibꝰ inſtitutis glaſtoniā mirifice
inſigniuit. Pꝛecibꝰ enī vberrimis opem
cōſiliūq; regis imploꝛant: quatinus reli
quias gloꝛioſi viri ad loca transferre poſ
ſent religioſa: vbi quōdā religionis lacte
nutritus ad tantas virtutes excreuerat
vt nō ſolū gregē glaſtonie: ſed totiꝰ āglie
ꝓuincias ſua doctrina illuſtrare poſſet.
Quibꝰ auditis rex eoꝛū deſiderijs pio oc
currēs affectu qđ petierāt celeri effectui
mancipari decreuit. Bꝛithꝛedus igitur
abbas quatuoꝛ cōfratribꝰ ſuis huius le
gatiōis officiū iniūxit: vt aſſumptis ſoci
oꝛū auxilijs cātuariam ꝓperantes: oſſa
ſancti dunſtani glaſtonie trāſferrēt. Idē
enī monachi beato dunſtano in carne de
genti capelle ſue cōplētes officiū adhere⸗
bāt: qui etiā coꝛpꝰ eiꝰ aīa ad celos trāſla⸗
ta ſepulture tradiderūt Poſtca quoq; cū
ſucceſſoꝛe ſuo elphego archiep̄o vſq; ad
eius martyꝛiū cōmanebāt. Dicebantur
aūt fratres illi ſebꝛichtus: ethelbꝛichtꝰ:
burſius: adelwoꝛdus Cantuariā igitur
aduenientes fratres locū ſicut a rege didi
cerāt omni habitatoꝛe nudatū inueniūt
Aperiētes ergo ſepulchꝛū oſſa ſancti dū⸗
ſtani tanto tp̄is ꝓceſſu carne reſoluta re
periūt Anulū vero digito ſcti cū terre tra
deretur impoſitū: quem iuuenili etate fe
ciſſe dicitur recognoſcunt. Glaſtoniā igi
tur reliquias ſcti dunſtani ſecū deferen⸗
tes cū gaudio redierūt. Facta eſt aūt hec
tranſlatio anno dn̄i ſupꝛadicto: poſt iter⸗
ſectionē ſancti elphegi martyꝛis anno ſe
cūdo: ⁊ anno poſt doꝛmitionē ſancti dun⸗
ſtani viceſimoquarto. Per cuiꝰ interceſſi
ones ⁊ merita deus ibidē nō ceſſat opari
magnalia: moꝛtuis vitā: infirmis ſani⸗
tatem crebꝛius reſtituēdo: bꝛutis etiam
plurimis in periculis ſubueniendo.

¶ De ſctā Eanſwida vgine ⁊ abbatiſſa

EThelbertꝰ rex cancie per ſan
ctū auguſtinū ep̄m ad fidem
cōuerſus: genuit edbaldū et
ethelburgā virginē quā pa⸗
ter ſuus ethelbertus: dedit edwino regi
noꝛthanhūbꝛoꝛū in vxoꝛē: ſicut inferius
in vita eiuſdē ſancti regis clarius patet.
Edbaldus vero ex emma regis francoꝝ
filia genuit ermēredū ⁊ ercōbertum ⁊ fi⸗
liā eanſwidā. Que ab infantia pōpis ſe⸗
cularibus renūciās: deo ſeruire ſtuduit:
pꝛecioſa queq; mundi calcauit: ⁊ ad vitā
regni celeſtis tota virtute ſctām amplex⸗
xata doctrinā iugi deſiderio ſuſpirauit:
⁊ ſanctimonialis vite regulā ſubire deli
berauit. Ad cuius obſeruantie opoꝛtuni
tatē comodū elegit locū a vulgi frequēta
tione remotū folkſtan noīatum: vbi ⁊ pa
ter eius edbaldus in honoꝛe beati petri
apoſtoli eccleſiam cōſtruxit. Ibi ergo ex
parte maris quo remotioꝛ dicitur eſſe ab
ipſis ruriculis huiuſmodi cōpetentē fun
dauit eccleſiā cū officinis ſibi ſuiſq; comi
tibus ꝓfeſſioni eiꝰ neceſſarijs a pleno tū
maris gurgite ſeptē iugerū latitudīe: id
eſt viginti octo particarū diſtantē. Que
hodie nuſq̄ apparet Terra namq; a ma
ri paulati cōſumpta poſt longū ſeculum
coꝛruit et ripa maris cimiterium hauſit
In qua caſtimoniā virginalē ſub regu⸗
lari habitu ducēs die nocteq; dei famula
tui dedita ad beatū finē peruenire meru
it pꝛidie kal'. ſeptēbꝛis. Cuiꝰ reliquie rui
na ipſius eccleſie imminēte in vicinā ec⸗
cleſiā beati petri tranſlate ſunt. Cū enī
ad annos nuptiarū ꝑueniſſet beata vgo
eanſwida: pater eius iugi ammonitiōe
crebꝛis pꝛecibꝰ ad nuptias virginē inui
tauit Cui beata virgo ſpū ſancto inſpira
ta immobili mētis deuotione in hec ver⸗
ba reſpōdit. Genitoꝛ chariſſime ſi dilecti
onis conſtantiā interminabilē: fructum
nuptiarū perpetuū: ſponſum immoꝛta⸗
lem: letitiā ſobolis infinitam virginita⸗

ti mee ꝓperare ſufficitis: cõſilio vr̃o gra-
tulanter adquieſcam. Sin autem: ami-
citiã odijs immixtã nuptias ſteriles fru-
ctũ in illis tranſitoꝛiũ: maritũ moꝛtalẽ:
lugubꝛẽ filioꝛũ interitũ: ⁊ in oĩbus virgi-
nitatis coꝛruptionẽ ſtudetis apponere:
potioꝛi adherere: etiã patris cõſiliũ inti-
mabit: niſi patrẽ velit exuere. Maria nã
ꝗ optimã partẽ elegit que nõ auferetur
ab ea Cum igitur in humanis iura moꝛ-
tis vniuerſa poſſideãt: ſpõſi celeſtis ⁊ im-
moꝛtalis amplexus: ſcitio illi mee virgi-
nitatis floꝛẽ reſeruo: quẽ cũ amauero ca-
ſta ſum: cũ tetigero mũda ſum: cum acce-
pero virgo ſum. Ad huius ſpõſi talis ob-
ſequiũ oꝛatoꝛiũ michi cõſtrui depoſco pa-
ter. Motus igitur virginis pꝛecib⁹: locũ
oꝛonis ſibi pater ſuus edbaldus conſtru-
ere cepit. Qđ cũ cõſtrueretur: rex noꝛthã-
hũbꝛoꝛũ pꝛoſapia nobilis: beatã virginẽ
in coniugẽ adoptauit. Pater vero puelle
filiã ſuã blãdicijs conuenit et tã illuſtris
mariti cõſoꝛtium extollit. Cõtigit tũc ad
opus oꝛatoꝛij inter ceteras trabẽ addu-
ctã: reliquis triũ pedũ lõgitudine mino-
rẽ: qui ſui bꝛeuitate operi inutilis habe-
batur. Adducto aũt rege noꝛthanhũbꝛo-
rũ multis comitãtibus talib⁹ patrẽ ſuũ
affatur verbis. Regis huius nobilitas
me xp̃i ancillã: comitẽ ſibi ſuſpirat coniu-
gẽ queritur. O ꝗ̃ ſtulta cõmutatio: ꝗ̃ de-
teſtãda ſtulticia: ꝗ̃ intollerabile dãpnũ:
ſi pꝛo celeſtib⁹ terrena: pꝛo eternis tran-
ſitoꝛia ſuſcipiã. Hũc tamẽ licet trãſitoꝛiũ
licet terrenũ coniugẽ accipiã: ſi in dei ſui
poteſtate hoc lignũ quãtum opus eſt elõ-
gare oꝛãdo ſufficiat. Sin autẽ: intactam
me relinquat. Rex aũt cõditioni cõgratu-
lãs: leuiter in dei ſui poteſtate hoc patra-
re ſperauit: ſed nequaꝗ̃ vllus deoꝛũ ſuo-
rum hoc facere licet plurimũ inuocatus
valuit. Acceſſit eni ⁊ capite ligni eleuato
pꝛeces coꝛã dijs ſuis pꝛolixi⁹ in vanum
effudit: ⁊ oĩbus intuentibus verecũdus
abceſſit. Virgo igitur ſancta mente con-
gaudẽs celeſti manifeſtatione ab illicito
cõiugio ſe liberatã exclamauit. Et acce-
dens ad lignũ facta oꝛatione pars ei⁹ op-
poſita ſe ſurſum eleuans in tm̃ pꝛoducit
vt ceteris equalis aut maioꝛ longitudĩe
videret: ⁊ que pꝛius ceteris nequaꝗ̃ ad-
aptari poterat: tũc aptioꝛ operi habebat
Oꝛatoꝛiũ eni ſuũ rupib⁹ ſuſpenſum ma-
ri ſupereminẽs aque dulcis ſuffragio ca-
ruit. Et cũ de longinquo miniſtroꝛũ labo-
re aqua deferretur: miniſtrantiũ miſera-
ta laboꝛes liquoꝛiſq̃ penuriam: perrexit
ad fontem: per ſpaciũ miliarij vni⁹: aut
eo amplius in villa ſwectoñ noĩe: baculo
pꝛecedente eius ductũ quaſi viue vocis
iuſſiõe ab infimis ad ſumma: per rupes
⁊ ſaxoꝛũ vertigines: ad oꝛatoꝛiũ ſuũ per-
duxit: ⁊ hominib⁹ ⁊ iumẽtis poculi largi-
tatẽ dare abundãter non ceſſauit. Sicq̃
pꝛecib⁹ virginis ſctẽ: aqua contra ſui na-
turã aſcendit: ⁊ qđ vehemẽtius eſt mirã-
dum: per aquã alienã riuus trãſiẽs pꝛoꝛ-
ſus quaſi intacta et immixta perdurare
cernitur. Mira res. Virginis pꝛecibus
quã creatoꝛ ſuus iuſſerat a mũdi pꝛinci-
pio aqua deſcendere ancillã ſequitur etiã
contra naturã: dñm oblita etiã in natu-
ra. Ancilla dñi iuſſit vt ſequeretur: ⁊ hec
audiuit ſecuta iubentẽ. Contigit enim
agros ſuos multiplici auiũ genere ⁊ fru-
ctus coꝛũ abſumi et ſic laboꝛes hominuꝫ
denudari. Inter ceteras vero aues que
gante vocant plurimũ agris nocere pꝛe-
ſumebãt. Virgo aũt xp̃i aues iuſſit con-
gregari ⁊ in nomĩe dñi in domo quadam
includi. Et ecce aues que volare poterãt
per naturã: iuſſu virginis manus hoĩm
quaſi domoſtice ſequũtur. Sub illius ve-
ro noctis cuſtodia noue carnis gaudẽtes
edulio: tres ſibi miniſtri parare non me-
tuebãt. Mane vero pietatis cõmota viſ-
ceribus famula xp̃i ad locum vbi incluſe
erãt pꝛoceſſit ⁊ omnib⁹ euolandi liberta-

tē exhibuit. Que ſtatī a carcere egreſſe:
inauditū planctū circa domum volitan-
tes ediderūt: alas reuerberant: queſtus
ingemināt: et neglecto receſſu pro modo
querentium inuſitant: ac ſi aliquid ami-
ſiſſent. Miratur dei famula querimoni-
am mirat̄ ⁊ morā. Cauſam a miniſtris
inquirit: ⁊ omnes vnanimiter ſe excuſāt
Juſſu tandē virginis ſancte: factū confi-
tētur licet inuiti. Jubet igitur oſſa colli-
gi ⁊ in eius preſentiā collecta deferri. Al-
latis itaq3 oſſibus cū preces deuotas ad
dn̄m fudiſſet: quot volucrū oſſa college-
rāt: tot repēte volatilia prodierūt: vt nu-
merus deficientiū: in nullo ſentiret detri
mentū. Quibus in hūc modū reparatis:
hoc illis adiūxit interdictū: ne territorio
ſuo inſiderēt in eternū. Et factum eſt ita.
Nec enī virgo ſancta ſuis meritis muli
erē cecitate percuſſam illumiauit demo-
niacū ſēſui reddidit: ⁊ multos alios a di-
uerſis morbis ſalute recepta letari fecit
Erant enim quatuor fratres: reb⁹ mū-
di abundātes: qui decimas in cōtemptu
ducebāt: nec eas dare volebant. Elapſis
in tali errore annis multis: dixerūt tres
fratres ad quartū. Frater ſi dudū deo in
iuriantes oberrauim⁹ reſipiſcere tēpus
eſt: vt qđ maligna deliquit preſumptio:
defleat penitētia: corrigat ſatiſfactio. Ac
cedamus ad corpus ſctē eanſwide et fru-
gū noſtrarū decimas deo ⁊ ſancte virgi-
ni offeramus. Et cum ille non acquieſce-
ret ecce inimicus in eum ingreſſus: cum
inſanire ⁊ huc illucq3 diſcurrere ⁊ diſcer-
pere ſeipſum fecit. Qui a fratribus vin-
culis aſtrictus ante altare ſancte virgi-
nis adducitur: ⁊ ſanitate recepta decias
deo et ſancte virgini deinceps ſubtrahe-
re nō preſumpſit. Vir quidam continu
is preſſus doloribus carnis ⁊ tabeſcens
nulla tamen in carne vel carnis ſuperfi-
cie leſionis veſtigia apparebāt Huic aſti
tit mulier ſpecioſa nimis dicens. Vir bo
ne cur animā tuā tantis doloribus affli-
gis: cur doloribus dolores accumulas?
Perge apud folkſtañ ad eccleſiam virgi
nis eanſwide cuius precibus noueris te
priſtine ſaluti reſtituendū. Quo fctō: vir
go quedā venerabilis ſibi apparens pri-
mo doloris loca lauit: poſt lintheo terſit:
⁊ carnē prſus a dolore purgauit. ¶ Nar
ratio. Circa annū dn̄i ſexcētēſimum ſe-
ptuageſimū octauū cōſorto graui prelio
inter reges merciorū et northanhūbrorū
ethelredū ⁊ egfridum: miles quidam no
mine ymma: inter cadauera occiſorum
ſimilis mortuo iacens recepto ſpiritu re
uixit et vulnera vt potuit alligauit. In-
uentus aūt ab inimicis ⁊ captus ad quē
dam comitē regis ethelredi adducitur: ⁊
interrogatus quis eſſet: ruſticū ⁊ paupe
rem ſe eſſe fatetur. Quotiēs enī vinculis
ferreis ligatus erat: totiēs vincula ſolu-
ta reperta erant. Habebat enim germa-
num fratrē cui nomē erat tunna abbatē
cenobij in ciuitate que hactenus ab eius
nomine tunaceſter vocabatur: qui eum
mortuum credēs miſſas pro ipſo crebro
celebrabat. Quarū celebratione factū eſt
vt nullus eum vincere poſſet quin conti-
nuo ſolueretur. Interrogatus a comite
quare ligari nō poſſet: ait. Habeo inquit
fratrē in prouīcia mea ⁊ ſcio quia ille me
interfectū putās pro me miſſas crebras
facit: ⁊ ſi nunc in alia vita eſſem: ibi ani-
ma mea per interceſſiones eius a penis
ſolueretur Requiſitus a comite intētius
vnde eſſet promiſit ſe nichil ei mali factu
rum: ſi ſimpliciter ſibi quis fuiſſet prode
ret Quod dum ille faceret militē ſe regis
fuiſſe manifeſtās reſpōdit Et ego inquit
comes per ſingula tua reſpōſa cognoue-
ram quia ruſticus nō eras: et nūc dign⁹
es morte: quia omnes fratres ⁊ cognati
mei in illa ſunt pugna occiſi: nec te tamē
occidam ne fidem mei promiſſi preuari-
cem. Vendidit ergo eum lōdonijs cuidā

freſo: ſed nec ab illo nec cum illuc ducerẽt
vllatenus ligari potuit: cũ alia atqꝫ alia
vinculoꝝ genera hoſtes imponerẽt ¶ Ter
tia vero hoꝛa quãdo miſſe fieri ſolebant:
vincula eius ſoluta erant. Preciũ demũ
redemptionis ſue perſoluẽs ad fratrem
rediijt: et cũcta que ſibi euenerant narra⸗
uit. Multi enĩ hoc audiẽtes: accenſi ſunt
in fide ac deuotione pietatis ad oꝛãdum
vel ad elemoſinas faciendas: vel ad offe
rendas deo victimas ſacre oblatiõis pro
ſuoꝛũ ereptione qui de hoc ſeculo migra⸗
uerant.

¶ De ſancto Eata epiſcopo ⁊ confeſſoꝛe.

Anno ab incarnatione dñi ſe⸗
xcẽteſimo triceſimotertio in⸗
terfecto rege edwino rege
noꝛthãhumbroꝛum nobiliſſi
mo: ſuſcepit pro illo regnũ bernicioꝛuȝ fi⸗
lius ethelfridi nomĩe eanſfridus. Siqui
dem tempoꝛe toto quo regnauit edwinꝰ
filij prefati regis ethelfridi qui ante illũ
regnauerat cũ magna nobiliũ iuuẽtute
apud ſcotos ſiue pictos exulabãt: vbi in
fide inſtructi baptizati ſunt. Moꝛtuo enĩ
rege edwino: regreſſus ab exilio eanſfri⸗
dus ⁊ bernicioꝛũ adepto regno: ad idola⸗
triã relicta quam ſuſceperat fide ſe ꝯuer⸗
tit. Unde iuſto dei iudicio a cedwalla re⸗
ge britonũ in breui peremptus eſt. Quo
moꝛtuo: ſucceſſit oſwaldus frater eiꝰ qui
regnũ deiroꝛũ ⁊ bernicioꝛũ ſuo dominio
ſubiugauit. Qui ſtatim aidanũ venera⸗
bilem epiſcopũ ad conuertẽdum populũ
ſibi ſubiectũ acciuit: ſedẽ epiſcopalẽ in li⸗
diſfarnenſi inſula eidem ſtatuit: ⁊ eccleſi
as ac monaſteria per loca edificare cura
uit. Idem vero ſanctus antiſtes aidanꝰ
duodecim pueros de natione angloꝛũ in
xp̃o erudiendos ſuſcepit. Ex quibus exti
tit eata puer bone idolis ac mãſueti ani⸗
mi valde. Doctoꝛis enim ſui monitis et
exemplis ſedulus auditoꝛ: menteqꝫ totꝰ
inherens omniũ moꝛũ honeſtate conſpi⸗
cuus enituit. Acceptus itaqꝫ deo ⁊ homi
nibus ⁊ monachus factus monaſticam
vitã in vigilijs ieiunijs et ceteris actibꝰ
bõis die ⁊ nocte exequi operã dedit Erat
namqꝫ vir patientie virtute precipuus:
caſtitate nitidus: affabilis ⁊ iocundꝰ om
nibus ⁊ vt venerabilis beda de eo teſtatᷣ
pre omnibꝰ hoĩbus mãſuetudinis ⁊ ſim
plicitatis gratia decoꝛatus. Effectus tã
dem abbas mailroſenſis id eſt meuros:
multo maioꝛis hũilitatis et charitatis
exẽpla q̃ antea ſuis fratribus exhibens
nõ quaſi magiſtrũ ſed piũ patrem oẽs cõ
fratres ſui eum diligebãt. Potẽtibus et
diuitibus huius ſeculi in tantũ venera⸗
tus: vt ipſi etiã reges illum vt patrẽ cole
rent: terras ⁊ poſſeſſiones ad cõſtruenda
monaſteria deuotis animis largirẽtur.
Pius autẽ pater eccleſias ⁊ monaſteria
diligenti ſtudio opoꝛtunis locis conſtru⸗
xit: diſcipulos ſancte conuerſationis ſtu
dijs operã dantes in ipſis aggregare cu
rauit. Inter quos boiſilus mailroſenſis
cenobij prepoſitus: ⁊ cuthbertus poſtea
lindiſfarnenſis ep̃us viri vtriqꝫ mire ſan
ctitatis nitoꝛe lucẽtes ⁊ ſpiritu propheti
co mirifice pollẽtes erant. Poſt cõflictũ
vero in monaſterio hilde abbatiſſe de ob
ſeruatiõe paſche habitũ: colmãnus ep̃s
genere ſcotus impetrauit a rege oſwi vt
abbas venerabilis eata lindiſfarnẽſi ec⸗
cleſie abbatis iure preeſſet. Multũ nãqꝫ
ſanctũ eatam ſcoti diligebãt: eo qđ vnus
de duodecĩ pueris aidani ep̃i eſſet Suſci
piens eata curã lindiſfarnenſis eccleſie:
beatũ cuthbertũ quem p̃poſitum mail⸗
roſenſem poſt obitũ boiſili fecerat: addu⸗
cens ſecũ in cenobio lindiſfarnẽſi prepoſi
tum oꝛdinauit. Oꝛta tandẽ inter regem
egfridũ ⁊ ſanctũ wilfridũ ep̃m diſſentiõe
illo ab ep̃atu expulſo: boſa ĩ regno deiro⸗
rum apud eboꝛacũ ⁊ eata abbas in ꝓui⸗
cia bernicioꝛũ apud haguſtaldenſem id
eſt extoldeſham vbi mõ ſunt canonici re⸗

gulares:ſeu apud lindiſfarnēſem eccleſi
am . id eſt hely eland epi ſubſtituti ſunt.
Cōſecrati ſunt eboꝛaco a theodoꝛo archi-
epo doꝛobernēſi. Poſt tres annos eiectio
nis ſancti wilfridi ttunwin⁹ oꝛdinaꝛ eps
in ꝓuincia pictoꝛū angloꝛū imperio tūc
ſubiecta: ⁊ tunbert⁹ ad haguſtaldenſem
eccleſiam: remanēte eata ad lindiſfarnē-
ſem. Sed poſt triēniū pꝛo culpa cuiuſdā
inobedientie depoſitus eſt tunbertus et
loco eius ſanctus cuthbertus eſt electus
Sed qm̄ plus lindiſfarnenſem ꝙ hagu-
ſtaldenſem dilexit eccleſiā: eata ad hagu
ſtaldenſem in qua pꝛimo oꝛdinatus fue-
rat regreſſo: cuthbertus lindiſfarnēſi ec-
cleſie ꝑficitur ⁊ epus cōſecratur Eata cū
magno vniuerſoꝛū gaudio ſuſcipitur: ex
ultantibus oībus ⁊ deo gratias agenti-
bus: ꝙ paſtoꝛē ſuum dilectiſſimū quē tri
ſtes perdiderāt dei pꝛouidēte gratia ite-
rum recipere meruiſſent. Creber erat in
oꝛationibus: opoꝛtunus et impoꝛtunus
in exhoꝛtationib⁹: elemoſinarū operib⁹
intentus; diſciplinis eccleſiaſticis dedit⁹
⁊ quecunqꝫ per ſpiritū ſanctū agenda co
gnouit: ſedulus ac deuotus adminiſtra-
re curauit. Cūqꝫ pius dn̄s laboꝛes eius
eterna mercede remunerare decreuiſſet
tactus eſt moꝛbo interaneoꝛū acerrimo
quem medici diſſinteriā vocāt. Quo per
dies ingraueſcēte velut aurū per ignem
examinatus: decocta omni peccatoꝛū ru
bigine diem clauſit extremū ⁊ regni cele
ſtis ianuā perpetuo victurus intrauit.
Sepultus eſt aūt iuxta ſacrariū eccleſie
pꝛefate haguſtaldēſis ad plagā meridia
nā ⁊ parua capella lapidea ſupꝛa tumu-
lum eius cōſtructa eſt. De quo loco incer
tum habetur a quo tranſlatus ſit: ac in-
tra eccleſiā in ſcrinio condigno honoꝛe col
locatus. Veriſimile attamē videtur illū
tranſlatū fuiſſe ab alfredo pꝛeſbitero du-
nelmēſis eccleſie qui venerabiles ei⁹ ſuc
ceſſoꝛes accam ⁊ alkmūdū de terra leua-
uit ac intra eccleſiā in feretris honoꝛifice
collocauit. Anno dn̄i milleſimo centeſi-
mo tertiodecimo cum thomas eboꝛacen
ſis archieps ad haguſtaldenſem eccleſiā
veniſſet ⁊ reliquias ſancti eatе ad ſedem
ſuam ſecū tranſferre canonicoꝛū eboꝛacē
ſis eccleſie ductus conſilio meditaretur
eiuſdem eccleſie fratres triſtes effecti: ſā
ctū eatam nitentis pꝛecibus exoꝛabant:
ne locnm quem viuens excoluit ⁊ dilexit
ſuaqꝫ ſepultura honoꝛauit ſua pꝛeſentia
viduaret ac deſereret. Eadem nocte qua
in craſtino ſanctas reliquias aſpoꝛtare
decreuiſſet intempeſte noctis ſilentio ar
chiepo ſompno depꝛeſſo apparuit quidā
veneranda ſpecie habituqꝫ pōtificali vir
gam paſtoꝛalē in manu gerens: et in eū
terribiliter aſpiciens: ſic ait. Quid eſt qd
facere diſponis? Veniſti me de loco quie-
tis mee ad alienā eccleſiā tranſferre: qd
tibi a dn̄o iuſſum non eſt. Dico tibi quia
penas pꝛeſumptiōis tue lues Et eleuās
baculū quē manu gerebat ꝑcuſſit eū bis
in humero ⁊ vehemēter cōminās diſpa-
ruit Expargefact⁹ archieps ⁊ pꝛe nimio
timoꝛe exclamans: omnes clericos ſuis
clamoꝛibus turbatos excitauit rem ge-
ſtam retulit: ⁊ fratres illius eccleſie pꝛo
ſua pꝛeſumptione deum exoꝛare ſuppli-
citer imploꝛauit. Aſſeruit eni voto ſe obli
gans ꝙ illā eccleſiam nullo ſuoꝛū patro-
noꝛū amplius ſpoliare pꝛeſumeret. Sic
qꝫ per tres dies infirmitate depꝛeſſus de
mū conualuit ⁊ infecto negotio ad ſuam
eccleſiam rediit.

## ¶ De ſancta Ebba virgine ⁊ abbatiſſa.

Ancta virgo ebba ex regali
ꝓgenie oꝛta ſoꝛoꝛ regis oſwi
noꝛthanhūbꝛoꝛū ⁊ egfridi re
gis amita extitit. Quoꝛū tē-
poꝛib⁹ velut mater regni et
decus tante nobilitatis enituit. Tradūt
enim hiſtoꝛie ethelfridū filiū ethelrici fi-
lij yde regis bernicioꝝ ex acca filia elle re

gis deirorū ſeptem ſuſcitaſſe filios ⁊ vnā
filiā ſcilicet ſanctam ebbam abbatiſſam
Alij vero ⁊ verius ſicut ſuperius in vita
ſancti oſwaldi habetur aſſerunt: eanfri-
dum ⁊ oſwaldū ex acca regina progeni-
tos: oſwi vero et ceteros ex cōcubinis ſo-
re procreatos. In diebꝰ illis ſumma no-
biliū ingenuitas habebatur: in qua xpi
ſeruitus probaretur: nec aliquā celſitu-
dinis gloriā ſe credebant attigiſſe: quos
humilitatē dominice crucis non cōſtitit
induiſſe. Vtraqꝫ tunc dn̄i familia virorū
ſcilicet ſacre multitudinis conuentus: ⁊
innumerabilis virginū chorus ſparſim
per angliam militabāt: ⁊ in vno loco ſub
vnius patris ſiue matris regimie diuer
ſis diuiſi monaſterijs degentes: contra
poteſtates tenebrarū gladio ſpiritus ac-
cincti: prelia caſtitatis exercebant. Horū
beata virgo ebba indefeſſis greſſibus ſe
quens veſtigia: regnū mundi ⁊ omnem
ornatū ſeculi cū flore iuuentutis cōtem-
pſit: propter amorē filij dei: quem mūdo
corde dilexit: et a ſancto finano lindiſfar-
nenſi epiſcopo ſancte cōuerſationis vela
men accepit. Dominicā ſeruitutē nobili
tati pretulit: ſpiritualē paupertatem di-
uicijs: honoribus ſpontaneā abiectionē.
Claris ſiquidē orta natalibus: mundū fi
de ⁊ formā moribus: et ſexum virtutibꝰ
vicit. Petebatur autē a quodam ſcotorū
tiranno rege eadano in vxorem. Quo de
mum ob ſui contēptum raptū meditātē
⁊ amore ſimul ⁊ violentia eam perſequē
te: traditur ad montē coludi. id eſt coldin
gham confugiſſe ⁊ ad preces eius a me-
ridie in altū mare ſe erigēs: ſubiecte val-
lis alueum tranſcurrēs: hoſti triduo cō-
tinuis fluctibus obſtitiſſe: et cooperante
domino munitionis preſidiū virgini pre
ſtitiſſe. Habet eni mons ille fontes duos
ad ſue ſolitudinis ⁊ heremitice conuerſa
tionis ſolatium. Vnus enim ad radices
eius latice perpetuo madet alter in cacu
mine eiꝰ ad calores eſtiuos qñqꝫ areſcit.
Horum hauſtu ſalubri meritis ſancte eb
be: multi debiles ⁊ infirmi priſtinā ſani-
tatem conſecuti ſunt. Ex his enim beata
virgo ebba ⁊ ſue congregationis ciues:
potare cōſueuerunt. In huius vaſtita-
te deſerti vtrum ſpiritu ſancto preuenta
religionis cultū prima inſtituerit an ab
anteceſſorꝫ ſtudijs inſtitutū inuenerit in
certum eſt. Nichil aūt verius ꝙ ꝙ ibi ſo-
brie iuſte ⁊ pie conuerſata ſit: ⁊ beatū ce-
lo ſpiritū relicta terre ſancti corporis gle
ba intulerit. Aliud aūt monaſteriū femi
narū ex dono fratris ſui oſwi iuxta ripā
dorwentionis fluminis cōſtruxit: eiqꝫ ex
nomine ſuo ebbeceſtre. id eſt caſtrū ebbe
vocabulū dedit. Quod quale quātumqꝫ
in ſe olim fuerit dum ſtaret: ex ruinis ſu-
is manifeſte nūc docet. Mutato nāqꝫ vt
aſſolet ſtatu temporū interfectis habita
toribus ſuis a nephandis principibꝰ yn-
guar ⁊ hubba ſubuerſum eſt: ⁊ in pluri-
mā nemorum vaſtitatē et animaliū paſ-
cua ſicut hodie videtur commutatū. In
coludi eni mōaſterio virorum ⁊ virginū
congregationi prefuit ⁊ contigua vtriqꝫ
habebāt ibidem habitacula: qui diuino
conducti federe cū ſumma anime ⁊ ſpūs
iocunditate ſub ea gaudebāt viuere: que
ſe admirabili diſcretionis gratia: ⁊ puel
lis matrem exhortatiōis inſtantia: et vi
ris patrē animi cōſtantia exhibuit. Hu
ius eni ſctē ebbe virgo illa nobilis ethel-
dreda olim fuit diſcipula nūc helienſium
gloria tante magiſtre rudimentis ſe ſub
didit. Beatus quoqꝫ pater cuthbertꝰ li-
cet conſortia mulierū velut peſtem quā-
dam ab infantia vitauerit: ad huius col
loquia venire: ⁊ ad habitantiū informa-
tionem aliquot dies manere conſueuit.
Tandem vero inſtigante totius mali
incentore: habitacula que ad orationum
lectionū et alia ſpiritualis vite exercitia
fuerant facta in cōmeſſationem conſabu

lationū ⁊ aliarum illecebrarum mutata
ſunt cubilia. Uirginū ſpecies viros alle-
xit: ⁊ inquieta virorum cupido virgines
attraxit: ⁊ quaſi ſtelle de celo cadentes in
ceno voluptatum inuoluti ſunt. Hec aūt
offenſionū dei ebbam ſanctā quaſi omni
no latebat iniuria. Anno aūt ab incar-
natione domini ſexcenteſimo octuageſi-
mo monaſteriū virginū quod coludi vr-
bem cognomināt. id eſt coldingham per
culpam incurie flammis abſumptū eſt.
Qđ tamen a malitia inhabitantiū in eo
⁊ precipue illorū qui maiores eſſe videbā
tur cōtigiſſe oēs qui nouere facillime po-
tuerunt aduertere. Non defuit tamē pu
niendis admonitio diuine pietatis qua
correcti per ieiunia ⁊ fletus et preces irā
a ſe inſtar niniuitarū iuſti iudicis auer-
tiſſent. Erat enim in eodem monaſterio
vir eximie ſanctitatis nomine adamna-
nus genere ſcotus qui in adoleſcētia ſce-
leris aliquid cōmiſerat: qđ ſi ſibi reconci-
liatio ſacerdotis ⁊ penitētie non ſubueni
ret remediū: eternis cruciatibus graui-
us a deo nouit puniendū. Quēdam ergo
magne religionis preſbiterū conſuluit ⁊
ſcelus ſuum cum gemitu oſtendēs dixit
Adoleſcentior inquiens ſum: veget⁹ cor-
pore quicqđ michi impoſueris libēter fe-
ram: dummodo in die dn̄i ſaluus fiam ſi
totam noctē ſtando precibus cōtinuare:
ſi integram ſeptimanā abſtinendo iube
as pertrāſire. Cui ille. Multū eſt: ſed bi-
duanum aut triduanū ſatis eſt obſerua
re ieiuniū. Hoc facito donec redeam ⁊ qđ
deinceps agere debeas tūc plenius oſtē-
dam. Abijt igitur ſacerdos in hiberniā:
vnde originē duxit: ⁊ eodem anno huma
nis reb⁹ exceſſit. Quo comperto: adam-
nanus quoaduixit die dn̄ica ⁊ quinta fe-
ria ſolum cibum ſumpſit. Hoc inſuper ex
propria voluntate adijciēs: ꝙ noctes in-
tegras obſecrationibus dn̄o cum multa
deuotione ſepe vigilando trāſegit. Et qđ
cauſa diuini timoris ſemel ob reatū cepe
rat: iā diuini amoris cauſa delectat⁹ im-
poſterum ſemper agebat. Et qđ ex neceſ
ſitate emendande prauitatis euenerat:
in voluntarie cōſuetudinis vſum couer-
tebat. Hic tandē monaſterij edificia ſub-
limiter erecta conſiderās: in lachrymas
reſolutus: triſticiam cordis vultu indice
demōſtrabat. Qđ intuens comes: qua-
re fleret inquiſiuit. Et ille. Cūcta inquit
hec que cernis edificia in proximo eſt vt
ignis abſumens in cinerē cōuertat. Qđ
cum frater ille ſancte ebbe retuliſſet: ad-
uocato adamnato vnde hec noſſet inqui
rebat. Qui ait. Nuper nocturnis vigi-
lijs et pſalmis occupatus: aſtitit michi
quidam vultus incogniti precipiens ne
timerem: ⁊ quaſi familiari me voce allo-
quens dixit. Bene facis inquit qui tēpo-
re nocturne quietis nō ſompno indulge-
re: ſed vigilijs ⁊ orationibus maluiſti in
ſiſtere. Et ego Noui inꝗ multum michi
eſſe neceſſarium vigilijs ſalutaribus in-
ſiſtere ⁊ pro meis erratibus ſedulo dn̄m
deprecari. Uerum inquit ille dicis quia
tibi ⁊ multis opus eſt peccata ſua bonis
operibus redimere: et cum ceſſatum eſt
a laboribus rerū tēporalium tūc pro ap-
petitu eternorum liberius laborare. Hoc
tamen pauciſſimi facere curant. Siqui-
dem modo totū hoc monaſterium ex ordi
ne perluſtrans ſingulorum caſas ac le-
ctos inſpexi ⁊ neminem ex omnibus pre
ter te erga ſanitatem anime ſue occupa-
tum repperi. Sed omnes prorſus viri ⁊
femine aut ſompno torpēt inerti: aut ad
peccata vigilant. Nam ⁊ domūcule que
ad orandum vel legendum facte erant:
nunc in commeſſationum: potationum
fabulationum et ceterarum ſunt illece-
brarum cubilia conuerſe. Unde habita-
toribus loci huius et loco grauis de celo
vindicta flammis ſeuientibus prepara
ta eſt. Cui abbatiſſa ait. Et quare non ci-

tius hoc michi reuelare voluiſti? Et ille
Timui propter reuerentiam tuam: ne
forte nimium turbareris: et tamen hãc
conſolationem habes: ꝙ in diebus tuis
hec plaga a deo ſuperuenire permiſſa
non eſt. Qua diuulgata viſione: aliquã-
tulum loci incole paucis diebus timere:
et ſeipſos intermiſſis facinoribus caſti-
gare ceperunt. Ecce enim propter vni-
us meritum vniuerſitatis protelatur
exicium. Magnum nimirum illius ſan
cte matris fuit coram deo meritũ: ad cu-
ius cõſolationẽ de loci ſui deſolatiõe per
ſeruum ſuum dñs dignatus eſt edocere
Trãſlata demũ ad celos virgine ſancta:
ad priſtinas ſordes reuerſos: prefate vl-
tiõis clades inuoluit. Hec ideo in hoc lo-
co inſerere decreui: vt lectorẽ operũ domi
ni admonerẽ: ꝙ terribilis eſt in conſilijs
ſuper filios hominũ ne forte nos tempo-
re aliquo carnis illecebris ſeruiẽtes: mi-
nuſqꝫ dei iudiciũ formidãtes: repentina
eius ira corripiat: ⁊ vel temporalibꝰ dã-
pnis iuſte ſeuiens affligat: vel ad perpe
tuã perditionẽ diſtrictius examinãs tol-
lat. Conuerſus eſt exiſi in heremi ſolitu
dinẽ locus ille: ⁊ qui remanſerãt corde ſo
luti per loca diuerſa ſunt metu cõpellen-
te diſperſi. Et quod eis cõtigit ad ruinã:
multis ad caſtigationẽ profuit ⁊ medelã
Liquet itaqꝫ ꝙ vitãda ſit bonarũ etiam
cohabitatio mulierũ. Perpendite quãta
ſeruis dei prelia malignus ſpũs earum
familiaritate intulerit: quot vrbes incẽ-
derit: quot monaſteria ſubuerterit: quot
demũ corda ſublimia ⁊ ad celũ per contẽ-
plationẽ erecta: earũ ſolo cõſpectu ad ini
quitatis profundũ inclinauerit Beatus
itaqꝫ cuthbertus in inſula farnẽſi tũc de
gens: intellecta confuſione in domo dñi:
per feminas facta: creditur ⁊ ſi non legi-
tur celebre condidiſſe decretũ lege perpe
tua ſeruis ſuis obſeruandũ: quo nõ ſolũ
eis ſui corporis pſentia: cõſortia femina-
rum inhibuit: verũ etiam introitus earũ
⁊ acceſſus ⁊ aſpectꝰ abſcidit. Sancta tã-
dem virgo ebba virtutibus ⁊ operibꝰ bo
nis plena ante memoratũ patrem ſctm̃
cuthbertum quatuor ãnis migrauit ad
dñm octauo kal. ſeptembris: anno domi
ni ſexcenteſimo octuageſimotertio: et in
monaſterio ſuo cum magno honore cor-
pus eius terre commendatur. In vrbe
enim coludi a paſtoribꝰ poſt multa tem-
porum curricula: ſepulchrũ eius reper-
tum eſt. Quod cum tangẽtes aperire tẽ-
ptarent: repentina cecitate percuſſi ⁊ in-
ſanis motibus diutius agitati ſunt. Lo
ci igitur incole illud in eccleſiã ſancte ma
rie tulerunt: ⁊ ad meridianã altaris par
tem reuerẽter depoſuerũt. Erat autem
ſepulchrũ illud ligneum: quo a parte pe-
dũ per quẽdam fratrẽ cõfracto: immiſſa
manu lintheũ ⁊ oſſa tangens: ſubito mẽ
brorũ dolore correptus infra paucos di-
es ad extrema deducitur. Quo fratres
agnito: lapide illud vndiqꝫ cõcluſerũt: ne
in futurũ ſimilia preſumẽs: indignatio-
nem ſancte virginis et irã ſubire contin-
geret. Apparuit autẽ beata virgo cuidã
fratri precipiens: vt ſine timore oſſa ſua
de tumulo leuarent: ⁊ in loco nouiter con
ſtructo: cum omni honore trãſferrẽt. Cõ
fracto itaqꝫ ſepulchro: oſſa maxia ex par
te in cineres redacta colligentes: in loco
quo virgo ſancta precepit honorifice col-
locarunt. Quedã iuuencula fantaſtica:
demonum vexatione vnius oculi viſum
auris vnius auditũ: lingue penitus qui
decim diebus perdidit officiũ. Hec in ora
torio ſancte virginis pre tedio dormiens
columbam niueã ſuper altare deſcende-
re ⁊ ſtare vidit. Euigilans autem: perfe-
te ſanatã ſe ſenſit. Cum quedam muli-
er cecitate percuſſa ad oratoriũ virginis
adducta fuiſſet: apparuit ei in ſompnis
virgo quedam albis veſtibus induta di-
cens. Graues ex cecitate moleſtias vſqꝫ

nunc perpeſſa es ſed ad fontẽ meum deſcendens lauari ne differas: vt ſaneris. Quo facto: ſanata cum gaudio receſſit. Oſſe cuiuſdam auce in guttur iuuenis infixo: ⁊ collo in tumorẽ verſo: cum lotus de fonte virginis in oratorio preces fudiſſet: ſubito ſanus effectus quo os illud deueniſſet penitus ignorabat. Quidã contracto hugo ſancta apparens in ſompnis membra debilia manibus ſuis tam fortiter attrectauit ac ſi membrum aliquod auelleret. Vñ pro nimio dolore clamans ⁊ euigilans ſanatũ ſe inuenit. Quẽdam mulierem mutam et colli inflatione vexatam: virgo ſancta apparens digitos ſuos immiſit in os eius ⁊ tangẽs linguã eius ſanauit. Alteri ſurdo et muto auditum ⁊ loquelam reddidit: mulierem a demone vexatam liberauit: ⁊ alteram cecitate pcuſſam lumẽ celi videre fecit. Venerũt ad fontem coludi mulieres quedã: ſicut e diuerſo loco ſic erãt ⁊ merito Aliis quidem aquam in fonte non reperientibus: cetere vaſa ſua implere meruerũt. Et cum relique non credentes cum indignatione aquam oſtendi peterent: inclinatis vaſis vacua inuẽta ſunt. Et cum domi veniſſent omnia vaſa ſua aqua repleta viderunt. Quidam muto loquelã ⁊ mulieri cece lumen oculorũ dedit: idropicam in ſpecie columbe apparens ⁊ crebro alarum verbere ventrẽ perluſtrans ſanauit: alteram idropicam valitudini reſtituit: claudum erexit: ⁊ tres cecos illuminauit. Puella muta ⁊ cõtracta ad beatam margaretam reginam delata: greſſum recepit. Cui beata regina apparens precepit: vt ad ſanctam ebbam pergens: loquelam reciperet. Quo eum veniſſet: beata ebba ſibi apparens: blanda manu oculos eius ⁊ faciem palpãs atq; per labia trahẽs ait. Surge quia loquelam recepiſti. Et ſanata ſurgens benedixit deum. Iuuenis quidam multis annis mutus ⁊ mirabiliter inflatus ad tũbam ſancte margarete regine de vẽtris inflatiõe medelam recepit: ⁊ ad oratoriũ ſancte ebbe venienti: beata virgo nimis ſpecioſa ei apparens: digitũ ſuum in os eius poſuit ⁊ diſceſſit. Euigilãs ille cum ſanatum ſe vidiſſet: apparuit ei iterum ſancta ebba precipiens vt beatũ thomã martyrem perigrinãdo feſtinus adiret. Eſt autẽ mons coludi: ſiue monaſteriũ coludi antiquit⁹ famoſum loc⁹ quidã in ſcotia a berewico verſus boriam ſex miliaribus diſtãs: ſupra mare ſitus: ab incolis tẽporibus noſtris coldingham vocatur: et a monachis dunelmenſis eccleſie inhabitatur.

## ¶ De ſctã Edburga virgĩe et abbatiſſa.

Poſt ſancte mildrede conſummationem virgo nobilis edburga orbatam matre familiam cauſa regiminis ſubintrauit: ne forte lupi rapaces: gregem dominicum crudeliter inuadẽtes: rabidis dentibus dilacerarent. Fuit enim beata virgo edburga beate mildrede proauia filia quidem ethelberti regis primi: qui chriſti fidem ſuſcipere meruit: ex berta regina progenita. Ex hac enim religioſorum parentum proſapia virgo ſancta edburga originem duxit. Nomen enim edburge ex corrupto et integro compoſitum: beata ciuitas interpretatur. Beata quippe ciuitas eſt in qua ſibi domin⁹ ſedem habitationis preparans: armis ſue potentie ab inimicorum impugnationibus defendit. Hec enim virgo ſancta poſt ſacri baptiſmatis ſuſceptionem die nocteq; laudes deo referebat: feruẽti animo iugiter flagitando quatin⁹ in ſuperna ciuitate celeſtis hieruſalẽ conſcribi et ad thronum ſpõſi ſui xp̄i ſpiritualiũ premiorũ circũamicta conduci mereret. In eccl'ia enī cui neptis ſua beata mildreda p̄fuit i oī ſctitate deo ſeruire ſtuduit ⁊ ſibi

in regimine ſucceſſit. Solerti ſtudio meditari cepit corp⁹ ſancte mildrede virginis ad locũ transferre paratũ et patefctõ tumulo integrũ virginis corpus ⁊ incõtaminatũ quaſi ipſa die fuiſſet ſepultum repperit. Tãta aũt redolebat odoris ſuauitas: ac ſi omniũ illic odoramẽtorũ aromata ſuccenſa haberẽtur. Uirgo autẽ edburga quaſi in mundi fluctibus nauigans: ſed tamen viriliter agens: cor ſuũ diuinis ſtudijs cõfortãs: ſacris eloquiis animũ oblectans: orationib⁹ animã decorans: elemoſinis corpus purgans: angelos ſibi in adiutoriũ inuitãs: de virtute in virtutẽ proficiebat. Jamqꝫ mundi huius delitias vigili mente caducas cõſpiciens: cuncta huius eui gaudia vt lutum plateарũ cõtempſit. Aurũ eni et argentũ niſi forte ad eccleſiaſtica ornamenta vel cetera diuia officia redegiſſet ſicut ſterc⁹ reputabat: et que a ſolo deo eſt gloriam toto corde queſiuit. Magis eni ſolui ⁊ eſſe cũ xp̃o deſiderans: ſententiã apoſtoli q̃diu in corpe ſum⁹ peregrinamur a domino: iugiter in corde reuoluit. Poſt multorũ itaqꝫ annorũ curricula poſt varia et innumera hoſtis antiqui deuicta temptamenta: inuenta eſt ſine macula: quoniã poſt aurũ non abijt nec in theſauris pecunie ſperauit. Juſt⁹ itaqꝫ remunerator domin⁹ inuenit famulã ſuam dignis operibus inherentẽ ⁊ vocauit eam ad ſuperna polorũ gaudia dicens. Ueni electa mea ⁊ ponam in te thronũ meum: quoniã rex iuſticie cõcupiuit ſpeciem tuam. Oleum tui laboris in lãpade recõde vt cũ bonorũ operũ luce venienti ſaluatori poſſis occurrere. Mox enim fine felici beatã virginẽ mors preuenit tẽporalis: qua carnem hactenus anime ſue cohabitatricẽ idus depoſuit decẽbris: ſpiritũqꝫ deo cõmendauit. Juuenis quidã a natiuitate mutus ad tumbã ſctẽ virginis veniẽs: recepta loquela eloquẽs poſtea efficitur ⁊ facundus. Sacerdos quidã monaſterij ſctẽ edburge ꝓpter ſeculi preſentis ſublimitatẽ locũ vel reliquias eiuſdẽ ſacre virginis neglexit. Que cũ in viſiõe per virginẽ ſctãm reprehẽſiões crebras audiſſet: ⁊ in ſua pertinacia perduraſſet nocte quadã apparuerunt cuidam fideli duo nigerrimi viri eundẽ ſacerdotẽ ante eccleſie oſtiũ: ſtrictis vĩculis religatũ tenẽtes: ⁊ oculos illius vnguibus eruẽtes multiſqꝫ eum cruciatib⁹ torquẽtes: quouſqꝫ virgo ſancta a loco quietiõis ſurgẽs ipſm de manibus impiorũ erueret dicẽs. Dimittite miſeri miniſtrũ meum Ex ea enim die idẽ ſacerdos oculorũ lumine priuatus vſqꝫ ad diem obitus ſui digne deo ⁊ virgini ſancte ſeruiebat. Archiep̃us quidã dorobernenſis cũ plures ſuperuacuas ⁊ inutiles terrarũ cartulas cõburi iuſſiſſet: carta territoriũ ſancte edburge deſcribẽs igni cũ ceteris forte iniecta: ceteris vſqꝫ ad fauillas redactis comburi non potuit. Matrona diris cruciata languorib⁹ tumbã ſancte edburge adiẽs vigilijs et orationib⁹ inſiſtebat. Et ecce in nocte paſche vidit in ſompno agnum dei de ſuperis deſcendentem: niue candidiorem: omni venuſtate pulchriorẽ: ſup pectus eius leuiter conſiſtere et ſe viſitare. Hanc aũt facto cũ gloria in excelſis deo: caneretur: mulier eadẽ ꝑfecte ſanatã ſe ſentiens: gratias deo reddidit. Cum ſacerdos quidã a facie danorꝝ ad ſepulchrũ ſancte virginis cõfugiſſet: barbarica auſteritate eũ rapientes diuerſis tormẽtis affligebant. Nec mora: diuina protinus ſubſecuta eſt vindicta: ⁊ vẽtris intollerabili reſolutiõe vel ſanguinis effuſiõe momento paruo multi interibant: quouſqꝫ prompta mente ſacerdotẽ abire cõpellerent. Cum furti quidã argutus ablata reſtituere moneretur: temerario ore tali ꝓferre nõ metuit. Non me inquit dñs ſecretorum inſpector: neqꝫ virgo beata ed

burga cuius nūc locū aſpicio ex hoc vnꝗ̄
loco viuū tranſire permittat: ſi furti cri-
men michi imputatū cōmiſi. Et ecce pro
tinus inteſtinorū viſcera per anum effu
dit: & vt voce petiuit: viuus a loco nō ſur
rexit. Mulier quedā: annis multis in-
firmitatibus decocta cū nocte quadā ſopo-
ri membra dediſſet apparuit ei quedam
mulier pulcherrima dicēs. Surge et ad
eccleſiam ſancti gregorij cantuarie profi
ciſcēs: lumen tuū ad quietē ſancte edbur
ge deferre cum deuotiōe propera: vt ple-
na gaudere poſſis ſanitate. Quo fcto: op
tatā ſalutem deo gratias agens ad ſua
reportauit. Cantuarie vero in cenobio
ſancti gregorij ſcriptum repperi: ꝙ anno
dn̄i milleſimo octuageſimoquinto ab ar
chiepiſcopo lamfrāco fuerūt de tumulis
ſanctarū mildrede & edburge in thaneto
inſula eleuate reliquie: & cū maximo ho-
nore cantuariā trāſlate: & in eccleſia bea-
ti gregorij quam paulo ante ad pauper&
ſolamen conſtructā ditauerat collocate.
In monaſterio tamen ſancti auguſtini
cantuarie ſcriniū ſancte mildrede oſten-
ditur: et aliter ꝙ premittitur ſicut in eius
vita ibidem exaratū eſt: & ſupra legenti-
bus perpendi poteſt habetur. Quorū in
hac parte altercationē: peritis diſcutien
dam relinquens: que in vtriſq; locis exa
rata videre merui: edificatiōis & notitie
gratia litteris mandare decreui.

De ſctā Editha virgine et abbatiſſa.

Beata virgo editha filia fuit
edgari regis & wlftrudis re
gij ducis filie: quā rex inſoli
bilibus votis regno ſociare
diſpoſuerat: ſed partu expli
cito caſte viuē ꝙ illecebris deſeruire ma-
luit propter deum: habitūq; moniaium
de manu ſancti ethelwoldi epiſcopi apd̄
wiltoniā ſuſcepit: & virtutibus & exēplis
proficiēs: virginibus mater ſpiritualis
effici meruit. Sācta vero editha ſub ma
terna cura relicta de cōſenſu tandem re-
gis in eodē monaſterio habitum religio-
nis ſuſcepit: quā mater non auro & moni
libus ac vario ornatu: ſed litterarum ac
vtutū decore ornare ſtuduit. Inter mul-
ta autem ſanctorū exempla que libris le-
gebat: interq; pſentia ſanctorū et maxie
propinquorū religioſorū lumina: vicinius
accendebatur virginali palma ſanctiſſi
me amice ſue edithe edgari regis patris
ſui germane q̄ in mōaſterio pollelworth
prouincie warwici meritorū ſignis ſicut
& ipa wiltonie refulſit. Sororibus enim
martham chriſto ſe prebuit mariam.
Singulis in miniſtrando inclinabatur
et omnes hoſpites in chriſti viſcera am-
plexans: ſic abſtinens ac ſi epularetur:
ſic epulās: vt fragilitas ſeruaretur ter-
renis fauoribus valedixit: languidis ac
deſtitutis ſe impendit: et regis natis le-
proſos prepoſuit. Quanto quiſq; appa-
ruerat morbis deformior: tāto hec affer-
tur benignitate compatiētior: & famula
tu ſuffuſior. Oculus cecorū: baculus de-
biliū: veſtis & alimonia indigētium atq;
omnium deſolatorū extitit ſolatium. Ci-
licio aſperrimo ad carnē vtebatur: niti-
dis veſtibus ſuperius decoratis. Unde
cum beatus ethelwoldus videret illam
cum ornatiore habitu aliquando proce-
dentem: ait. O filia non his itur ad tha-
lamum chriſti indumentis nec exteriori
cultu delectatur ſpōſus celeſtis. Illa ve-
ro interni cōſcia habitatoris: taliter reſpō
dit Crede michi o pater nequaꝙ̄ deterior
mens deo aſpirāte ſub hoc habitabit te-
gmine ꝙ ſub caprina melote. Habeo do-
minum meū qui nō veſtem ſed mentē at
tēdit. Senſit ergo vir dei in virgine gra
tie auctoritatē: nec auſus contriſtari ſu-
pernum in illa preſidē. Letatur magis
dominū in ſanctis ſuis oīa ꝑut vult ope-
rantem. Animaduertēs etiam nil differ
re in purpura aut in ſacco ſi mens mun-

da verſetur. Ubicūqȝ editha incedebat crux xp̄i comes erat: crucē in fronte in pectore in itinere in omni opere ſuo p̄tēdebat. Quodā eni tempore epulas ex more cum in diſco efferret quas in ſinu pauperis abſconderet: occurrit a latere puer elemoſinā petēs. Cui cū illa cū ſolito crucis ſignaculo porrexiſſet: ita mēdicus diſparuit: vt nullus videret qui reciperet. Cū enim quindeci eſſet annorū a patre ſuo rege edgaro ſuper tria monialiū monaſteria ſcilicet wintoñ: berkingū: ⁊ tertiū abbatiſſa effecta eſt. A domo tamē in qua deo ſeruire ceperat: auelli non poterat: ſed ſingulis locis ſpirituales m̄res: tanq̄ efficatiores diſpoſuit: malens matri ſubeſſe q̄ alijs preeſſe matrē timere: q̄ alijs imperare. Mortuo āt patre ſuo rege edgaro et ſuccedēte filio ſuo edwardo adhuc infantulo: ſompniauit v̄go ſancta oculū ſibi decidiſſe dextrum. Qđ referens ſororib⁹ ſimulqȝ exponēs ait. Uidere inquit michi videor hāc viſionē edwardi fratris mei portēdere caſum. Nec multo poſt edward⁹ dum fratrē ſuū ethelredū videre deſiderat: a filijs iniquitatis ſicut in vita eius claret occiſus eſt. Cūqȝ magnates virginē ſctām de monaſterio extrahere et in patris ſolio ſicut pleriſqȝ nationibus femie principatur ſublinia re niterētur ⁊ inſtarēt: ⁊ deniqȝ vim facere vellent: facilius ſaxa in plumbū cōuerti: q̄ illa a p̄poſito ſuo ⁊ dei ſeruitio reflecti valuerūt. Cū enim in honore ſcti dioniſij eccleſiā fabricaſſet: et beatū dunſtanū ad eius dedicationē inuitaſſet idē pōtifex vidit prefatā virginē pollicē dextrū frequēter protēdere ⁊ ſignū crucis fronti imprimere Ex quo delectatus dunſtan⁹ apprehēſa manu ei⁹ dextra dixit. Nūq̄ putreſcat digit⁹ iſte. Cōtinuo inter miſſarū ſolēpnia in lachrymas prorupit dūſtanus: ⁊ inquiſit⁹ a dyacono ſuo cur fleret: ſuſpirans ille imoqȝ trahēs a pectore vocē dixit. Hec deo dilecta aīa hec ſiderea gēma ad ſctōrū patriā rapietur ab illuuione terrena ⁊ erūpnoſa cohabitatione noſtra. Neqȝ enī ſceleratus mund⁹ iā dignus eſt tante lucis p̄ſentia. Quadrageſima enim tertia die ab hodierna occidet nobis hec prelucida ſtella. Auferunt ab ergaſtulo nr̄o ſctōrū luminaria ⁊ nos ſedem⁹ i tenebris ⁊ mortis vmbra. Nos pigritātes ſenes dāpnat etas immatura: que nobis dormitātib⁹ intrat celi palatia. Appropinquāte hora qua de hoc mundo trāſiret ad dn̄m: adeſt ſctūs dunſtan⁹ ⁊ exhortationib⁹ atqȝ orōnib⁹ animā eius armās et egreſſam a corpore in manus dei recōmendauit. Quedā interim ſoror trepida currens de eccleſia ſancti dioniſij vbi v̄go ſancta obierat ad monaſteriū audit tanq̄ in choro multitudinē pſallētiū. Cui herenti: occurrit quidā ſpecioſi vult⁹ ⁊ habitus glorioſi. Ne approp ies inquit huc quia angeli ſcti godā puellā: ſic eni gratioſius appellabatur: que patria voce bona cognoiatur: conuenerūt vt ad eterna gaudia hinc ſecū auferant: quatinus cum iſto cōcentu exercit⁹ celeſtis aulā introeat perpetue iocūditatis. Sicqȝ āno viceſimotertio etatis ſue ſextodecimo kal. octobris migrauit ad xp̄m: circa annū dn̄i nongēteſimū octuageſimūquartū: ⁊ ſepeliuit eā dunſtanus in eccleſia beati dioniſij quā ip̄a fundauerat. Hūc locū preſaga mēte ſepe virgo notauerat: ⁊ hic locus requietionis mee eſt dixerat: atqȝ hūc frequētans aſſiduo imbre lachrymar̄ irrigauerat. Xenodochiū in atrio monaſterij quo treſdecim pauperes vſqȝ hodie reficiūtur inſtituit. Tricesimo obitus ſui die apparuit virgo ſancta genitrici ſue wlſtrude: ita pulchra et leta ac lumine ſicut veſtimēto amicta et glorioſa narrat ſe regi ſuo bene acceptā in gloria eterna. Et ſathanas inquit me coram dn̄o meo accuſauit ſed ſanctorum

apoſtolorū patrocinijs caput ei⁹ contriui et in cruce ieſu mei deiectū et conculcatum triūphaui. ¶ Triciſimo tranſit⁹ ſui die nata eſt ex illuſtriſſimis parētib⁹ paruula ſuper qua ipſa beata editha ante mortem cogitata vt de ſacro fonte hūc partum cū naſcerećt ſuſciperet. Suſcipiam inquit quomodo deo placuerit: ſed illa ante nata eſt celo ꝙ iſta mundo. Illata itaqꝫ ad eccleſiam infantula cū elphegus illam baptizaret et poſt cereū ꝑtenderet dixit. Accipe puella lampadem cuꝫ qua introeas ad nuptias dn̄i ſubito quaſi ſancta editha coram tenēte ſuſceptā infantulam palmulā porrexit: cereūqꝫ vltro ſuſcepit ac tenuit. Intellexit repēte ſanctus elphegus ep̄s hoc eſſe mirabile preſagiū diuine electionis ⁊ ſtatim parētibus ei⁹ ait. Hanc infantulā ſoli deo deſponſandā nutrite: et poſt ablactationeꝫ monaſterio tradite. Hec enī puella brithgina vocata apd̄ Wiltoniā abbatiſſa effecta in ſancta conuerſatione vitā finiuit. ¶ Elapſis poſt depoſitionē ſancte edithe annis tredecim apparuit dūſtano archiepiſcopo dicēs. Reminiſcēs inq̄t dn̄s miſerationū ſuarum aſſumpſit me: placetqꝫ ineffabili bonitati ſue vt clarificer in ſalutem fideliū ſuorū apud hoīes: quam glorificauit apud angelicos cōciues i celis. Uade ergo Wiltoniā et diuina mandata exequere et corp⁹ meū de terra eleuare ſtude. Ne dubites nec vlla te fātaſia deludi exiſtimes: hoc enī veritatis tibi dabitur ſignū qd̄ ſcꝫ preter officia mēbrorū quibus in puellari leuitate abuſa ſum. id eſt oculorū/manuum/pedū inuenies reliquum corporis mei ſicut illibatum ita et incorruptū: nā libidinis ⁊ crapule expers ſemper fui. Pollicē quoqꝫ dextre man⁹ quo mihi aſſidue ſācte crucis impreſſerā ſignum videbis nihilomin⁹ illeſū vt appareat benignitas dn̄i in parte ſeruata ⁊ paterna caſtigatione in parte aſſumpta. Dunſtan⁹ itaqꝫ cū apud ſacrum prope Wiltoniā pernoctaret: per viſum transfertur in eccleſiā Wiltonie vſqꝫ ad tumulū virginis ſācte ⁊ ecce videt angelica claritate ſanctū dioniſiū altari aſſiſtere et virginē editham luce et cādore ſplendidā tali dilectū patronum cōpellare deuotione. Scis pater de me q̄d dominice placuit gratie tu ſummi cōſilij interpres et diuine voluntatis legate huic aduene qua fide et auctoritate huc eum inuitaueriꝫ ediſſere. Sctūs dioniſi⁹ ait. Animaduerte frater viſionē quā nuper vidiſti verā eſſe ſuper hui⁹ dilecte dn̄i declaratione. Digna eſt a terrigenis venerari que inter celigenas meruit coronari Dignū eſt honore hoc corpus hoc tēplū virginalis pudicitie in quo amator virginitatis regnauit dn̄s rex glorie. Nam eius placabilia apud xp̄m ſuffragia mortalibus ſūt neceſſaria. Igitur tertio nonas nouēbris corp⁹ ſanctū de terra leuatur: ⁊ oīa vt premittitur inueniunć. Monachus quidā glaſtonie noīe edulfus collectam tenere in rugam a corpore ſācto tunicā cultello ꝑſcidit ſimulqꝫ ſctm̄ corpus ferro ꝑcuſſit. Nec mora ſanguinis nuda ac ſi de viua vena elicita prorupit: veſteſqꝫ ac pauimētū reſperſit. Territ⁹ preſomptor ferrū cū ſacra rapina proijciens in faciem ruit culpā fletibus lauare curauit. Cūqꝫ a ſatiſfactione ſurrexit iam nullus cruor apparuit. Et cuꝫ ſoror quedā de vitta ſacri capitis partē abſcindere tētaret: vitale caput ſe erexit ac preſumptricem minari indignatione abſterruit. Clerici pictorum ſcrinio circūferētes ſanctū cōfeſſorē ẏwium in cenobio ſācte virginis honorifice ſuſcepti in altari beate edithe reliquias depoſuerūt. Cūqꝫ clerici abſcedere vellent tāto ẏ Wius aſſixus eſt pondere vt ab altari nullo conamine leuari poſſent. Plorāt aduene eiulant veſtes ſcindūt ⁊ crines euellūt. De

ſperati tandē receptis duobus milib⁹ ſo
lidoꝛuꝫ a Wlftrude abbatiſſa ad pꝛopꝛia
triſtes redierunt. Cum enī rex camic⁹ in
feſto pentecoſtes apud Wiltoniam cōui-
uās ſolēnes cachinas in ſanctā editham
effunderet: nūq̄ ſe creditur dixit filiam
regis edgari ſanctam foꝛe cui⁹ pater li-
binini ſemꝑ ac tirānidi deditus fuit. Cō-
tradixit ednot⁹ archiepſ tūc pꝛeſēs ⁊ ſta-
tim ſepulchꝛū virginis aperuit: vbi de-
functa virgo ſingulotenus ſe erigens in
cōtumacem regē impetū facere viſa eſt.
Hoc ille metu turbatus humi quaſi exa-
nimis cecidit: et tandem reſpirās letus
erubuit ⁊ ſue pꝛeſumptiōis ⁊ temerita-
tis veniam poſtulās ſanctā virginē dein
ceps in magno honoꝛe habuit. Vn̄ ſemel
oꝛta in mari tēpeſtate beatā editham in
uocauit: ⁊ ſerenitate reddita ad poꝛtum
optatū applicuit. Aldꝛedo eboꝛacēſi ar-
chiepō i mari adꝛiatico piclitante ſanctā
ꝟginē inuocauit: et ſtatim viſibiliter ap
parēs ego ſum inquit editha et ſubitam
maris tranquillitatē reduxit. Cū quidā
terrā ſancte edite vſurpaſſet ⁊ moꝛte ſu-
perueniente impenitens coꝛrept⁹ fuiſſet
poſt aliquantulū tempoꝛis ſpaciū q̄ moꝛ
tuus fuerat ſurrexit dicēs. Succurrite
amice ſubuenite omnes fideles dei: ecce
ſācte edithe indignatio intollerabilis ab
omni plaga celi et terre hanc infelicē ani
mam meam excludit ſuiq̄ iuris inuaſo-
rem nuſq̄ ſubſiſtere permittit nec in hoc
coꝛpoꝛe durare nec viuere mihi nec moꝛi
concedit. Reddita autem terra: ſine moꝛa
ſpiritum emiſit. ¶ Narratio.

Circa annum dn̄i milleſimum ſecūdū.
imperatoꝛ otho tertius vxoꝛē habuit que
cuidam deſponſato ſe ſubſtituere ⁊ illici
to concubito cōmiſcere voluit: ſed dum
ipſe ſtupꝛum recuſaret: accuſatus graui
ter ab eadē apud imꝑatoꝛem iuſſus eſt ſi
ne audientia decolloꝛi. Qui anteq̄ moꝛe
retur vxoꝛi ſue cūcta referēs rogauit vt
poſt moꝛtē ſuā iuditio ferri cādentis ei⁹
purgaret innocentiam. Affuit dies q̄ ce-
ſar in pꝛoximo pupillis ⁊ viduis ſe aſſe-
ruit iudicium facturum. Affuit ⁊ vidua
caput mariti depoꝛtans: et querens qua
moꝛte dign⁹ eſſet q̄ aliquē iniuſte ꝑimiſ-
ſet. Rn̄dit ceſar. Capitis pꝛiuatione. Et il
la. Tu es vir ille qui ad inſtantiā vxoꝛis
tue maritū meuꝫ iniuſte occidiſti qđ ego
iudicio ferri candentis mox cōpꝛobabo.
Quo facto: ceſar in manus femine ſe de-
dit puniendum: inſtantia tñ pontificum
impetratis a vidua inducijs in quib⁹ rex
examinata cauſa vxoꝛem pꝛopꝛiam con
cremauit: ac pꝛo tali redemptione quatu
oꝛ caſtra in epiſcopatu bꝛumenſi vidue
dedit.

## ¶ De ſancto edmūdo Epo et confeſſoꝛe.

Sanctus edmundus in aben
donie villa in Weſtſaxonica
plaga anglie oꝛiginē duxit
Cuius parentes cēſu quidē
ſeculari mediocres: ſꝫ moꝛ
diuitijs fuerūt ꝑpotentes. Pater ei⁹ no-
mine edwardus cognomēto diues de cō-
ſenſu cōiugis ſue in monaſterio de eueſ-
ham regularē vſq̄ ad obitū vitā i bonis
operib⁹ perſeuerās deduxit. Mater ve-
ro virtute nō inferioꝛ cogitationi femi-
nee maſculinū animū inſerēs i ſeculo nō
ſeculariter viuēs: cū animi mollicie car-
nis illecebꝛas a ſe penit⁹ amputauit ca-
pam clauſā deferēs: veſtes reiecit quas
ꝓpoſito caſtitatis nō conuenire cenſuit.
Vigilias monachoꝛū abēdonie ſigulis fe
re noctib⁹ frequētare ꝯſueuit ⁊ cilicio in-
duta loꝛicā ferream deſuꝑ addidit. Qui
hui⁹ enī ſcti edmūdi carne floꝛida virgini
tatis floꝛē illibatū ꝑpetuo de⁹ permāſurꝫ
edocuit: q̄ eū ſupꝛa moꝛē coiter naſcentiū
felicib⁹ auſpicijs ex ſue mr̄is vtero ſegre
gauit. Egreſſus itaq̄ de cellula natiuita
tis ſue ita mūd⁹ ⁊ immunis ab oī coꝛru-
ptiōis hūane ꝯtagio extitit: velut ſi moꝛ

inuolutus ſindone mundiſſima nullam contraxiſſet maculam continẽs de contẽto. Iacebat puer a mane diei ſcti emũdi martyꝛis quo pꝛodijt in lucẽ vſq3 ad veſperam velut exanimis vt aſtãtes ſepeliendum puerũ mãdaſſent: niſi conſilium matris obſtitiſſet. Uocatus eſt aũt puer edmundus eo ꝙ in die ſancti edmũdi natus eſt: ac etiam q2 mater eius dũ ad feretrum pꝛefati martiris grauida ꝑces funderet vite vel ſpiritus pꝛimitias in pꝛole pꝛimit⁹ depꝛehẽdit. Hoc eni nomẽ ex duobus integris cõpoſitũ anglice et latine interpꝛetatũ ſonat felicẽ et mundũ. Dũ igitur edmundus adoleſcens fact⁹ eſſet ſenſuum pꝛimitias deo dedicãs ita ipos per ſpiritualis vite exercitia aſſueſcebat in boni ſtudiũ vt pꝛeualẽte poſtmodũ cõſuetudine vitaret velut naturaliter omẽ malũ. Uñ velut ĩ q̃buſdã tabulis vacuis habitũ ſctitatis ex frequenti bona actiõe acquiſitum per quandam impꝛeſſionem imaginatiuã ſtuduit figurare ac ſic innocentie fundamẽto ſuperedificauit ardua virtutũ palatia vt creſceret in tẽplũ ſanctũ ĩ dño edificatio ꝑ ſpm̃ inchoata. Erat q3 talis vt nõ ſolũ pꝛius faceret q̃ doceret ſed et pꝛius faceret q̃ audiret. Incoꝛruptionẽ que pꝛoximũ facit deo ſpecialiter pꝛeelegit beate virgini marie ſe deuouit et ad matris cõſilium cilicio vſus per ſextas ferias pane ⁊ aqua ieiunauit dieb⁹ feſtiuis ⁊ dominicis añq̃ comederet pſalterium ex integro dicere conſueuit. Cũ ſemel doloꝛ capitis eum tam acriter arriperet ꝙ in ſtudio pꝛoficere deſperaret: ait ei mater ſua fili vt arbitroꝛ inoꝛdinata tonſura doloꝛis eſt cauſa quem pateris. Clericaliter deiñ attõſus doloꝛis incomodo nequaq̃ eſt vexatus. Accidit enĩ vt cum in pꝛato quodã oxonie vicino ſpaciendi cauſa ſeoꝛſum iret apparuit puer ſpecioſus ſic inquiens. Salue dilecte mi Subiunxitq3 miroꝛ valde ꝙ tibi ſum ita incognitus pꝛeſertim cum ad latus tuũ in ſcolis quotidie ⁊ alibi comes indiuiduus exiſtam. Reſpice igitur in faciem meam ⁊ quod ibi ſcriptum videris ſingulis noctibus fronti tue impꝛime. Erat autẽ ſcriptum Iheſus nazarenus rex iudeoꝝ. Hoc quidem titulo edmundus contra moꝛtem ſubitam et cõtra incurſiões hoſtiles iugiter ſe muniuit. Extũc duxit in conſuetudinem omni hoꝛa diei et noctis aliqua paſſionis dominice inſignia meditando recolere. Unde cu3 ſemel noctem quandam ꝑpeditus abſq3 vlla paſſionis dominice recoꝛdatione tranſiſſet: ecce circa auroꝛam apparuit antiqu⁹ hoſtis vtramq3 manum eius alligans ne ſignare ſe poſſet. Sed edmundo in ſpiritu oꝛante: auulſus hoſtis inter parietem et lectum cecidit. Quẽ per guttur ſtringẽs adiurauit in ꝟtute paſſiõis ⁊ aſꝑſiõis ſãguinis xp̃i vt ei diceret ĩ quo plus arceri poſſet. Et ille. per illud quod mõ nominaſti. Alia vice dum oꝛationem quanda3 beate marie et iohãnis euangeliſte dicere omiſiſſet: apparuit ei in ſomnis beat⁹ iohannes cũ ferula percutere ꝯminatus. Inſtigante enim antiquo hoſte filia hoſpite ſue non ſolum ſignis et nutubus ſed et verbis edmundum ad illicita pꝛouocabat: nec deſtitit donec ad camerã viri deĩ veniens expoliata flagellaretur. Cũq3 per puellam inimicus nihil pꝛoficeret ꝑ matronam quandam donaria afferẽtem quaſi ſub obſequij velamine conatus eſt edmundũ ſupplantare. Sed ille ſine mariti conſcientia nihil recipere volens illã verecundia ſic deluſit. Quamuis enim non eſſet pꝛomotus factus tamẽ magiſt in artibus anteq̃ legeret miſſam audire hoꝛas canonicas dicere conſueuit. Pecuniam a ſcolaribus acceptã puluere operiens in feneſtra poſuit dicens. Terra terre puluis pulueri merito debet commendari. Unde ſepe a ſocijs ioco et a furibus

clanculo aſportabatur. Cum arithme-
ticam legeret apparuit ei in ſomnis ma-
ter ſua dudum mortua querens quid le-
geret que de eſſent figure ille quibus in-
tendit. Reſpondit. talia ſunt et talia. Il-
la vero depixit in manu ſua dextera tres
circulos. patrem/filium/et ſpiritum ſan
ctum continentes. Hiis inquit fili de cete
ro intēde figuris. Raro in eccleſia ſedit
ſed aut ſtans aut genua flectēs exorauit
Pilis quoq; capitis et barbe p̄ nimia ab-
ſtinentia defluentibus: labia ei⁹ fiſſa vi-
debantur velut humore egens hians ter
ra. Pridie quā celebrauit et ipſo celebra-
tionis die carnes nō guſtauit. Carni ſue
ſolebat frequenter inſultādo dicere. Eo
magis humiliaberis quo magis appetis
ſuperbire. Electuaria et medicinalia nō
curabat: genua ex frequenti geniculatio
ne habebat calloſa. Poſt primum ſomnū
quem potius ſedēdo ꝙ̄ iacendo ſumpſit:
de nocte ſurgēs ſynaxim dicebat vix poſt
hec ſomnum ſubiturus. Si quādo detra
ctionis verbum veniret in medium mu-
tato ſtatim themate ad materiam tranſi
it ſaniorem. Ventilationibus cauſarum
intereſſe noluit/officinas ſuas nunꝙ̄ vi-
ſitauit/ compotum de miniſtris non au-
diuit/ plus ſemper expendebat ꝙ̄ habu-
it. A famulis ſuis carnis mundiciā adeo
exegit vt ex pacto preſcripto quicunq; in
immūdiciā incideret accepta mercede re
cederet. Decimas oblationes ac peccato
rum precia in pios ſolummodo vſus ex-
pendebat. In ſtudio ſuo coram ſe imagi
nem beate marie habebat eburneā et in
circuitu miſterium noſtre redemptionis
habebat depictū. Sicq; de codice proce-
debat lectio ad ychonomiam oratio. Cō-
meſtionis/dormitationis/et equitatiōis
tempora quibus ſtudeo nequiuit intēde
re deperdita iudicauit. Tātum ſcriptu-
re ſacre detulit honorem ꝙ quotiens bi-
bliā apuit oſculo honorauit Cōmiſſa ſibi
crucis legatione procurationes cōceſſas
non ſumpſit proprijs ſtipēdijs cōtra mo
rem militauit. Cōtigit illo in ſtudio dor
mitante candelam ardētem ſuper bibli-
am ſuam cadere ſed eo vigilante et ſuſpi
rante nullam vſturam apparere. Eius ci
licia inueterata igni tradita comburi nō
potuerunt nec in cilicio eius aut ceteris
veſtibus vix vnꝙ̄ vermis reperiri potu-
it. Miſſis aliquando de cantuaria apud
ſarum nuncijs pro edmūdo in archiepi-
ſcopum promouendo: ait ad eos decan⁹.
Bene veneritis et male veneritis. Be-
ne quidam: ꝙ eccleſie noſtre honorē faci-
tis ſed male: quia theſaurū cum theſau-
rario noſtro aufertis. Edmund⁹ vero ni-
ſi deum offendere timuiſſet electioni de
ſe facte nunꝙ̄ conſenſiſſet. Hoc igitur ad
uertant ambicioſi honores captantes: p
phas nephaſq; in vineā domini vltro ſe
ingerentes irrumpere volentes per lites
et iurgia per promiſſa et munera per cō
ſperationes et confederationes per ani-
fractus et diſſimulationes in ouile domi
ni aſcendentes Promotus igitur edmū
dus ī virtutū exercitijs creuit: calciamē
ta ꝓpria detrahere ſibi nō erubuit. Qui
cunq; obiter volenti cōfiteri de equo deſ
cendens libenter audiuit nulla aeris in-
temperie aut hoſpitij propīquitate retar
datus. Inſtar quoq; oliue que ſibi corti-
cis amaritudinē retinet et ceteris liquo-
ri dulcedinē infūdit: ſic ipſe ſibi durus
erat ceteris compatiens et benignus. Pe
ctus ſuum frequenter tutudit genua ter
ra colliſit ita vt clerici in cellarijs ſub ipſo
vix dormire poſſent. Sexum quoq; femi
neum ob honorem beate virginis ſemp
honorauit nec tamē per hoc maculā vel
mētis incurrit immo cū a q̄dā ſuo famili
ari reprehēderetur ꝙ cum quadam ma-
trona tam frequenter loqueretur: reſpō-
diſſe fertur. Vides ne quam ſpecioſa fu-
it illa? Sepius mihi aſſedit: nunꝙ̄ tamē

plus q̄ de muro illo temptatus extiti q̄n etiam ſi oīa que vnq̄ in hoc peccati genere cōmiſi ſcripta eſſent in fronte mea nō erubeſcerē. Cū iuuenis eſſet et cū quodam alio verſus abēdoñ: pergeret vidit campum auib⁹ fuligine nigrioribus coopertū: ſocium aūt ſtupor validus cū tremore inuaſit. Cui beatus edmundus ſta inquit a via ſemotus paululum & te crucis ſignaculo muni: ne timeas quia videbimus quid portēdat hec mōſtruoſa auium multitudo. Poſtmodū vero vidētib⁹ illis: aues ille corpus quod nigerrimum nec hoīs nec vllius animalis effigie diſtictum in aera deuexerunt et ita deuiū diſparuit multitudo auiū ſubito velut vmbra. Quo facto: conuerſus edmūdus ad ſocium dixit. Aues quas vidiſti noueris eſſe demones hoīs cuiuſdā qui in villa proxima nup obijt animā ad inferos deportantes. Ipſam aīam laruale corp⁹ qđ in aera detulerūt exprimit: qđ conditoris ymaginē ad quā facta fuerat ipſa dū viueret nequiter deformauit. Et ad villam accedentes: cognouerūt quēdā hora qua edmundus predixerat ex hoc mundo migraſſe. De conſilio namq̄ cuiuſdam ſacerdotis perpetuam virginitatē iuuenis nouit atq̄ in ſignū irrefragabilis federis annulo ſuo beate marie imaginē ſubarrauit: et nouo more annulo digitū ipſius inſigniuit vbi erat ſcriptum illud aue angelicum. Ex tunc vero ſicut ipē cōfeſſus eſt in obitu quotiens eiuſdem virginis preſidium inuocauit ipſa in temptatione prouentum in perſecutione ſolaciū in tribulatione remedium in dolore gaudium ſibi celeriter impetrauit. Pſalterium gloſatum et duodecim prophetas et decretales que habebat vendidit & precium ſcolarib⁹ egenis pariſius errogauit. Quadam die diſputatur⁹ de trinitate: cathedram cōſcendit et dū ibi diſcipulos expectans queſtionem in animo reuolueret in ſomnū reſolutus viſionem talem vidit. Columba deſuper volauit ad ſe celeriter deferēs i ore ſuo corpus chriſti qđ in ore ei⁹ poſuit & ad ſuperos redijt. Expgefactus vero velud humanū excedēs ingenium excellentiſſime diſputauit ac de beata trinitate luculenter diſſeruit. In predicatione quoq̄ mira ei gratia inerat et ignitum ei⁹ eloquiū animos auditorū q̄tūcunq̄ frigidos efficaciter accēdebat. Unde & Willelmus lōga ſpata comes ſarum cū iam longo tpe minime confeſſus eſſet ac de ſumendo chriſti corpore iuxta morem vniuerſalis eccleſie non curaret ad eius monita conuerſus eſt. Cum autem populo predicaret crucem dominicā manu ꝓpria tenebat aſſidue quā frequēter intuens ſolebat nūc amariſſime flere nunc honeſtiſſime ſubridere. Flebat quidem vt dicere conſueuerat q2 cū plures eſſent verbi dei auditores pauci tñ factores exiſterent cū tamē xp̄i paſſionē haberent pre oculis & exempla ſanctorum eis immunera nō deeſſent. Ridebat vero cū crucem proſpiceret oculo recolens beneficia que per eam prouenerant toti mūdo. Hic pecuniam non dico tangere ſed nec videre cenſuit dignū niſi eā quā manu propria pauperibus errogauit. Null⁹ ab eius ianuis receſſit vacuus ſed accipiebat quilibet prout ſibi videbatur competere nunc panem nunc bladum vel certe legumina que parari fecerat pauperib⁹ vndiq̄ confluentib⁹ precipue famis tempore miniſtrabat. Cum autem tenens crucē predicaret acceſſit iuuenis quidā vt crucē ab eo ſuſciperet. Quem mulier quedā nolēs a ꝓpoſito retrahere per pallium arripuit et mox manus ipſius contracta dedit ei intelligere non eſſe licitū chriſti militē a tam pio propoſito reuocare. Que ſtatim flens et eiulās clamorem emiſit. Quod cum epiſcopus didiciſſet: queſiuit a muliere an de manu ſua vel-

let crucē accipere. Que ait. Volo. Et dux
vir dei crucem eius humeris imponeret
ſanata eſt. ¶ Cum iuuenis q̄dam eo pre-
dicāte ſurrexiſſet vt crucē ſumeret eius
amaſia ipſum tenuit et protinus cecita-
tem incurrit. Vir aūt dei pro ipſa orauit
et ſtatim viſum recepit. ¶ Cū apd̄ wigor
niam multitudine maxima cōfluēte pre-
dicaret ecce ſubito nubes horrida cepit
diffundi et pluuiam cum turbine cōmi-
nari. Conuertens aūt edmundus ſe con
tra nubem et extenta manu oppoſuit ei
ſignum crucis dicens. Precipio tibi ma-
ligne ſpiritus cum hac cōmotione lōgiꝰ
abſcedere nec aſtantem populū quo mi-
nus verbum dei audiat audeas impedi
re. Quo dicto: ſtatim receſſit ſpiritꝰ pro-
cellarum et nubes lucida eos obūbrans
affuit. In circuitu vero corū pluuia cū
tempeſtate valida diſtillauit Sicqꝫ plu-
ries a predicationis loco pluuiā ſiue pro
cellam prece fugauit. ¶ Cū vice quadam
ſtuderet ad lumē vigilijs grauatꝰ ſomno
oppreſſus eſt. Et ecce mus quidam cruſi
bolum intrans dū huc atqꝫ illuc diſcurre
ret lumen ſuffocauit. Et euigilans beatā
virginē inclamauit & lumen in cruſibilo
celitꝰ miſſum habuit. Ab omni munere
ſemper manus ſuas excuſſit acceptores-
qꝫ munerū deteſtabatur precipue in po-
teſtate poſitos quos ad reddendā iuſtici
am dicebat gratuitos eſſe debere nō mu
neribus inuitatos. Unde et frequēter di
cebat. Inter prendere et pendere non di
ſtat niſi vna littera tantū vnde patet ꝙ
valde proximus eſt ſuſpendio qui mune
ra libenter accipit niſi bono modo ea ac-
ceperit. Itaqꝫ multi quidē ei placere cu-
pientes offerebāt ei plura et precioſa ſed
ille reſpuebat vniuerſa dicens. Nūc ini-
micus me per dona temptare vult cū di-
ues ſum et nullius egeo: qui dū pauper
fui me decipere non potuit. Spero ꝑ dei
miſericordiā ꝙ nunꝙ̄ me decipiet ꝑ hanc
viam. Per dona ſiquidem que nec data
nec accepta ſunt ſcd̄m deum corrupta eſt
xp̄ianitas hodie deficiētqꝫ priuſꝙ̄ hec ad
uertāt chriſtiani niſi ſe curare ſtuduerit
ab hac peſte ¶ Volens eni athleta dei ſe to
tum pro ſalute animarū et libertatibꝰ ec
cleſie more predeceſſorū exponere contra
dictiones multas a regni maioribus & a
rege patiebatur ipſumqꝫ cantuarienſe
collegiū eidē obuiabat. Eius familiares
aduerſitates ſuas plangentes et iniuri
as compeſcuit et redarguit dicens. Si-
cut cum egrotanti filio poculū propina-
tur amarum dicit mater ad ſanitatē ebi-
be ita hec omnia que nobis offerunt ad-
uerſa ad ſalutem cupimus epotare. In-
undationes maris quaſi lac debemus ſu
gere et cum precurſore domini in deſerto
mundi comedere mel ſilueſtre. In ipſos
autem qui eum acrius inſequebantur &
in eum atrociores fuerant ſummam ex-
ercebat miſericordiam quotiens veniā
poſtulabāt. Apertos ꝑſecutores ſuos ad
pacis oſculū et alias familiaritates ad-
miſit. Et cum ſui dicerent hanc remiſſā
animi ſui manſuetudinē aliis contra ip-
ſum inſurgendi exemplum prebere. ait.
Sinite. An neſcitis quia dominus noſt
mortem ſibi inferentibus non reſtitit: ſꝫ
pro eis ſuppliciter interceſſit: Utiqꝫ deo
non homini ſeruanda eſt potentia vindi
candi. Abſit a me vt erga eos aut trabem
aut feſtucam portem in oculo quantocū-
qꝫ me videantur afficere detrimēto. Cer-
te ſi oculos capitis mei eruerent vel vtrū
qꝫ brachium truncarent nullatenus eos
minus diligerem nec minus exhiberem
diligentis animum ſiue vultum. Nolo
mihi de alienis defectibus diſpendiū pro
pagare. Libentius namqꝫ vt dicebat mi
hi ignem iret ardentiſſimum ꝙ̄ aliquod
peccatum committeret ex certa ſcientia
contra deum. ¶ Cōuocato tandē prelato-
rum conſilio inquiſiuit quomodo eccle-

ſiam iam ancillatã releuare poſſet. Decernitur ſtatim regem cum ceteris rebellibus admonendos fore et ſi non corrigerentur eccleſiaſtice cenſure ſeueritas nõ dormiret. Paret vir ſanctus his dictis regem adijt: & rex deliberandũ fore aſſeuerauit. Expectat vir patiens per temporũ curricula tandem ſoli regi deferẽs ſentẽtiam in ceteros iuris eccleſiaſtici perturbatores promulgauit Et cũ nec hijs quidem compungerentur tranſgreſſores cedendum magis ſenſuit malicijs ꝙ inſeruire litigijs. Conſiderauit etiam ꝙ ſi totam ſeueritatem eccleſiaſticam impẽderet in rebelles forſan legatꝰ pape tũc pñs in irritum duceret regẽq; ad deteriora puocaret. Si vero preſens exiſtẽs eorum errata non corrigeret videret ea per quandã diſſimulatiõis tolerantiam approbare. Ob hoc corpore pꝰelegit ſe ad tempus elõgare vt ipſo facto cordis mõſtraret amaritudinem ipſorum deteſtando malitiaꝫ. Quidã de clericis eiꝰ quartanis vexatus per aulam dum epiſcopꝰ diſcumberet perrexit. Et cum queſiſſet ab eo cur cum ceteris non pranderet: reſpondit. Domine diem meũ expecto hodie quo me ſolet febris moleſtare. Ad quẽ ſanctus ait. Ego ſignum crucis ſup morcellum murene que eſt in diſco meo faciam et illũ in nomine trinitatis in tuo ore ponam quẽ ſi ſtatim comedere volueris ſanaberis. Ille cum gaudio morcellum recepit ad menſam cum ſocijs comedit & eum poſt hec febris moleſtia non vexauit Beatus thomas martyr inſignis anteꝙ de anglia exiret ei in viſione apparuit et ad agendum viriliter quod incepit monitis roborauit. Quo viſo: vir beatꝰ pedem martiris oſculari nitebatur ſed beatus thomas prohibuit ſubtrahens pedẽ ſuum. Quapropter flenti et ingementi ait ſanctus thomas. Cur inqꝫ fles: Quia indignitas mea ait non patitur pedes tuos ſanctiſſimos oſculari. Et ille. Pro hac inquit re nolo te flere vel gemere. Mai & tandem tranſito põtiniacum predeceſſorum ſuorum aſilum ingreditur & ingraueſcente demum morbi moleſtia receſſit apud ſaſiacum promittens pontiniacenſibus ꝙ in feſto ſancti edmundi regis et martyris reuertetur. Et factum eſt ita. Eadem quippe die ad pontiniacum corpus eius delatum eſt. Cuꝫ vero iam cerneret diem mortis imminere iuſſit auferri ſibi euchariſtiam extenditq; dexteraꝫ ad ipſam & cum ingẽti fiducia dixit. Tu es domine in quem credidi quem pdicaui quem veraciter docui quem dilexi: et tu mihi teſtis es ꝙ aliud ꝙ te in terra poſitus non queſiui et ſicut tu ſcis ꝙ nihil volo niſi quod tu vis domine ita fiat voluntas tua. Mirati ſunt vniuerſi qui aderant ipſum mẽte putantes excedere: preſertim cum ſe ſic haberet quaſi preſentẽ et in carne vidiſſet crucifixum. Poſt perceptionem itaq; viatici tota die illa tam iocundus erat et hilaris ac ſi eſſet ab omni egritudine liber et immunis. Accepta deniq; extrema vnctione cum eſſet morti proximus nullum tamen certum mortis indicium pretulit nõ gemitus edidit aut ſuſpiria ſed nec querulas voces dedit/ nec lecto decubuit: ſed vel ſedit vel caput ſuper manum ſuam reclinauit quando voluit repauſare. Inualeſcente tandem morbo precioſam reſolutus eſt in mortẽ ſextodecimo kalendas decembris. Anno domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo. Monachus quidam ſacriſta põtiniaci corpore ſancti edmũdi in eccleſia inſepulto adhuc exiſtẽte videns multos accurrere deuotius aliquid ſi poſſẽt accipere alios ornamenta varia offerentes ad tactum tacitus cogitare cepit. Quid eſt quod tanta deuotione fidelium mini me prouocaris vt aliquid de hoc ſancto conſequaris quod ad caſus futuros pro

futurum reponas? Et accedens tempta-
uit annulum de manu epiſcopi euellere
et aliū loco ipſius digito ſubrogare. Cū-
qꝫ leuiter cōtrectādo nil proficeret omni
quo potuit conatu inſtitit vt annulum
amoueret ſed in caſſum abſcedeens ſtu-
pidus ⁊ confuſus deliberanſqꝫ quid agē
dum foret: rurſus accedit ac deuote incli
nans auribus epiſcopi demiſſa voce qua
ſi viuentem cepit alloqui ſic dicens. Pa-
ter ſancte peccaui ꝙ a te licentiam nō pe
tij et quod tuum eſt mihi temere vendi-
caui. Sed quia id ad honorem tuum fa-
cere diſpoſui ignoſce confitenti et peten-
ti ſi placet poſtulatum concede. Et cū ma
num tangeret ſtatim cum ſumma facili
tate annulum non extractum ſed prola-
pſuꝫ potius cum ingenti leticia tulit et
inter ſacra repoſuit: ex cuius contactu
multa infirmis beneficia vſqꝫ hodie lar-
giente domino conceduntur. Die vero
quo ſepultus fuit ſanctus dei tria tantuꝫ
facta fuere miracula: quia fortaſſe in qui
bus plura fierent non affuerūt. Poſt hec
per octo dies ceſſantibus miraculis plu
rimum cōtriſtati monachi ex qua cauſa
id poſſet accidere conferebāt. Et ecce fra
ter quidam adueniens claram ſe vidiſſe
viſionem aſſeruit dicens. Uidi ⁊ ecce ſan
ctus edmundus mihi apparuit vultum
tamen hilarem non oſtendit. Quem cuꝫ
interrogarem cur opus bonum non per
ficeret ipſe defoſſum ſe monſtrans: ꝙ de
preſſas manus non valeret ad celum di-
rigere reſpōdebat. Et adiecit. Quid poſ-
ſum facere ſic grauatus? Ecce ſurgere/
ecce manus ad deum nequeo attollere:
nec pro egrotis exorare. Sicqꝫ remoue-
runt totam quam ſuper eum coniecerāt
terram. Quo facto virtutes ſubito redi-
erūt et deū in ſancto ſuo oēs glorificaue-
runt. Ad maiorem igitur ſui meriti de-
clarationem ceci vident/claudi ambulāt
ydropici detumeſcunt/ſurdi audiūt/mu
ti loquuntur/paralitici conualeſcunt/ob
ſeſſi a demonibus liberantur/ incarcera-
ti a vinculis ſoluuntur/epilentici curan
tur/membrorum officio priuati ſani effi
ciuntur/ mortui reſuſcitantur / et bruta
animalia ipſius beneficia experiuntur.
Miles quidam diues prope pontiniacū
erat: ſed leproſus. Qui cum multa expen
diſſet in medicis et ſibi nihil proficere vi
deret: relictis illis hortabat eū vxor ſua
vt diuinum auxilium peteret ex quo hu-
manum conſilium iam diu probatū nil
ſibi poſſe valere conſpexit. Monebatqꝫ
eum vt ſe beato edmundo voueret et ei⁹
reliquias viſitaret. Qui vxoris acquieſ-
cens conſilijs fecit ſibi parari vehiculum
in quo die craſtina vſqꝫ pontiniacum ve
heretur. In ipſa autem nocte cepit ideꝫ
miles vlulare/fremere/et clamare: et ne
mo eum a ſompno vſqꝫ ad gallicantum
poterat excitare. Et querenti vxori quid
ſibi contigerat: reſpōdit. Uidebatur mi-
hi eſſe in itinere verſus ſanctum edmun
dum et obuiam cuidam reuerendi vul-
tus epiſcopo quem vnus clericus ſeque-
batur. Et inquirenti a me epiſcopo quo
pergerem: reſpondi. Uado ad ſanctuꝫ ed
mundum vt ab eo conſequi merear ſani
tatem. Et ille. Quid vel quantum velles
pati vt ſalutem priſtinā reciperes? Ego
autem reſpondi ꝙ quicquid vellet mihi
precipere vellem pati. Precepit ergo ip-
ſe clerico ſuo vt me excoriaret et pellem
meam mihi ſubtraheret. Et factum eſt
ita. Et ideo tota nocte non potui me tene
re quin vlularem/fremerem/ et clamarē
Cui vxor ſua ait. Ad bonum tuum exco-
riatus es: nam perfecte ſanitati reſtitut⁹
es. Craſtina vero die profectus eſt miles
et vxor ſua cum magnis exemijs ad ſe-
pulchrum beati edmundi et ad tumbam
eius militis pellem ſuſpenſam inuene-
runt et gloriam deo et beato edmundo
epiſcopo agentes ad ꝓpria cum magno

gaudio redierunt. Anno autem domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo monachi pontiniacẽſes ſicut ſcriptũ repperi brachiũ ſancti edmundi abſciderunt: qua conſideratione neſcitur et deo offenſa miracula ceſſarunt.

## ¶ De ſancto edmundo rege et martire.

Rex quidaꝫ in ſaxonie regno. alkmundꝰ noĩe ex vxore ſua ſiwara: prolẽ non hñs ab angelo admonet̃ in ſomnis vt romã peregrinãdo ꝓficiſceret̃. Quo cũ perueniſſet: matrona quedã ſctã ſpiritu ꝓphetico plena cuꝫ qua pnoctare ſolebat cũ vice quadã ad eũ acceſſiſſet globus igneus in quatuor ptes ſe extendẽs ab ipſius regis pectore exire videbatur. Quo viſo regẽ a vero illuminãdũ vel ſtirpẽ diuinitꝰ inſignitam de ſuo ſanguine proceſſurã predixit. Rediẽs autem rex: ꝓlem felicem genuit edmundũ. Illis eni diebꝰ rex eſtanglorum offa noĩe liberis carẽs hieruſalã ꝓficiſci ⁊ heredẽ a xp̄o petere diſpoſuit. Et trãſiens in ſaxoniã ad cognatũ ſuum regẽ alkmundũ honorifice ſuſcipitur: duobuſqꝫ regis alkmundi filijs edmundo et edwoldo ſibi ſedule miniſtrãtibꝰ etate iunior edmundꝰ ſpecialius ſibi inherens propenſiori cura quaſi patri miniſtrabat. Cuius obſequio et colloquio rex offa delectatus quendã annulum in receſſu ſuo ſibi porrigẽs dixit. Edmunde fili chariſſime accipe nr̃e mutue dilectionis munimentũ vt memineris me ſolerti tuo obſequio eſſe obnoxiuꝫ ſuper quo gratias tibi refero et mercedẽ paternam ex dei prouidentia in corde tibi reſeruo. Et iuuenẽ amplexibꝰ et oſculis mulcens annulum quendã ei tradẽs dixit. Intuere ait edmũde chariſſime cuiuſmodi ſit annulus iſte vt ſi abſens aliquid tibi per hunc intimauero filiali obſequio adimplere ne differas. Cũqꝫ rex offa ad brachium ſãcti georgij perueniſſet: morbo grauiſſimo detentus familiares iuramento aſtrinxit vt annulum edmundo iuueni preſentantes eum in angliam ſecum adducerent et regem orientalium anglorum conſtituerent. Cũ autẽ collato iuueni annulo in borialem partem eſtanglorũ nomine hunſtantoñ. applicuiſſent ſanctus edmundus orationẽ fudit et mox fons de terra erumpẽs multis infirmitatibus ſanitatem miniſtrauit. Sanctus igitur edmundus eſtãglorum rex ex antiquorum ſaxonum nobili proſapia oriundus: a primo ſue etatis tẽpore cultor veraciſſimꝰ extitit fidei xp̄iane. Qui ab attauis regibus editus cũ bonis polleret moribus omniũ cõprouincialiuꝫ vnanimi fauore nõ tm̃ eligit̃ ex gñis ſucceſſiõe ꝙ̃tiuꝫ rapitur vt eis p̄eſſet ſceptrigera poteſtate. Erat namqꝫ omnibꝰ affabilis et humilis et in ſubiectos benignus gradiens via regia nec declinabat ad dexteram extollendo ſe de meritis nec ad ſiniſtram ſuccumbendo vitijs humane fragilitatis. Erat namqꝫ egentibꝰ dapſilis/pupillis et viduis pater/ſpes ope deſtitutis ac refugium. Contigit enim duos duces hynguar et hubbam de dacie partibus cum magna nauium multitudine eſtangliam applicare. Qui oppida villaſqꝫ vorari flamma comburentes nulli etati/ordini/aut ſexui parcentes quoſcunqꝫ reperire poterant aut gladio cedebant aut captiuos ſecum detinebant. Feſtinabãt eni paſſim neci cũctos tradere: ne ſtipatus militum agmine ad defẽſionem ſuorum poſſet rex ſibi reſiſtere. Conſueuit namqꝫ danorum et alemãnorum natio ſemper rapto viuere nunꝙ̃ tamen indicta pugna palam contendit cuꝫ hoſte niſi preuenta inſidijs. Miſit itaqꝫ hynguar nũcios ad regem edmũdũ a põ heglifdoñ. commorantẽ qui et dixerunt.

Terra mariq; metuendus dominus no-
ſter hynguar rex inuictiſſimus diuerſas
terras ſibi armis ſubiugando ad huius
prouincie optatum littus cu͡ multis na-
uibus hiematurꝰ appulit atq; iccirco mā
dat vt relicto chriſtianorum dogmate cū
eo antiquos thezauros et paternas diui
tias ſub eo regnaturus diuidas. Cuius
ſi aſpernaris potentiam innumeris le-
gionibus fultam vita indignus iudica-
beris et regno. Et quis es tu vt tante po-
tentie inſolenter audeas contradicere?
Marine tempeſtatis procella noſtris ſer
uit remigijs nec ingēs mugitus celi: nec
crebri ictus fulminum vnq̄ nocuerunt
fauente gratia elementorum. Eſto itaq;
ſub hoc imperatore maximo cui famulā
tur elementa pro ſibi innata clementia:
quoniam nouit piiſſimus parcere ſubie-
ctis et debellare ſuperbos. Cumq; epiſ-
copus quidam regi aſſiſtens ad conſenti
endum pluribus hortaretur exēplis: reſ-
pondit. Ad id modo peruenimus qđ nun-
q̄ veriti ſumus. Utinam incole oīes re-
gni mei me occumbente viuere poſſent.
Honeſtum enim eſt mihi pro patria mori
Hoc eſt autem quod deſidero hoc qđ oīni
bus votis antepono. Ecce enim ſimula-
ta beniuolentia pretēdit callidus ſui ma
chinationis muſcipulam qua me irretire
deliberat maxime cum ꝓmittit quod no-
bis largitas diuina conceſſit. Uitā indul
get qua nec dum careo: regnū promittit
quod habeo opes conferre cupit quibus
non egeo. Et conuerſos ad nuncios ait.
Madefacti cruore meorum ſupplicio di-
gni eſtis ſed plane chriſti mei exemplum
ſecutus nolo puras maculare manꝰ qui
pro eius noīe libenter paratus ſum vrīs
telis occūbere. Hec dn̄o veſtro perferatis
addētes q̄ pro amore vite tpalis xpianꝰ
rex edmūdus duci nō ſubdetur pagano
niſi prius ſſectus fuerit xpianꝰ. Hoc audi
to: iuſſu impiiſſimi hynguar ſanctus ed-
mundus inermis capitur ⁊ vinculis ar-
ctioribus artatus conſtringitur ante du
cem ſiſtitur et multis modis illudit: ⁊ tā
dem fuſtigatus ⁊ ad quandam arborem
ligatꝰ flagris duriſſimis diutiſſime ver
beratur nec vincitur ſemper xp̄m vocibꝰ
flebilibus inuocando. Aduerſarij igitur
in furorem verſi quaſi ludendo ad ſignū
eum toto corpore ſagittarū telis cōfodi-
unt ⁊ vulnera vulneribꝰ imprimebāt dū
iacula iaculis locū dabāt Sicq; ſpiculorꝫ
aculeis circūfoſſus palpitās velut heriti
us aut ſpinis hirtus carduus ſimilis fa
ctus eſt. Cumq; nec ſic hinguar eum ſibi
aſſentire cōſpiceret ſed chriſtum iugiter
inclamantem videret lictori protinꝰ man
dat vt amputet caput eiꝰ. Sicq; duode-
cimo kalendas decembris capite trunca-
tus cū palma martyrij rex et martyr mi-
grauit ad dominum. Caput autem ſan-
cti regis dani ſecum afferentes et in ſyl-
ua de heglesdoñ. inter dēſa veprium fru
tecta proiecerunt. Reddita tandem terre
aliquanta pace ceperunt chriſtiani de la-
tibulis conſurgere et caput in ſylua dili-
genter inquirere. Cumq; in ſylua denſiſ-
ſima caput ſanctiſſimum luſtrando per-
gerent et alternatim (vt moris eſt) inter
ſe clamarent: vbi es? ecce mirabile audi-
tu caput martyris patria lingua reſpon-
debat dicens: Heer/heer/heer/qnod eſt
interpretatum Hic/hic/hic: nec vnquam
eadem repetendo clamare deſtitit quouſ
q; omnes ad ſe perduxit. Palpitabat mor
tue lingue plectrum infra meatus fauci
um: manifeſtans illius magnalia qui cu
dente aſelle humana compegit verba.
Immanis enim lupus caput inter bra-
chia complexus procumbebat: excubias
martyri impendens. Accipientes itaq;
illud et corpori coaptantes honorifice ſe-
pelierunt. Cum autem poſtea corpꝰ hu-
ius ſanctiſſimi Edmundi martyris trāſ
ferri deberet inuiolatū repertū eſt et in-

coꝛruptū ac caput coꝛpoꝛi redintegratū
nihilqꝫ omnino vulneris nihil apparuit
cicatricis. Tantū eniꝫ in eius collo ob ſi-
gnum martirij rubet vna tenuiſſima ru
ga in modū fili coccinei ſicut teſtari erat
ſolita quedam deuota femina oſwenna
vocata que in eodem loco ieiunijs et oꝛa-
tionibus vacans multos tranſegerat an
nos cui diuina reuelatione aut nimia de
uotione mos inoleuit vt patifacto beati
martiris ſepulchꝛo ſingulis annis in do-
minica cena attondendo pꝛeſcindere ca-
pillos ſolebat et vngues. Que omnia di-
ligenter colligens ꝙ diu vixit mira deuo
tione excolere non neglexit poſitaqꝫ ſu-
per altare eiuſdem eccleſie poſt eius moꝛ
tem debita adhuc reſeruātur deuotione
et veneratione. Cum autem octo latro-
nes eccleſiam ſancti martyꝛis infringe-
re et quecunqꝫ aſpoꝛtare poſſent capere
decreuiſſent: et cum diuerſis inſtrumen-
tis hoc attemptaſſent: martyꝛ dei ita eos
ligauit diuinitus vt nec pedem mouere
nec arreptū officiū deſerere poſſent. Ma
ne autem inuenti et vincti epiſcopo theo
dꝛedo ſūt pꝛeſentati. Qui impꝛemedita-
tus ſententiam dedit: et eos affigi pati-
bulis iuſſit. Quamobꝛem poſtea in ſe re
uerſus grauiter indoluit et ſibi peniten-
tiam indicēs diutius ſe grauibus lamē-
tis dedit. Idē tandem epiſcopus coꝛpus
martyꝛis ad locū deuotioꝛē trāſtulit ⁊ in
coꝛruptū reperit tetigit lauit ⁊ optimis
veſtibus indutū ligneo locello repoſuit.
Quidā iuuenis filius nobilis cuiuſdaꝫ
potentie ſue auctoꝛitate ductus integri-
tatē martyꝛis oīno videre affectauit. Re-
ſeratoqꝫ locello aſtitit aſpexit ⁊ in eodem
momēto in amētiam verſum in repꝛobū
ſenſum deus illū tradidit: et ob ſcelꝰ eiꝰ
a patre deiectus ⁊ ad ſummam inopiam
perductus vitam finiuit vermibus con-
ſumptus. Rex quidam danoꝛum noīe
ſwanus cuꝫ magna nauiū multitudine:
angliam intrās nulli parcēs etati/ ſexui
vel oꝛdini: cede et incēdio cuncta vaſtabat
⁊ vbiqꝫ pꝛedas agēs ab incolis totiꝰ ter-
re tributa exigebat ⁊ ad pꝛopꝛie dānatio
nis cumulū ex vꝛbe ſancti edmūdi mar-
tiris grande tributum petijt. Alioqn ni-
ſi ſolueretur vꝛbi incēdiū ciuibuſqꝫ exiti
um cōminatur. Inſup et ſctō edmundo
pꝛobꝛoſe detraxit. Audiētes hoc ciues et
vehemēter expaueſcentes aā ſepulchꝛū
ſancti edmūdi ſe pꝛoſternūt: cū multis la
chꝛimis ⁊ ſingultibus deuotis pꝛecibus
opem martyꝛis imploꝛabāt. Erat eni in
eodem loco monachus quidā noīe egel-
winus ſctō martiri adeo deuotꝰ vt eius
ſecretalis cubicularius merito ab oībus
vocaret̃. Hic qn̄ ſibi opoꝛtunuꝫ videbat
ſolº ad martirē igrediēs coꝛpꝰ eius diligē
ter abluebat: capillos capitis reuerēter
demulcendo planos pectine reddebat pi
loſqꝫ pectinis violentia extractos in pixi
de ponens quaſi viuenti in carne debitū
ſeruitium impendebat. Mutuis allocu-
tionibus oꝛe ad os quaſi amicus amico
non ſolum vtile reſponſum dare ſanctus
non diſtulit ſed etiam variarū oppꝛeſſio
num quas ſibi referebat viā leuaminis
⁊ ſalubꝛis ꝯſilij notificauit. Huic ſub no
ctis ſilentio ſopoꝛi dedito ſctūs edmūdꝰ
vultu meroꝛe confecto aſtitit dicēs. Per
ge inquit ad regē danoꝝ ſwanū ⁊ ex par
te mea nihil dubitās ꝑcipe vt a meoꝛū iſe
ſtatione et tributi exactiōe ciuiū deſiſtat
ſi diuinā imminētem effugere cupiat vl
tionem. Cum aūt monachus hec regi nū
ciaſſet moꝛe leonis frendēs: niſi citiꝰ fu-
geret moꝛtē iureiurando minabat̃. Im
minente aūt veſpera in medio cōmilito-
num ſuoꝛum apud villā de ganeſburgh
ſwanus pugione ſancti edmūdi cōfoſſꝰ
eſt. Sicqꝫ vociferans noctis crepuſculo
moꝛtuus eſt tertio nonas febꝛuarij. Ca
nutus vero filius ſwani hoc videns miti
us deinceps cū ſancto edmūdo egit foſſa

tum terre ſancti edmundi circūduxit im
munitatē ab omī preſtatione terre tribu
it: baſilicam ſuper corpꝰ conſtruxit/mo-
nachos inſtituit ⁊ predia multa donauit
¶ De cruce de holm. Sancta vero hele-
na inuēta cruce ſancta nouē pticulas ab
ſcidit: propter nouem ordines angelorū:
circa foramina cruore reſpſa vbi manꝰ
⁊ pedes clauabantur quas in vnā paruā
crucem quaſi duplicato tranſuerſo mira
biliter cōpoſuit ⁊ in quandā capſam ar-
gento auro et gemmis compoſitā colloca
uit ⁊ filio ſuo conſtantino cōſtantinopo-
lim tranſmiſit quā ad bella ſecū deferēs
ſemp victoriam habuit. Mortuo conſtā-
tino: de ſucceſſione in ſucceſſionē vſqꝫ ad
baldewinū imperatorem deuenit. Mor-
tuo tandem ſacerdote illo qui miſſam co
ram pfata cruce celebrare ſolebat: ſacer-
dos quidā genere anglus noīe hugo in
northfolchia ortus tūc ibidē exiſtēs loco
ſacerdotis defuncti electꝰ eſt anno domi
ni milleſimo ducēteſimo viceſimo tertio
Prefatus vero baldewinus crucē ad bel
la deferēs: ſemp victoriā reportauit. Et
cū tandem ab aduerſarijs ſuis occiſꝰ fu-
iſſet: ſacerdos prefatus crucem memora
tam clam ſecū deferens in angliā repor-
tauit. Apud cenobium de bromholm di-
ctā crucem reliquit ⁊ oīa vite ſue neceſſa
ria vſqꝫ ad obitum ibidē percipere ꝓ ſuo
munere precioſo meruit vna cū duobus
filijs ſuis quos ante ſacerdotij gradū ex
vxore ſua ſuſcepat. Quorū alter in eodē
poſtmodum cenobio monaſticū ordinem
intrauit alter in litteratura proficiēs ele
ctus factus extitit aduocatus. In prefa-
to vero monaſterio virtute crucis memo
rate cooperante domino trigintanouem
mortuos vite reditos legi decē et nouem
cecos illuminatos cum alijs nōnullis mi
raculis diuinitus oſtenſis.

## ¶ De ſancto Edwardo rege et cōfeſſore.

Glorioſi ac deo dilecti. Regis
edwardi vitā litteris traditu
ri: ex verbis beatiſſimi petri
apoſtolorū principis ſumamꝰ
exordiū qui cēturionis vocationē admi-
rans ait. In veritate cōperi qꝛ non eſt ꝑ-
ſonarū acceptor deus: ſed in omni gente
qui timet deū et operatur iuſticiā acce-
ptus eſt illi. In omni enī gēte ordine gra
du ⁊ dignitate nouit dñs qui ſunt eius:
⁊ miſeretur cui voluerit ⁊ miam preſtat
in quē ſibi placuerit. Neqꝫ enī ex ſui ipſi
us natura vel paupertas preſtat: vel adi
mūt diuitie ſanctitatē. Nec pfectū obſcu
ritas/nec reprobū claritas facit nec clau
dit libertas/nec reſerat ſeruitꝰ paradiſū
Primus patriarcha abrahā ⁊ diues ſcri-
bitur ⁊ perfectus: cui fides admirabilis
et obedientia imitabilis in rerū omnium
copia predicatur. Joſeph dñs egipti con
ſtitutus a rege: vniuerſo orbi prebuit ca
ritatis exemplū. Sctūs iob qualis in di-
uitijs fuerit earū probauit adēptio. Quē
morbꝰ corporis/temptatio vxoris / ami-
corū exprobatio ſpectabili patientia red-
didit clariorem. Rex dauid quo nemo di-
tior ſed nemo ſanctior/quo nullꝰ ſublimi
or ſed humilior nullus: ⁊ inter thezauros
innumeros ſepelitur et inter dei amicos
ceteris gratior cōputatur. Nemo proin-
de miretur ſi noſter edwardus et rex di-
catur et ſanctus quem cernimꝰ et in diui
tijs egenum et in delicijs ſobriū in pur-
pura humilem et ſub corona aurea mun
di cōtemptorē. Cum enī rex ethelredus
ex filia comitis thoreti filium ſuſcepiſſet
edmundū: cognomēto ferreum latus ex
regina aūt emma aluredū beatꝰ edwar-
dus intra viſcera materna concluſus pre
fertur vtriqꝫ agente eo qui oīa operat
ſecundū conſilium volūtatis ſue: qui do
minatur in regno hominum et cuicunqꝫ
voluerit dat illud. Fit enim coram rege
magnꝰ procerum et epōrū cōuentꝰ: ⁊ qꝛ

iā future cladis iudicia ſeua ꝑceſſerāt
agitur inter eos de regni ſtatu tractatꝰ.
Alij vero edmūdū ob inuictiſſimū robur
corporis eſtimant preferendū: alij ob vir
tutē normānorū aluredū promouendum
tutius arbitrant̄. Sed futurorū omniū
preſcius priorꝭ breuiſſimā vitā/alteriꝰ
mortē inmaturā proſpiciens: in puerū
necdū natū vniuerſorū vota cōuertit vte
ro adhuc clauditur et in regē puer eligit̄
non natꝰ natis prefertur et quē necdum
terra ſuſceperat: terre dn̄s deſignatur et
leti proceres ſacramētū fidelitatis illi iu
rant qui vtrū naſceretur ignorant. Pau
lo itaqꝫ poſt natiuitatē ſancti edwardi ir
ruentibus in angliam barbaris et maxi-
mam inſule portionē cede incendioqꝫ va
ſtantibꝰ: regina cū filijs in normanniam
tranſpoſita eſt. Viuebat in auita domo
inter pueros puer immunis tamen a vi-
tijs quibꝰ etas illa ſolet implicari. Caſtꝰ
erat corpore/ſermone rarꝰ/ſimplex actu
et purꝰ affectu. Frequentare eccleſiā dul
ce habuit crebrius orationibus incumbe
re ſacris miſſarū intereſſe ſolēnijs viſi-
tandis monaſterijs operā dare et quos
ſanctiores ſciebat ſibi monachos in ami-
citiā copulare. Seuiebat interim gladiꝰ
hoſtilis in anglia cedibꝰ et rapinis oīa re
plebantur: vbiqꝫ luctus/clamor et deſo-
latio. Incenduntur eccleſie/monaſteria
deuaſtantur: ſacerdotes a ſuis ſedibꝰ fu
gati in locis deſertis cōmunē miſeriā de
plorantes delitefcebant. Inter quos vir
venerabilis brithwaldus wintonienſis
ep̄s cenobiū glaſtonienſe merens ac tri-
ſtis igreſſus orationibꝰ vacabat ⁊ pſal-
mis. Qui cū aliqn̄ ꝓ regni plebiſqꝫ libe-
ratione preces lachrimaſqꝫ profunderet
quaſi in hec verba prorūpens ait. Et tu
dn̄e vſqꝫquo? Uſqꝫquo auertis faciē tuā
obliuiſceris inopie noſtre et tribulatiōis
noſtre? Sctōs tuos occiderūt altaria de
ſtruxerūt et non eſt qui redimat neqꝫ qui
ſaluū faciat. Scio dn̄e ſcio qꝛ omnia que
feciſti nobis in vero iudicio feciſti. Sed
nunquid ineternū proijciet deus: et non
apponet vt cōplacitior ſit adhuc? Erit ne
dn̄e deus meus erit ne finis horū mirabi
liū aut ineternū tuus in nos mucro deſe
uiet ⁊ percuties vſqꝫ ad internitionem?
Inter preces tandē et lachrimas fatiga-
tū ſopor ſuauis excepit: videtqꝫ per ſom-
nium beatū petrum in eminentiori loco
cōſtitutum et ante eum preclari vultus
in forma decenti regalibꝰ inſignijs ami-
ctū edwardū. Quem cū proprijs manibꝰ
apoſtolus conſecraſſet et vnxiſſet in regē
monita ſalutis adiecit precipueqꝫ celibē
vitam cōmendās quot eſſet annis regna
turus aperuit. Obſtupefactꝰ preſul tan
ti miraculi nouitate petit ſibi a ſācto hu
ius viſionis miſterium reuelari. De ſta
tu inſuper regni et de inſtantis periculi
fine: apoſtolicū exegit oraculū. Tūc pla-
cido vultu intuitus intuentē ſe ait. Dn̄i
inquit o preſul eſt regnū: et ipſe domina
bitur in filijs hoīm. Ipſe trāſfert regna
⁊ mutat imperia et ꝓpter peccata popu-
li regnare facit ypocritā. Peccatū pecca-
uit populus tuus dn̄o et tradidit eos in
manus gentiū et dominati ſunt eoꝝ qui
oderunt eos. Sed non obliuiſcetur miſe
reri deus nec continebit in ira ſua mīas
ſuas. Erit enī cū dormieris cū patribus
tuis viſitabit dn̄s populū ſuum ⁊ faciet
dn̄s redemptionē plebis ſue. Eliget enī
ſibi virū ſecundū cor ſuū qui faciat om-
nes voluntates ſuas qui me opitulante
regnum adeptus anglorū danico furori
finē imponet. Erit enī acceptus deo gra-
tus hoībus terribilis hoſtibus amabilis
ciuibꝰ vtilis eccleſie laudabilemqꝫ vitā
ſancto fine concludet. Que omnia in bea
to edwardo cōpleta rei exitꝰ cōprobauit.
Cū aūt ep̄s de poſteritate edwardi que-
reret: reſpondit ſanctus petrus. Regnū
anglorū regnū dei eſt: poſt iſtū prouide

bit regem ad placitum ſuū. Stabat ad-
huc ſpiritus procelle et exaltati ſunt flu
ctus eius eterniſqꝫ malis acceſſit ciuilis
diſcordia adeo vt quis cui mentis ſue ſe-
creta cōmitteret neſciretur. Plena erat
proditoribꝰ inſula nuſꝙ tuta fides nuſ-
ꝙ ſine ſuſpitione amor ſermo ſine ſimu-
latione. Tandē eouſqꝫ proditio ciuilis et
aſtutia proceſſit hoſtilis vt defuncto re-
ge ethelredo magna pars inſule legiti-
mis heredibꝰ abdicatis canuto ꝗ regnū
inuaſerat manus darent. Perēptoqꝫ in
uictiſſimo rege edmūdo etiā filios eiꝰ ad
huc in cunis agentes barbaris mitterēt
occidendos. Alfredus demū edwardi fra
ter in angliam tranſuectꝰ: inaudita cru-
delitate ab hoſtibus ciuibuſqꝫ perimit̄.
Tunc edwardus omni humano deſtitu
tus auxilio: exul patrie regni et honoris
viuebat. Impiorum inſidias timebat ⁊
ne a ſuis proderet̄ vel ab hoſtibꝰ ad mor-
tem emeretur plurimū formidabat. In-
uenta autem conſilio ſalutari: deo ꝓſter
nitur talia proſequēdo. Ecce inquit dn̄e
non eſt mihi auxilium in me ⁊ neceſſarij
mei receſſerunt a me. Amici mei et proxi
mi mei aduerſū me appropinquauerūt
⁊ ſteterunt. Pater meus poſt multos la-
bores rebꝰ humanis exceſſit: fratres me
os crudelitas proditorū abſorbuit nepo
tes in exilium acti ſunt mater emuli no-
ſtri nuptijs tradita eſt. Ita ſolus relictꝰ
ſum et querunt aīam meā. Sed tibi dn̄e
derelictus ſum pauper: pupillo tu eris
adiutor. Tu quondā edwinū morti expo
ſitū mirabili modo et vite reſeruaſti ⁊ re
gno. Tu illud anglie decus ſanctū Oſ-
waldū ex exule regem factū per ſignum
crucis reddidiſti cūctis hoſtibꝰ fortiorē.
Si igitur fueris mecū et cuſtodieris me
⁊ reduxeris me ī regnū patris mei: eris
tu mihi ſemꝑ in deum ⁊ beatꝰ petrꝰ apo
ſtolus in patronū. Cuiꝰ ſacratiſſimas re
liquias in vrbe roma te annuente / te re-
gente / te comitāte viſitaturū me ꝓmitto
Exhinc enī factus fide robuſtior / ſpe ala
crior: expectans expectauit dn̄m. Canu-
to aūt rege rebus humanis exempto fili
js eiꝰ immatura morte ꝑ̄reptis angli da
nico iugo liberati edwardū in regem ele
gerunt et cū maximo honore conſecrari
⁊ inungi fecerunt. Tūc ſacerdotes ſapi-
entia ⁊ ſāctitate fulgebāt / monaſteria oī
religione pollebāt: agebat clerꝰ in officio
ſuo populꝰ ſtabat in gradu ſuo. Videbat̄
etiā terra fecundior aer ſalubrior / maris
vnda pacatior. Reges enī et principes ꝓ
tanta rerū mutatione admiratione per-
culſi cū tanto rege fedus inire amicitias
iungere pacē cōponere gauiſi ſunt. So-
la tamen dacia adhuc ſpirans ⁊ hanelās
cede: anglorū interitum minabatur. In
hijs omnibus vir beatus in gloriam non
eſt elatus humanam ſed hanc ſibi viuen
di formam ꝓponens ſuis ſe domeſticis
prebebat equalem / ſacerdotibus humilē
plebi gratū / compatientem miſeris / et
largum egenis. Nulla apud eum perſo-
narum acceptio ſed iudicabat in iuſticia
pauperes ⁊ arguebat in equitate pro mā
ſuetis terre. Eratqꝫ pater orphanorum:
et iudex viduarum. Si quicꝙ petebatur
prebebat: ſi accipiebatur tacebat. Nullꝰ
vnꝙ eum vidit aut inflatum ſuperbia /
aut ira efferatum: aut gula dehoneſtatū
Supra humanū enim modū pecunie cō
temptor nec in earum amiſſione triſtior
nec in adeptione videbatur hilarior. Re-
cūbente aliquādo gratia quieſcēdi rege
in lectulo: camerarius acceſſit ad thecā
in qua aes regiū ſeruabat̄ ⁊ repoſito in-
tus quod volebat et illam claudere obli-
tus foras egreſſꝰ eſt. Animaduertit hoc
quidam et accedens ad thecam pecuniā
non modicam in ſinum recondit et abce-
dit. Reuerſus de vno rege inſpectante fa
cinus iterauit. Quod cum tertio attem-
ptaſſet cernens rex in ſpiritu thezauros

rum adeſſe cuſtodē ait Importune agis o homo ſi mihi credis tolle quod habes ⁊ fuge quoniam ſi venerit hugolinus hoc enim cubicularij nomen erat nec vnum tibi nummū relinquet. Fugit ille et vix pedez extulerat: ⁊ ecce miniſter regis rediens et thezaurum ablatum reperiens timore et tremore concutitur anguſtiam cordis et furorem mentis clamor ⁊ ſuſpiria ꝓdiderūt. Surrexit rex ⁊ quaſi neſciēs quid acciderit: perturbationis huiꝰ cauſam inquirit. Quam cū didiciſſet ait Tace forte ille qui cepit plus nobis indiguit. Habeat ſibi: nobis ſufficit quod remanſit. Proceres enī terre de ſucceſſione ſolliciti regem de vxore ducenda conueniunt. Stupet rex thezauro metuens ſuo qui in fictili vaſe recōditus: facile poterat calore diſſolui. Si obſtinatꝰ reſiſteret: timebat ne ꝓpoſiti ſui ꝑderetur dulce ſecretum. Si ſuadentibꝰ preberet aſſenſum: naufragium pudicitie formidaret. Tandem importune inſiſtentibꝰ cedere tutius ratus: huiuſmodi verbis ſuam pudicitiam dn̄o commendabat. Iheſu bone tua quondam miſericordia tres pueros iter flāmas caldaicas illeſos ſeruauit per te ioſeph relicto pallio in manibus meretricis cū titulo caſtitatis euaſit: admirabilis ſuſanne cōſtātia tua virtute de impudicis preſbiteris triumphauit: ſctē iudith caſtitas ab holoferne nec ledi potuit nec temptari. Ecce ego ſeruꝰ et filius ancille tue qualiſcūꝙ dilector tuus ⁊ vnice matris tue ſuccurre mihi domine quatinus ſic maritale ſuſcipiā ſacramentū: vt pudicitie periculū non incurram. Rege igitur procerū volūtati cōſenſum prebente: godwini filiam duxit in vxorem. Erat enim godwinꝰ vir magnarū opū ſed haſtucie ſingularis regū regniꝙ proditor qui doctꝰ fallere ⁊ quelibet diſſimulare conſuetus facile popupulum ad cuiuſlibet factiōis inclinabat aſſenſum. Sed ſicut ſpina roſam: genuit godwinus editham. Hanc dilecto ſuo preparauit xp̄s edwardo inſpirās ei ab ipſa infantia caſtitatis amorem odiū viciorum virtutis affectū. Legere aut operari manibus ocium fugiendo cōſueuit: laſciuiam vitare/et colloquia iuuenum declinare. Conuenientibꝰ igitur in vnū: rex et regina de caſtitate ſeruanda paciſcuntur nec huic fidei aliuz ꝙ deū teſtem eſtimant adhibendum fit illa cōiunx mēte non carne ille maritus mente non opere. Perſeuerat inter eos ſine actu coniugali coniugalis affectus: et ſine defloratione virginitatis caſte dilectiōis amplexus. Diligitur ille ſed non corrumpitur diligitur illa nec tangitur: et quaſi noua quedam abyſag regem calefacit amore: ſed non diſſoluit libidine/mulcet obſequijs: ſed deſiderijs non emollit. Quadam namꝙ die penthecoſtes cum rex diuinis miſterijs intereſſet: hora eleuationis corporis chriſti ſubito rex vultu hilarior et erectior oculis in riſum modicum ſeruata tamen regia grauitate diſſoluitur. Mirari qui aderāt ceperunt nec ſine cauſa cum preter cōſuetudinem id ei accidiſſe ſciebant. Peractis autem miſſaꝝ ſolempnijs cauſam riſus inſtanter aſtātes ſibi exponi petunt. Ille vt erat mire ſimplicitatis ſimpliciter querentibꝰ ſimpliciter omnia confitetur dicens. Conuenit danis cum rege ſuo antiquū facinus iterare: et quam nobis propitia diuinitas largita eſt infeſtare quietem. In percuſſione quidem noſtra qua caſtigās caſtigauit nos dominus ignorantes dei iuſticiam et ſuam extollentes virtutē dixerunt. Manus noſtra excelſa: et nō dominus fecit hec omnia. Quia vero deus patribus noſtris iratus dacorū nos tradidit poteſtati ſuis id viribus tribuētes facile hoc ipſū ⁊ nunc fieri poſſe arbitrabātur neſciētes quia qui percutit ipſe ⁊ ſa-

nat et qui mortificat ipſe et viuificat: et qui ducit ad inferos ipſe et reducit. Igitur rex dacie coacto in vnū exercitu hodierna die ventis pro voto flantibꝰ naues parari precepit. Jam naues velis ⁊ vela ventis fuerant committenda et rex iniquus ob nimiam ſuperbiā quaſi ſemetipſum non ſuſtinens dū de ſcapha in nauem conſcendere vellet: pede lapſo inter vtramqꝫ in mare corruit. Et ſtatim abyſſus vallauit eum: et pelagus cooperuit caput eius. Sicqꝫ morte ſua vtrumqꝫ populum: danorum ſcꝫ et anglorum a peccato pariter et periculo liberauit. Et ſpero in domino meo et in dulciſſima matre eius qꝫ temporibus meis nullū habebit conatus eorum effectū. Hec ſunt que chriſto reuelante cognoui et vidi et riſi et gauiſus ſum. Riſum enim mihi fecit dn̄s: ⁊ quicūqꝫ audierit corridebit mihi. Notātur tempus et hora mittuntur nuncij in daciam et omnia que beatiſſimo regi celitꝰ nūciata fuerāt. vera ⁊ eadē hora accidiſſe repta ſunt Succedentibꝰ itaqꝫ proſperis: rex voti ſui nequaqꝫ oblitus recogitans quanta ſibi fecerit dominus qui ditauit egenū/ſublimauit humilem/ inglorium coronauit/ parat reddere vota ſua parat ſumptꝰ parat donaria. Uocatis autem regni proceribus habuit cum eis de ſtatu regni vel de ſua peregrinatione ſermonē: dicēs. Nō excidit nobis quomodo irruentibꝰ in hereditatem noſtrā barbaris: facti ſumꝰ obprobriū vicinis noſtris ſubſannatio et illuſio hijs qui in circuitu noſtro ſunt. Alijs namqꝫ interfectis/alijs fugatis/alijs iugo ignominioſe ſeruitutis oppreſſis/nihil fere honoris/nihil glorie: nr̄o generi reliquerunt. Tandē defuncto pr̄e meo perēptis frībꝰ actis in exilium nepotibꝰ ⁊ cū hoſtibꝰ noſtris in oībus fortuna faueret: mihi profecto nihil ſpei ſupereſſe videbatur. Ego vero cōtra ſpem i ſpem credēs: ⁊ dn̄i mei mie me totū dedēs peregrinationē meā ad ſanctorū apoſtolorū limina voui ⁊ deinceps diuine me protectioni diſpoſitioniqꝫ cōmiſi. Jlle aūt reſpexit in orationē meam et nō ſpreuit precē meam: ⁊ abſtulit obprobrium meū et reſtituit me in regnum patris mei. Inſup cumulatū diuitijs auxit gloria donis celeſtibꝰ illuſtrauit. Ipſe ſine ſanguine rebelles ſubegit hoſtes ſubuertit: et oīa nr̄a amabili quadam pace cōpoſuit. Abſit vt tot ⁊ tātis eiꝰ beneficijs inueniamur ingrati quin potius de manu inimicorū nr̄orum liberati ſeruiamꝰ illi in iuſticia et veritate faciamuſqꝫ quod ait propheta. Uouete et reddite dn̄o deo veſtro. Decernite ergo mecum quomodo me peregrināte regnum ſubſiſtat anglorum qua lege/qua pace/qua iuſticia/quo iudice/oīa diſponantur: q̄s caſtra/vrbes/priuata ⁊ publica negocia procuret. Erit aūt vnꝰ oīm cuſtos ⁊ protector deus ⁊ pacem quā dedit ipſe ſeruabit nobiſcū proficiſcens et nobiſcū remanens qui et vos cuſtodiat et me reducat. Tūc oēs i cōmuni vociferātes ad regē ſe nō deſerēdos/ſe nō exponēdos gladijs/ patriā hoſtibꝰ non prodendā/ nec p̄ vno vt putabatur bono: tot admittēda pericula allegabant. Tūc rex eorum vocibꝰ ⁊ precibꝰ ſe vrgeri ſentiēs diu i aīo fluctuabat qꝛ ⁊ voto ſuperſedere periculū ⁊ tantorum precibꝰ fletibuſqꝫ non cedere: inhūanuꝫ arbitrabat. Tandē peregrinationē differens expectabat donec apoſtolico fultꝰ cōſilio aut votū redimeret aut ipleret. Demū pōtifex ſummꝰ cōſideratis p̄miſſis ⁊ diligēter diſcuſſis: regi epiſtolā ſubſcripta cōtinentē trāſmiſit. Leo ep̄s ſeruꝰ ſeruorū dei dilecto filio ſuo edwardo anglorū regi ſalutem ⁊ apoſtolicā bn̄dictionem. Quoniam voluntatē tuam laudabilem et deo gratam agnouimꝰ gratias agimꝰ ei per quem reges regnant et principes iuſta decernunt. Sed qꝛ prope eſt

dn̄s in omni loco omnib⁹ inuocantibus eum in veritate et ſancti apoſtoli cū ſuo capite coniuncti vnus ſpirit⁹ ſunt: et pias pꝛeces equaliter audiunt et quia conſtat periclitari anglicam regionē ex tua diſſeſſiōe qui freno iuſticie ſeditioſos ei⁹ motus cohibes ex auctoꝛitate dei et ſanctoꝛū apoſtoloꝛū abſoluim⁹ te a peccato illius voti ꝑ quo dei offenſā times et ab omnib⁹ negligentijs et iniquitatibus tuis ea poteſtate vſi qua dn̄s ī beato petro conceſſit nobis dicens. Quecunqꝫ ſolueritis ſuper terram: ſoluta erunt et in celis. Deinde pꝛecipimus tibi ſub nomine ſancte obedientie et penitentie vt expenſas quas ad iter iſtud paraueras: pauperibus erroges / ꝛ cenobiū monachoꝛū in honoꝛe ſcti petri apoſtoloꝛū ꝑncipis aut nouū conſtituas aut vetuſtū emendes ꝛ augeas ꝛ ſufficientiam victualiū frībus de tuis redditibus conſtituas quatinus dum illi aſſidue inibi deuꝫ laudauerit et ſanctis augeať gloꝛia et tibi indulgētia. Cui loco quicq̄d contuleris vľ collatum eſt vľ cōferretur vt ratū ſit apoſtolica auctoꝛitate pꝛecipim⁹ ꝛ vt ſꝑ habitatio monachoꝝ ſit ꝛ nulli laice perſone niſi regi ſubdať et quecunqꝫ pꝛeuilegia ibi ꝯſtituere volueris ad honoꝛē dei ꝑtinentia: cōcedimus ꝛ robuſtiſſima auctoꝛitate confirmam⁹ ꝛ in fine fractoꝛes eoꝛuꝫ eterna maledictione damnam⁹. Reſponſalib⁹ enī regis et litteris pontificis oꝛaculum celeſte concurrit. Erat enī in anglia vir quidam deo dilectus ꝛ hominibus q̄ ſpecu ſubterraneo multis annis incluſ⁹ ſuo cum erat meritoꝛū ſtipendijs iam vicin⁹ Huic petrus apoſtolus in viſione noctis aſſiſtens ait. Rex inquit edwardus pꝛo voto quo ſe cum adhuc exularet aſtrixerat pꝛo regni etiā pace pauperūqꝫ neceſſitate pꝛeceqꝫ ſollicitus romanam eccleſiā de omnibus credidit conſulendam. Nouerit ergo ſe mea auctoꝛitate ab hac obligatione ſolutum et de cenobio ad mei nominis honoꝛem cōſtruendo a ſummo pontifice ſuſcepiſſe mandatum. Incunctanter itaqꝫ litteris apoſtolicis fidem habeat / pꝛeceptis obediat / conſilijs acquieſcat. A me enī egreſſus eſt ſermo quē ſibi quondam patronū elegit vie comitem gratie largitoꝛem. Eſt autem mihi loc⁹ in occidentali parte londonie a me elect⁹ mihi dilectus quem quondam mihi ꝓpꝛijs manib⁹ conſecraui mea nobilitaui pꝛeſentia diuinis inſuper miraculis illuſtraui. Thoꝛneia nomen eſt loci qui quondā ob peccata populi barbaroꝛum traditus poteſtati pauperrim⁹ ex diuite / humilis ex ſublimi / ex nobili fact⁹ eſt contemptibilis. Hunc me rex pꝛecipiente inhabitaculum monachoꝛum ſuſcipiat reparandum / ſublimandum edifitijs / poſſeſſionibus ampliandum. Non erit ibi aliud niſi domus dei et poꝛta celi. Ibi erigēda eſt ſcala per quam deſcendentes et aſcendentes angeli pꝛeces et vota hominū perferant et deferant gratiam. Inde aſcendentibus reſerabo ianuas paradiſi vt ex officio q̄d meus mihi dn̄s ac ſaluatoꝛ iniunxit et ligatos abſoluam et abſolutos ſuſcipiam et quā eius delictum obcluſerat iuſtificatis poꝛtaꝫ patrie celeſtis aperiam. Tu autem omnia que a me audiſti et didiciſti litteris tradens regi mitte vt munere dei duplicato et de abſolutione ſecurioꝛ et pꝛecepti executione deuotioꝛ in mei autem dilectione ꝛ obſequio reperiatur pꝛopenſioꝛ. Hijs dictis: lux cū loquēte diſparuit. Scripſit itaqꝫ ſenex omnia audita et regi direxit. Eadē autē hoꝛa lecto pape reſcripto: vbi ſenis apices recitantur. Tunc rex letus et alacris pecuniam quam ad peregrinationeꝫ parauerat pauperibus diſtribuit et monaſteriū edificauit. Tempoꝛe quo rex ethelbertus qui regnauit in cancia pꝛedicante beato auguſtino fidei ſacramēta ſuſce

perat nepos eius ſebertus qui oꝛientali‑
bus anglis pꝛefuit fidem eodē epo euā‑
gelizante ſuſcepit. Hic londonijs que re‑
gni ſui caput habebatur: intra muros ec
cleſiam beati pauli fabꝛicauit et epiſco‑
pali honoꝛe mellitum epm̄ inſtitués ho‑
noꝛauit. Extra muros vero in occidenta
li parte in honoꝛe beati petri monaſteriū
inſigne fundauit et multis poſſeſſionib⁹
ditauit. Nocte autē dedicationē eiuſdē
eccleſie pꝛecedente piſcatoꝛi cuidam tha
menſis fluuij q̄ eidem monaſterio pꝛeter
fluit vlterioꝛi ripa in habitu peregrino
beat⁹ petr⁹ apparēs ꝓmiſſa mercede trā
ſponi ſe ab eodē et petijt et pꝛomeruit:
Egreſſus aūt de nauicula: eccleſiam piſ
catoꝛe cernente ingreditur. Et ecce ſubi‑
to lux celeſtis emicuit: miroq̄ ſplēdoꝛe il
luſtrans oīa noctem cōuertit in diem.
Affuit cum apoſtolo multitudo ciuiū ſu
pernoꝛum egredientium ⁊ ingredientiū
melodiaq̄ celeſtis īſonuit īdicibilis odo‑
ris fragrātia nares ꝑfūdebat. Peractis
enī oībus que ad eccleſie dedicationē ſpe
ctāt ſolēnijs redit ad piſcatoꝛē piſciū: piſ
catoꝛ egregi⁹ hoīm. Quē dū diuini lumi
nis fulgoꝛe ꝑterritū ⁊ alienatū pene ſen
ſibus reperiſſet blanda cōſolatiōe reddit
hoīem ſibi/animū rationi. Ingrediētes
cimbā ſimꝉ vterq̄ piſcatoꝛ ait petr⁹. Nū
q̄d pulmentariū nō habes: Et ille: Incō
ſuete inq̄t lucis perfuſiōe ſtupid⁹ ⁊ expe‑
ctatione tui detent⁹ nihil cepi ſꝫ pꝛomiſ‑
ſam a te mercedē ſecurus expectaui. Ad
hec apl's ait. Laxa nūc retia in capturā.
Paruit imperanti piſcatoꝛ et mox im‑
pleuit rethe piſcium maxima multitu‑
do. Omnes erāt eiuſdem generis piſces
pꝛeter vnum mire enoꝛmitatis eſicium.
Quib⁹ ad ripam extractis: dixit apoſto‑
lus hūc qui pꝛe ceteris pꝛecio et magni‑
tudine pꝛecellit mellito ex mea parte piſ
cē defer epiſcopo. Pꝛo nautica vero mer‑
cede: cetera tibi tolle. Huius generis co‑
pia abundabis in vita tua et longo tēpo
re poſt te ꝓgenies tua tantū ne vltra piſ
cari audeatis in celebꝛitate dñica. Ego
ſum petrus qui loquoꝛ tecum qui cū me
is conciuibus conſtructam in meo nomi
ne baſilicam dedicaui epiſcopalemq̄ be‑
nedictionem mee ſanctificationis aucto
ritate pꝛeueni. Dic ergo pontifici que vi
diſti et audiſti tuoq̄ ſermoni ſigna pari‑
etibus impꝛeſſa teſtimonium ꝑhibebūt.
Superſedeat igitur dedicatione ſupple
at quod omiſimus dominici coꝛpoꝛis et
ſanguinis ſacroſancta miſteria populū‑
q̄ ſermone erudiens. Notificet omnib⁹
hunc locum me crebꝛo viſitaturum. Hic
me fidelium votis et pꝛecibus affuturū:
ſobꝛie vero pie et iuſte in hoc ſeculo viuē
tibus celi ianuam reſeraturum. Hijs di‑
ctis confeſtim ab oculis eius diſparuit.
Mane autē facto epiſcopo mellito ad de
dicandam eccleſiam pꝛocedēti cum piſce
piſcatoꝛ occurrit et oīa que ſibi mandata
fuerāt pandit. Stupet antiſtes reſera‑
tiſq̄ eccleſie valuis videt pauimentum
vtriuſq̄ alphabeti inſcripſione ſignatū:
parietē bis ſenis ī locis ſctificatiōis oleo
linitū: tot cereoꝛū rliquias duodenis cru
cibus inherere ⁊ quaſi recenti reſperſio‑
ne adhuc cūcta madeſcere. Quo vidēs eps
vna cū populo deū benedicebat ⁊ illi gra
tias referebat. Dat fidē miraculo piſca
toꝛis illi⁹ tota ſucceſſio que ſicut a patre
acceperat totius emolimenti quod ars il
la deinceps ei conferret beato petro eiq̄
ſeruientibus decimas offerebat. Un⁹ tñ
ſemel fraudem auſus inferre mox tā diu
artis caruit beneficio donec confeſſ⁹ rea
tum et ablatum reſtitueret et pꝛomitte‑
ret coꝛrectionem. Hec cum ſanctus ed‑
wardus relatione ac ſcriptis veterū di‑
diciſſet ad monaſterium illud edifitijs/
poſſeſſionibus/et dignitatibus alti⁹ ex‑
tollendum exarſit anim⁹ eius ⁊ pꝛo pri‑
uilegijs illius loci ceteriſq̄ cauſis: nunci

os rome tranſmiſit talem epiſtolam pa-
pe deferentes. Summo vniuerſalis ec-
cleſie patri nicolao edwardus gratia dei
anglorũ rex debitam ⁊ ſubiectionẽ ⁊ obe
dientiã. Glorificamus deum quia curã
habet ſue electe eccleſie q̃m in loco boni
predeceſſoris vos optimũ ſucceſſorem cõ
ſtituit. Quapropter iuſtũ iudicamꝰ apd
vos velut ad ſolidã petram acuere ⁊ pro
bare omnes bonas actiones noſtras ⁊ ve
ſtram notitiam atq; ſocietatẽ in bono ha
bere quatinus ras donationes ⁊ preuile-
gia que optinuimus apud predeceſſorẽ
veſtrũ renouetis et augeatis nobis vide
licet vt quod ille iniunxerat nobis ſub no
mine obedientie ⁊ penitentie propt̃ votũ
quod vouerã ire romam: ⁊ in remiſſionẽ
oĩm peccatorũ meorũ conſtruere cenobiũ
monachorum in honore apoſtoli petri ra
tum faciatis et priuilegia poſſeſſionũ et
dignitatũ eiuſdem loci confirmetis / re-
nouetis et decernatis. Ego quoq; ꝓ mo-
dulo meo augeo et confirmo donatiões
⁊ ꝯſuetudines pecuniarũ quas hʒ ſãctꝰ
petrꝰ ĩ anglia ⁊ ipas pecunias collectas
cũ regalibus donis mitto vobis vt oretis
pro me et pro pace regni mei ⁊ continuã
ac ſolẽnem memoriam inſtituatis totiꝰ
gentis anglie coram corporibꝰ apoſtolo-
rum ſanctorꝝ. Reſcripſit aũt ei papa in
hunc modum. Nicalaus epiſcop' ſeruꝰ
ſeruorũ dei glorioſiſſimo ac piiſſimo om
niq; honore digniſſimo ſpeciali quoq; fi-
lio noſtro edwardo anglorũ regi viſitati
onem omnimodã ſalutem melliſluã ⁊ be
nedictionem apoſtolicã. Oĩpotenti deo
referimꝰ grates qui veſtram prudẽtiſſi-
mam excellentiam in oĩbus ornauit ⁊ de
corauit erga beatum petrum apoſtolorꝝ
p̃incipẽ ⁊ nobiſcũ habere dilectionẽ ⁊ in
oĩbus apl̃icis conſentire cẽſuris. Litte-
ras igitur veſtre nobilitati trãſmittimꝰ
⁊ per eas ſocietatẽ ſctõrũ aplorꝝ ⁊ noſtrã
vobis damꝰ orãtes miam illiꝰ qui eſt do
minꝰ oĩm ⁊ rex ſuper oĩa ſolus vt ipe vos
ꝑticipẽ faciat ex oĩbus ſi qua ſunt coram
deo bonis operibus nr̃is et fr̃es nos ⁊ ſo
cios in ſua dilectiõe cõſtituat in oĩ tẽpore
amplius ac nõ minorẽ partẽ obſequii nr̃i
vobis in ſuo regno recõſignet q̃ nobiſ-
met ipſis ꝑuenire optamꝰ. Erimꝰ etiã
deinceps ꝓ vobis ſine dubio orãtes aſſi-
due vt ipe deꝰ ſubiiciat hoſtes et ĩimicos
qui cõtra vos voluerint inſurgere ⁊ con-
firmet vos in paterno ſolio ⁊ propria he-
reditate ac beatꝰ petrꝰ ſit vobis cuſtos ⁊
adiutor in oĩ tribulatiõe Renouamꝰ ergo
⁊ cõfirmamꝰ ⁊ augemꝰ vobis priuilegia
vr̃a ſcʒ vt abſolutꝰ ſitis ab illo voto qd
timebatis ⁊ ab oĩbus aliis pctĩs ⁊ iniqui
tatibꝰ vr̃is auctoritate illiꝰ q̃ me licet in-
dignũ ſue ſctẽ preeſſe voluit eccleſie. Pre
terea illi loco quẽ ſub noĩe ſctẽ penitẽtie
cõſtruendũ ⁊ meliorandũ ſuſcepiſtis q̃m
vt fertur primã antiquitꝰ cõſecratiõnẽ a
beato petro accepit cuiꝰ licet indigni vi-
carii ſumꝰ ⁊ q̃r regia antiquitꝰ ſedes eſt
ex auctoritate dei ⁊ ſctõrꝝ aplorꝝ atq; hu
ius romane ſedis ⁊ noſtra cõcedimꝰ per-
mittimꝰ ⁊ ſolidiſſime confirmamꝰ vt am
plius in perpetuũ regie cõſtitutiõis locꝰ
ſit atq; repoſitoriũ regaliũ inſigniũ ⁊ ha
bitatio perpetua monachorꝝ qui nulli oĩ-
no perſone niſi regi ſubdantur habeãtq;
poteſtatẽ ſcd̃m regulam ſancti benedicti
ꝑ ſucceſſores eligere ex ſe ydoneos abba-
tes neq; introducatur ꝑ violentiã extra-
nea perſona niſi quam cõcors congrega
tio eſſe preelegerit. Abſoluimus etiã eũ
locũ ab omni ſeruitio ⁊ dominatiõe epiſ-
copali vt nullus epiſcopus illuc introeat
ordinaturus aut preceptur' aliquid niſi
ex petitione et conſenſu abbatis ⁊ mona
chorum ⁊ habeat idem locus liberũ pro-
cinctum id eſt ambitũ ⁊ cimiterium mor
tuorũ circa ſe abſq; epiſcopali vl̃ cuiuſli
bet reſpectu vel exactione et omnia q̃ ad
libertatem et exaltationem illius loci ad

honoꝛem dei pertinentia per noſtrā auctoꝛitatem accedere poſſunt hilari ⁊ pꝛomptiſſima voluntate concedimꝰ. Poſſeſſiones autem quas antiqui reges ſeu quicunqꝫ alii homines vos quoqꝫ ⁊ veſtri barones ad eundum locū contuliſtis ⁊ cartas que ex eis facte ſunt diuina ⁊ noſtra auctoꝛitate roboꝛamus et ratas ac ſtabiles eſſe decernimus et in fractoꝛes earuꝫ vel inuaſoꝛes aut diminutoꝛes aut diſpſoꝛes venditoꝛes etiam eterna maledictione cū iuda pꝛoditoꝛe dampnamus vt in beata non habeant partem reſurrectione ſed a beato petro apoſtolo ſe iudicandos ſciant quando ſedebit cum ſuis coapoſtolis iudicās duodecim tribus iſrael. Uobis vero et poſteris veſtris regibꝰ cōmittimus aduocationem ⁊ tuitionē eiuſdem loci et oīm totius anglie eccleſiaruꝫ vt vice noſtra cum conſilio epiſcopoꝛum et abbatum conſtituatis vbiqꝫ que iuſta ſunt ſcientes pꝛo hoc vos recepturos dignam mercedē ab eo cuius regnū et imperiū non deſinet nec minuetur in ſeculum. Sanctus enī edwardus tributū illud grauiſſimū quod tempoꝛe patris ſui claſſi danice pendebatur et poſtmodum fiſco regio inſerebatur regia liberalitate remiſit ⁊ ab hoc onere impoꝛtabili imperpetuum angliam abſoluit. Cū enim collecta illa pecunia ante illū delata eſſet diabolum ſuper cumulum ſedētem ⁊ ludētem vidit. ⁊ ne amplius exigeretur pꝛecepit. Cum in palatio iuxta eccleſiā beati petri rex aliquando moꝛaretur ſuperuenit quidam vir miſerabilis hibernicꝰ genere pedis vtriuſqꝫ pꝛiuatus officio. Nerui enī in poplite cōtracti ad poſteriores coꝛpoꝛis partes crura retoꝛſerat/tali natibus inheſerant/ immerſiqꝫ carnibꝰ pedum articuli: a lumbis eius et deoꝛſuꝫ coꝛpus omne peruerterāt. Poꝛrectis ad terram manibus et ſcamnis ſuppoſitis repebat et factus ſibimetipſi grauis trahebat ſe poſt ſe. Hic videns regis cubicu lariū: ait ad eum. Hugoline inquit non me reſpicies nec miſereberis nec mouebit te mei tāta calamitas? Et ille: Quid me vis facere? Cui pauper. Sexies inquit apoſtoloꝛum limina repens (vt cernis) viſitaui: et ſanitatem necdum pꝛomerui. Quam tamen mihi apoſtoloꝛum pꝛinceps nō negauit ſed diſtulit ſocium in hoc miraculo habere volens edwardū quem ſibi nouit in omnibus eſſe deuotū. Ab ipſo enim apoſtolo in mandatis accepi regem adire vt me ſuo ſacro ſubiectū doꝛſo ad eccleſiam eius que palatio vicina eſt perferat: recepturum ſi id fecerit membꝛoꝛum meoꝛū integram ſanitatem. Hec vbi nunciata ſunt regi: gratias agit deo et citatus mox eger acceſſit. Rex vero vt ſpiritalis ille aſinus foꝛtis accubans in terminis ſuppoſuit humeros ſuos ad poꝛtandum. Pendet de humero tanti pꝛincipis plenus ſoꝛdibꝰ pauper/ſqualidis manibus/bꝛachiiſqꝫ ſquamoſis: regium illud pectus collūqꝫ complectitur. Interea ex aſſiſtentibus ridebant nonnulli: alij a paupere regem deluſum iocabantur/ alij iuſti ſimplicitatem fatuitatem iudicabant. Cum itaqꝫ rex paululum pꝛoceſſiſſet: ſubito nerui extenduntur/rigantur oſſa/carnes marcide recaleſcunt/emergunt a carne articuli/pedes a natibus ſoluuntur. Diſtendit homo/crura poplite iam flexibili ⁊ ſanie cum ſanguine pꝛofluente: veſtis regia oꝛnatur potius ꝙ̄ fedatur. Jam tūc ſatis eſſe clamant omnes ſanatum languidum onus ob ſoꝛdes vlcerū deponendum. Ille vero memoꝛ pꝛecepti qđ ſuſceperat ſi renarū tantꝰ obturata aure pertrāſijt ingreſſuſqꝫ eccleſiam ante ſanctū altare holocauſtum qđ detulerat deo ac beato petro reſignat incolumemqꝫ dimiſit. Suſcepto autē a rege itineris viatico: acturꝰ gratias deo ⁊ ſctō petro romā

profectꝰ ē. In monaſterio nãq̃ beati pe
tri ante altare ſancte trinitatis miſſarū
ſolemnijs ſanctus rex vice quadam cū
comite leofrico aſſiſtebat. Et ecce ſpecio-
ſus ille forma pre filijs hominū chriſtus
iheſus in ara conſiſtens oculis vtriuſq̃
corporalis aperuit ſacraq̃ dextera ſuper
regē extenſa ſignum ſancte crucis eū be
nedicendo depinxit. At rex dimiſſo capi-
te diuine maieſtatis adorabat preſenti-
am. Comes vero q̄d in regis animo age-
retur ignorans nolenſq̃ regem tante vi
ſionis eſſe participem: cepit velle ad ip-
ſum vſq̃ ꝓcedere. Verū rex quid in mē-
te comitis voluebatur intelligēs: ſta in-
quit leofrice ſta quod vides video ⁊ ego.
Poſt miſſam vero dixit rex ad comitem.
Per eius (quem vidimus) maieſtatē mi
leofrice te obteſtor ne quoadvſq̃ vixeri-
mus ſermo iſte proferatur in publicum
ne vel nos in pernitiem noſtraȝ ob fauo-
rem vulgi pulſet elatio vel fidem dero-
get dictis infideliū emulatio. Sub fau-
cibus quippe quaſi glandes mulieri cui
dam ſuccreuerant que totam faciem de-
formi tumore fedātes putrefactis ſub cu
te humoribus ſanguinem in ſaniem ver
terāt inde nati vermes: odorē teterrimū
exhalabant. Jubetur tandem in ſomnis
adire palatium et ex regis manibꝰ ſpe-
rare remedium. Quibus ſi lota/ ſi tacta
ſi ſignata foret: meritis eiꝰ reciperet ſa-
nitatem. Cū autem veniſſet ad regem ⁊
oraculū expoſuiſſet ille nec ſordes cauit/
nec fetorem exhorruit: ſed loca tumentia
manibꝰ contrectās ⁊ aqua lauans ſignū
ſancte crucis impreſſit. Et ſubito rupta
cute cū ſanie vermes ebulliūt: recedit tu
mor et dolor omnis abceſſit. Cecus qui-
dā docetur oraculo lumē amiſſum ſcti re
gis meritis ſe adepturum ſi limpha qua
manus ablueret ipe faciem perfudiſſet.
Cūq̃ id cubiculario et ille regi retuliſſet
obſtupuit ille plurimū indignatꝰ illuſu-
fantaſmatibꝰ hominem nihil tale de pec
catore ſperandū apoſtolice id eſſe uirtu-
tis nec fidem ſomnijs adhibendū aſſeru-
it aqua manibus lauit et ad eccleſiā pro-
ceſſit. Cubicularius autem ceco receptā
in pelui aquam illam tradit cū qua ocu-
los et faciem lauās: viſum cōfeſtim per
cipere meruit. Ciuis quidam lincolniē-
ſis cecitate percuſſꝰ ad palatiū regis veni
ens aqua lotionis manuū eiꝰ faciē ⁊ ocu
los lauans: mox tenebris diurnis lux op
tata ſuccedit. Quidā ſecꝰ regem adire ⁊
viſum ab eo percipere monitus cubicula
rio ⁊ ille regi rem pādit. Cui rex. Veniat
inquit. Quis ego ſum qui cōtriſter et nō
potius exultem: ſi meis manibꝰ licet in-
dignis promiſſum beneficium homini il-
li pietas diuina contulerit. Vocatꝰ eſt au
tem vir et a rege tactus et ſignatus ⁊ in
ter manus eius ab oculis vtriſq̃ vbertiȝ
ſanguis effluxit pupillas ſerenauit ⁊ tu
morem palpebrarū depoſuit. Et dixit ho
mo ille. Video te dn̄e mi rex et facies tua
tanq̄ facies angeli ſtantis an̄ me. Alia
aūt vice duo ceci cū vno monoculo aqua
lotiōis manuū ſancti perfuſi viſnm per-
cipere meruerunt. Sedebat aliquando
rex ad menſam et a latere eiꝰ comes god
winꝰ. Huiꝰ duo filij adhuc pueri haraldꝰ
et toſtius ludentes corā eis cū vnꝰ ex il-
lis amariꝰ q̄ expetebat ludi ſuauitas in
ſurrexiſſet in alterum ludū vertūt in pu-
gnam. Et ecce haraldus vehementiꝰ in
fratrem irruens capillis eiꝰ vtramq̃ ma
num inſerit proſtratumq̃ niſi citius eri
peretur virtute ſupior ſuffocaſſet. Tūc
rex verſꝰ ad ducē ait. Nihil te aliud o god
wine niſi ſimplicē in hijs vel ludū puero
rū vl' pugnā cōtēplaris. Et ille Nihil ali
ud dn̄e mi. Tūc rex dixit. Lōge aliō mea
mihi mens loquitur: et hijs quid futu-
rum ſit pueris per hoc mihi bellum reue
latur. Emerſis quippe puerilibus an-
nis cum in viruȝ vterq̃ profecerit tādē:

aduerſus inuicem liuor vtrūqꝫ aduret: et primū circumuētione inſidijſqꝫ priuatis quaſi ludere videbūtur ad vltimum fortior infirmiorem proſcribet/ rebellantem proſternet/ et prioris mortē poſt modicū ſequens alteriꝰ calamitas expiabit. que omnia ſic completa: tota anglia teſte probatur. Nam toſtius ab haraldo fugatus cum paulo poſt in regnum ſucceſſit edwardo haraldus vna cum rege norwegie toſtius proſternitur et totus fere exercitus deletur. Eodem anno heraldꝰ ipſe regno ſpoliatus anglorum aut miſere occubuit aut vt quidam putant penitentie tantum ſeruatus euaſit. Godwinꝰ enim cum in menſa regi aſſederet vnus miniſtrorū in obicem aliquem vno pede immoderatius impingens pene lapſum incurrit. Quem tamē alius recto greſſu procedens iterum in ſtatum ſuum nihil iniurie paſſum erexit. De hoc euētu pluribus inter ſe loquentibus et ꝙ pes pedi ſubuenerit gratulantibus: comes quaſi ludendo intulit. Sic eſt frater fratrē adiuuans et alter alteri in neceſſitate ſubueniens. Et ait rex ad ducem. Hoc meus mihi feciſſet: ſi godwinus hoc permiſiſſet. Ad hanc vocē godwinꝰ expauit: & triſtem preferens vultum ait. Scio enī rex ſcio adhuc de morte fratris tui tuus me accuſat animus nec eis eſtimas diſcredēdum qui me vel eius vel tuum vocāt proditorem. Sed ſecretorum omnium conſcius deꝰ iudicet ſic et buccellā hāc quā manu teneo guttur meum faciat pertrāſire & me ſeruet illeſum ſicut nec tue proditionis reus: ne de fratris tui nece mihi conſcius exiſto. Cumqꝫ vir beatꝰ buccellam manu benedicens ſignaſſet miſer ille eam ori inferens vſqꝫ in medium gutturis protraxit temptat interius trahere nec valuit/ temptat emittere ſed firmius heſit. Mox meatus quibꝰ ducebatur ſpiritus obcluditur: vertuntur oculi brachia rigeſcunt. Intuetur infeliciter morientem rex et vltionem in eum ſentiens proceſſiſſe diuinā aſtantes alloquitur dicens. Extrahite canem iſtum. Et factū eſt ita. Hic godwinus ſimplicitate regis abutens multa in regno contra iuſticiā et deum faciebat. Cunctos fere regis cognatos et amicos quos de normānia adduxerat fraude ſua dolo et circūuentione de patria perturbat. Credens ſibi cūcta proceſſura pro voto ſi rex amicis nudatus ſuis tantum conſilijs vteretur. At rex cuncta diſſimulans diuinis vacabat obſequijs vltionem dei ſibi futuram mitis predixit. Aliquando etiam ipſe godwino idipſum non tacuit. In die namqꝫ dominice reſurrectionis cum rex ad mēſam ſederet arctiꝰ ſolito ſe collegit ad ſe: et ponens pre oculis deū omnia iſta mūdana arbitrabatur vt ſtercora. Et ecce ſubito vultus eius plus ſolito ſerenebatur interiorqꝫ leticia labia ſoluebat in riſum rurſumqꝫ ſolita grauitate reſumpta obſcuriorem faciem preferebat. Mirabantur qui aſtabant: nemo tamen audebat eum interrogare quid accidiſſet. Menſis tandem ſublatis ſequutꝰ eſt ad thalamum regem dux haraldus: cum vno epiſcopo et abbate vno ſimulqꝫ regem ſuper hoc ſermone conueniunt. Tunc ille ait. Quantum enim ſe quiſqꝫ vanis ſubtraxerit: tantum veris arctius adherebit. Ecce ego enim inter fecundos calices et pinguia fercula ac radiantis metalli ſplendorem: recordatus ſum domini dei mei et effudi in me animam meam dilatatoqꝫ mentis ſinu oculus interior ſpirituali perfuſus lumine radios profecto vſqꝫ ad illam epheſeorum ciuitatem mira celeritate porrexit: et vſqꝫ in montem celion progreſſus ſanctorum quidē ſeptem dormientium quieſcentiū in ſpelunca proprietatem vultuum/ nec non membrorum quantitatem/ ac qualitatē

veſtium expreſſione manifeſtiſſima contemplatus eſt. Hec dum interiorem riſu ſignificante leticiam corde lumino ſo conſpicerem ſubito me cernente a latere dextro ſuper quod multis quieuerãt annis in ſiniſtrum ſe latus virtute diuina vertentes dirũ mortalibus omen hac laterũ ſuorũ matatione ſignarunt. Exhinc eniꝫ ſurget gens contra gentem et regnũ aduerſus regnũ: et erũt peſtilẽtie et fames et terremotus magni per loca. Hijs enim ſeptuaginta annis tantũ enim tempꝰ in ſiniſtro latere repauſabunt: viſitabit enĩ dñs iniquitatẽ plebis ſue tradens eos in manus gentium vt dominentur eis qui oderunt illos Inimici namqꝫ noĩs chriſti inſurgent in chriſtianos / ſerui dominis rebellabunt/ reges inſidiabũtur regibꝰ/ et principibus principes et in omnibꝰ finibꝰ terre vltor iniurie chriſti mucro deſeuiet. Et expoſuit eis rex vitam illorũ ⁊ nomina et paſſionem et dormitionis modum. Quibus auditis inito conſilio vt fidem poſteris facerent ad explorandam ſermonis veritatem dux militem / clericum pontifex/ abbas monachum cũ litteris regijs ad imperatorem conſtãtinopolitanũ direxerunt. Qui omnia vera reperientes: incolumes ad regem regreſſi ſunt. Sanctus enim edwardꝰ nulli petenti in nomine ſancti iohannis euangeliſte aliquid denegabat. Hũc enĩ poſt apoſtolorum principẽ arctius diligebat Unde contigit ꝙ quidam peregrinus abſente camerario in nomine ſancti iohannis euangeliſte importune a rege elemoſinã poſtularet. Cui rex precioſum annulum cum nil aliud in promptu haberet dedit Accidit poſt hec duos anglicos ad orãdũ ſaluatoris ſepulchrum hieroſolimã proficiſci. Qui die quadam a publica ſtrata declinantes: deuia queqꝫ ſectati ſunt et ſole ruente nox obſcura ſubducta eſt. Et cum neſcirent quid agerent/ quo ſe verterent: apparuit eis ſenex quidam venerandꝰ qui eos ad ciuitatẽ reduxit. Suſceptis autem hoſpicio menſa paratur: lautiſſimeqꝫ refecti dãt membra quieti. Mane autem facto egreſſis illis de ciuitate: ait ſenex. Viri fratres cum ſumma proſperitate vos repatriaturos non dubitetis quoniam proſperũ iter faciet vobis deus et ego ob amorem regis veſtri in omni via firmabo ſuper vos oculos meos. Ego enim ſum apoſtolꝰ chriſti iohannes qui regem veſtrũ ob meritum caſtitatis ſumma dilectiõe cõplector. Hũc enim annulum quem mihi in habitu peregrino apparenti tribuit: reportate denunciantes ei obitus ſui inſtare diẽ quẽ infra ſex menſes viſitãs viſitabo vt mecum ſequatur agnũ quocumqꝫ ierit. His dictis diſparuit: et illi ad patriam proſpere redeuntes que viderant ⁊ audierãt regi ſeriatim retulerunt. Cum autem rex infirmitate graui detineretur in mẽtis raptus exceſſum biduo fere iacebat exanimis. Tandem quaſi de graui ſomno euigilans aperuit oculos et reſedit et aſſumpta parabola ait. Cum adoleſcẽs in normãnia exularem: grata mihi ſemper extitit bonorum amicitia: et quicunqꝫ ſacre religionis meliores videbantur hij mihi ceteris erãt familiariores. Inter quos monachos duos ſpeciali quadã mihi deiunxerant charitate cõuerſationis honeſtas/ vite ſanctitas/ ſuauitas morum/ verborum affabilitas. Hos frequentius viſitabaꝫ: ꝙ dulcia faucibꝰ meis eloquia eorum. Hos ante plurimos trãſlatos ad celum vidi mihi paulo ante in ſompnis aſſiſtere quid genti mee poſt obitum meum ſit futurum ex dei mihi mandato referentes. Impletam dicunt anglorũ nequitiam et iniquitas cõſummata: iram prouocat accelerat vindictam. Sacerdotes preuaricati ſunt pactum domini polluto pectore ⁊ manibꝰ inquinatis ſctã cõ

trectant. Et hij non paſtores ſed mercenarij exponunt lupis oues non protegūt lac et lanā querūt non oues vt detruſos ad inferos mors et paſtores depaſcat et oues. Sed ⁊ principes terre infideles ſocij furū predones patrie quibus nec deꝰ timori eſt nec lex honori quibus veritas oneri/ius contēptui/crudelitas delectationi. Itaqꝫ nec prelati iuſticiā nec ſeruāt ſubditi diſciplinā. Et ecce dn̄s gladiū ſuum vibrabit arcū ſuū tetendit ⁊ parauit illum. Oſtēdet deinceps populo huic irā et indignationē immiſſiones iſuper per angelos malos quibꝰ traditi ſunt: anno vno ⁊ die vno igne ſimꝉ ⁊ gladio puniēdi Ego vero ob intentatā mee gēti calamitatem: dolens atqꝫ ſuſpirans dixi. O celeſtiū ſecretorū conſcij ſi cōuerſi egerint penitentiam nūquid non ignoſcet deꝰ et relinquet poſt ſe benedictionē? Penitentia certe prolataꝫ dei ore in niniuitis ſuſpendit ſententiam que etiā imminenteꝫ impiiſſimo achab debitam diſtulit vltionem. Suadebo igitur genti mee vt peniteant de preteritis et caueant de futuris et forte miſerebitur deus vt nō inducat ſuper eos malū hoc grande ſed qui punire preparauit auerſos recipiat in gratiā ſolita pietate cōuerſos. Nequaꝙ inquiūt hoc erit qm̄ induratū eſt cor populi huius et excecati oculi et aures aggrauate: vt nec audiant corripientē nec intelligāt cōmonentem nec terreantur minis nec beneficijs prouocentur. Hijs eorū verbis dū mihi maior accreſceret ſollicitudo: dixi. Num ita imperpetuū iraſcetur deꝰ: et nō apponet vt complacitior ſit adhuc. Mn̄ ergo tot triſtibus leta ſuccedent aut tot aduerſa qualis conſolatio tēperabit? Quale ſperandū eſt in hijs malis remedium vt ſicut illinc terret ⁊ contriſtat futura correptio ita hinc aliquantulū mulceat diuine miſerationis promiſſio? Ad hec ſancti tale mihi problema proponūt. Arbor quelibet viridis a ſua trunco deciſa ad triū iugerū ſpacium a radice propria ſeparetur. Que cū nulla hoīs manu cogente/nulla vrgente neceſſitate ad ſuum reuerſa trūcū in antiquā radicē ſeſe receperit reſumptoqꝫ ſucco ruſum floruerit et fructū fecerit: tūc ſperanduꝫ eſt aliquod in hac tribulatione ſolaciū et de ea quam prediximꝰ aduerſitate remedium. Hec cū dixiſſent: ipſi celo vobis ego redditus ſum. Aſſidebant narrāti viſionem regina/robertꝰ ſacri palacij cuſtos/dux haraldus/ſtigandꝰ ⁊ qui aſcēdit cubile patris ſui et maculauit ſtratum eiꝰ. viuēte adhuc archiep̄o roberto cathedrā cantuarienſem inuadēs. Ob hoc a ſummo pōtifice ſuſpenſus paulo poſt crepuit et effuſa ſunt viſcera eius. Hic ad vocem narrantis obduruit nec terreꝉ oraculo nec fidem habuit prophetāti ſed potius regem ſenio confectū delirare ſubmurmurās ridere maluit ꝙ lugere. Ceteri vero quibus mens ſanior erat flebāt vbertim et ſuſpirabant qui nihil ſecꝰ ꝙ ipſe dixerat aut a ſacerdotibꝰ aut a principibus fieri nō ignorabant. Quidā eni premiſſam ſimilitudinem dicūt regē pro impoſſibili ſtatuiſſe illi maxime qui totā anglorū nobilitatē ſic deperiſſe lugebant vt ex ea gente nec rex nec ep̄s nec abbas r princeps quilibet vix in anglia cerne tur. Mihi ſane alia mēs eſt conſiderāti ſanctiſſimū virū dunſtanū ⁊ ipſam calamitatē prediximiſſe et conſolationē nihilominus promiſiſſe. Poteſt proīn ſic nō inconuenienter exponi. Arbor hec regnū anglorū ſignificat decorū gloria delicijs diuitijſqꝫ fecundū excellētia regie dignitatis ſublime. Radix ex qua totus honor iſte proceſſit regium ſemen fuit quod ab alfredo qui primus anglorum a ſummo pontifice vnctus ⁊ conſecratus fuerat in regem recta ſucceſſionis linea vſqꝫ ad ſānctum edwardum deſcendit. Abſciſa eſt

arbor de trunco: qñ regnū a genere rega
li diuiſum ad aliud ſemē tranſlatum eſt.
Ad ſpaciū triū iugerū hec facta eſt ſepa-
ratio: quia in trium tēporibus regū nul-
la fuit nouis cū antiquo ſemine regali cō
munio. Haraldus enī ſucceſſit edwardo:
willelmus haraldo: willelm⁹ iunior prio
ri willelmo. Acceſſit ad radicē quādo rex
hēricus in quē totū regni decus tranſfu-
ſū eſt nulla neceſſitate cogente: nulla ſpe
lucri vrgente: ſed ex infuſo ei amoris affe
ctu: abneptē edwardi matildā duxit vxo
rem ſemen regnū normānorū ⁊ anglorū
coniūgens: ⁊ interueniēte ope coniugali
de duobus vnū faciens. Floruit ſane ar-
bor qñ de vtroqȝ ſemine imperatrix ma-
tilda proceſſit. Tūc vero fructū fecit: quā
do de ipa henricus exoriens: quaſi lapis
angularis vtrūqȝ populū copulauit. Ha
bet nūc certe de genere anglorꝫ anglia re
gem: habet de eadē gēte epōs ⁊ abbates
principes et milites ex vtriuſqȝ ſeminis
cōiunctione ꝓcreatos. Si eni alicui hec
diſplicuerit expoſitio: aut ipe aliter expo
nat: aut aliud tēpus quo hec expleantur
expectet. Sciens itaqȝ rex quia appropi
quauit hora ei⁹ vt trāſiret de hoc mūdo:
ſuū tranſitū mox in circuitu ꝓpalari iuſ
ſit: ne mortis ſue cognitiōe dilata: oratio
nū quoqȝ ſuffragia differrētur. Sicqȝ ſe-
nex ⁊ plenus dierū ⁊ bonorū opm migra
uit ad dñm. Obijt aūt anno dñi milleſi-
mo ſexageſimoſexto: cū regnaſſet vigiti
tribus annis menſib⁹ ſex ⁊ diebus vigi-
tiſeptē: pridie nonas ianuarij: cū quo to-
ta pariter anglorū felicitas ruit: perijt li
bertas: vigor oīs interijt. Cōtract⁹ qui
dam ad ſepulchrū eius veniēs: membro
rū ſanitatē deuotis lachrymis ⁊ precib⁹
poſtulabat. Et ecce vis quedam occulta
ſubito neruos extēdit: in naturalem ſta-
tum crura pedeſqȝ retorquet euulſiſqȝ a
carne articulis ſanguis profluit: paula-
timqȝ ſucco reſumpto: arida prius oſſa:
priſtinū robur recipiūt. Sex eni ceci vnū
monoculū ſecuti ad ſepulchrū regis ꝓpe
rantes: cū alter ab altero traheret ⁊ vn⁹
precedēs oculus viris ſeptē ducatū pbe-
ret: ſctō cū lachrymis miſeriā exponunt
opem flagitāt: cōtra diuturne caliginis
tediū: ſctiſſimi regis depoſcūt auxilium.
Nec mora vti meritis ⁊ precibus viſum
oculorūqȝ claritatē percipere meruerūt.
Interea haraldus fili⁹ godwini regnū
nec ſibi iure debitū: nec natura vſurpās
malū qđ anglis ſcđm regis ſcti oraculū
dñs ꝑparauerat trāſgreſſiōe pacti cum
duce willelmo ⁊ fidei leſione accelerauit.
Ut aūt attenuatis viribus facili⁹ ab his
quos iniuſte prouocauerat hoſtib⁹ vince
retur: ſuſcitauit ei de⁹ a parte aquilonis
inimicos. ſ. haraldū regē norwegie: ⁊ to-
ſtiū fratrē ſuū quē de āglia expulerat ipe
⁊ tpe regis edwardi exulabat in flādria.
Hi cū magna claſſe per humbriā ad ebo-
racum ꝓperātes cū exercitū northūbren
ſiū prelio excepiſſent: potiti victoria: ma
gnā de obſtātibus ſtragē dederunt. His
haraldo nunciatis: exercitū copioſum ex
oībus finibus anglie collegit. Apparuit
aūt tūc ſanctus edward⁹ cuidā alexi ab-
bati rameſeie viro religioſo dicēs. Uade
et dic haraldo: vt hoīes qui contra ius et
fas regni huius fines inuadūt aggredi-
atur ſecure. Ego eni ero dux et protector
exercitus qñ iuſticie gentis hui⁹: deeſſe
nō poſſum. Per me enim reportabit vice
hac de hoſte triūphū. Et ne verbis tuis
fidem deroget: ſecretū ei ſui cordis oſten-
de: vt cum ei que nullo concio mēte volue
bat edixeris nō hec tue adinuentioni ſed
mee promiſſioni aſcribat. Nocte quidem
preterita cū dolore femoris torqueretur
licet eum nō parū vrgeret imminēs mo-
leſtia: ſiluit tamen: reputans apud ſe ſi
publicaret languorē quod a ſuis eſſet cō-
temptui ⁊ hoſtibus irriſioni. Uerū quia
nūc ab illa peſte conualuit: de meo preſu

mens auxilio: cōtra barbaros iuſtū bel-
lum ſuſcipiat: et ab imminenti periculo
ſuos eripiat. Quod cū abbas haraldo re
ſeraſſet: ex celeſti pꝛomiſſione factus au-
dacioꝛ: in valida manu ꝓgrediens apud
ſtamfoꝛd bꝛig hoſtibus occurrit. Concer
toqꝫ pꝛelio: dux vterqꝫ pꝛoſternitur. ſ. rex
noꝛwegie: ⁊ frater haraldi toſtius et pe-
ne totus eoꝛū exercitus deletus eſt. An
no ſiquidem triceſimoſexto poſt ſancti ed
wardi obitū cū coꝛpus eius de terra ele-
uaret: integrū incoꝛruptū et flexibile cū
veſtibꝰ recentibus repertū eſt. Quod vi
dens ep̄s roffenſis pilum vnū deuotiōis
deſiderio accēſus extrahere ſibiqꝫ ſerua-
re conatur. Sed ille firmius herēs: effe-
ctū mentis ep̄i ⁊ voluntatē defraudauit
Mulier quedam in feſto edwardi ſancti
operibus vacās: paraliſis moꝛbo coꝛre-
pta: ad ſepulchꝛū ſancti deducitur: et ſa-
nitatē pꝛiſtinā ſe recepiſſe letatur. Tres
viros febꝛe quartana vexatos: viſitato
ſcti ſarcophago quaſi in momēto curati
ſunt. ❡ Narratio ⁊ pꝛophetia. Quidā
vir dei in diebus illis pꝛedixit anglis: qꝺ
ex ſcelerū ſuoꝛū immanitate: quia nō ſo-
lū cedi ⁊ pꝛoditioni inſiſtebāt ſed ebꝛieta-
ti ⁊ negligētie domus dei dediti erant: in
ſperatū eis a francia aduēturū dominiū
quod et eoꝛū excellētiam depꝛimeret im-
perpetuū: et honoꝛē ſine termino reſtitu-
tiōis euentilaret. Pꝛedixit etiā ꝙ non ſo-
lum ea gens ſed etiam gēs ſcotoꝛū quos
angli viliſſimas eſtimant ad emeritam
confuſionem anglis dominaretur. Pꝛe-
dixit etiā nichilominus adeo varium ſe-
culū aduenturū: vt varietas que in men
tibus hominū latebit: ⁊ in actibus pate-
bit multimoda veſtium variatione deſi-
gnaretur. Illis diebꝰ imperauit henri-
cus ſecūdus: qui in pueritia ſua a quodā
clerico fiſtulā tulerat argēteā: qua pueri
ludētes aquam iaculātur pactus ei expa-
tum dare cum foꝛet imperatoꝛ. Adultus
autē repetēti pollicitum: impigre dedit
Nō multo poſt aſpero moꝛbo coꝛreptus
decubuit: ⁊ moꝛbo creſcēte: triduo exſen-
ſis ⁊ mutus iacuit Ep̄i pꝛeſentes tridua
no indicto ieiunio: pꝛo vita eius dn̄o ſup
plicabāt. Conualeſcēs accitū ep̄m quem
pꝛo fiſtula fecerat ſententia cōcilij depo-
ſuit. Confeſſus eſt autē ſe toto illo triduo
demones infeſtos ſibi vidiſſe: flammā in
ſe per fiſtulam iaculātes: vt noſter ignis
reſpectu illius iocus putetur. Interim
vero iuuenē ſemiuſtulatū aduentaſſe: fe
rentē calicē aureum immenſe magnitu-
dinis aqua plenū. Cuius viſione et latis
cis aſꝑgine: ardoꝛes illos euaſit Hic erat
beatus laurētius cuius eccleſiā repara-
uerat: ⁊ pꝛeter alia munera calice aureo
decoꝛarat. Eo tēpoꝛe in cōfinio noꝛman
nie ⁊ bꝛitānie poꝛtentū viſum eſt: in vna
vel potius duabus mulieribꝰ Duo erāt
capita: ⁊ quatuoꝛ bꝛachia: cetera gemīa
omnia vſqꝫ ad vmbilicū: inferius ſingu-
la oīa. Ridebat: comedebat: loquebatur
vna: flebat: eſuriebat: tacebat altera.
Oꝛe gemino manducabāt: ſed vno mea-
tu egerebant. Una defuncta: ſuperuixit
altera: pene triennio moꝛtuā poꝛtās: do
nec ⁊ pondere molis: et fetoꝛe cadaueris
defecit. Putatū eſt a quibuſdā et litteris
traditum ꝙ he mulieres angliam ⁊ noꝛ-
manniā ſignificarēt: que diuiſe licet fue-
rint: tamen ſub vno domino ſunt vnite.
He quicquid pecuniarū auidis faucibus
ſoꝛbuerāt: in vnam laſciuiā defluit: qui
eſt vel pꝛincipū auaritia: vel circūpoſita
rum gentiū ferocia. Moꝛtuam ⁊ pene ex
hauſtam noꝛmanniā: ingēs pecunijs ſu
ſtentat anglia: donec ⁊ ipſa exactoꝛū foꝛ-
taſſis violentia ſuccūbat.

❡ De ſancto Edwardo rege ⁊ martyꝛe.

Moꝛtuo autē rege edgaro ſuc
ceſſit edwardus filius eius:
et regnauit annis tribus cū
dimidio. Hūc dunſtanꝰ ep̄us

contra voluntatē optimatū ⁊ nouerce regem coronauit. Nā quidā fratrem eius ethelredū de ſecūda vxore ꝑgenitū elegerunt. Quāobrem dūſtanus eps cum oſwaldo eboracēſi epo et quibuſdā abbatibus ⁊ ducibus edwardū ex prima vxore elfleda genitū vt pater eius moriens iuſſerat: quibuſdā murmurantibus nobilibus in regē conſecrauit. Nouerca inſup edwardi alfritha filiū ſuū ethelredū paruulum vix ſeptennem promouere ad regnum conabatur: vt potius ſub eius nomine regnare videretur. Factū eſt autē cū rex edward⁹ quindeci eſſet annorum in dorſetania ꝓuincia iuxta villam noīe warhā venationi cū multis nobilib⁹ intenderet: ad vidēdum fratrem ſuū ethelredū ad caſtrum nomine corph greſſum ſuū diri[illegible]it. Et aſſumptis ſecū paucis: ceteriſq; vbiq; diſperſis: ad domū nouerce ſue properauit. Quo audito: quaſi de aduentu eius cōgratulās: obuiam ei procedit: blāde eum ſalutat: et ad ſuum hoſpitium inuitat. Qui cum renueret: et fratrem ſuū videre ⁊ alloqui ſe velle denunciaret: rurſum illa ad alia ſe commenta transferens: iubet abſq; dilatiōe ſibi potum propinari: vt dum potū degustaret oportunius qđ cogitaret expleret. Unus interim animo audacior ⁊ ſcelere imminior: oſculū pacis ei dedit: vt omnē ſuſpitionem auferēs eum facilius ſuffocaret. Poſtꝙ vero poculū a pincerna ſuſcipiēs ori apponeret qui oſculum ſibi intulerat ex aduerſo inſiliēs: cultello mox eius viſcera tranſfixit. Qui graui inflictus vulnere cū paululū inde diuertiſſet: de equo cui inſederat: ſubito in terrā corruens expirauit: quintodecimo kalēdas aprilis: anno gratie nōgenteſimo octuageſimoprimo. Erat aūt in eadem domo mulier quedam a natiuitate ceca quā memorata regina pietate ⁊ xpi amore alebat que dum ſequēti nocte ibi cū corpore ſacro ſola pernoctaſſet: intempeſta noctis hora: diuinitus lumē emiſſum domum repleuit: ⁊ oculorum ſuorū tenebras fugans: luminis claritatē reddidit. Regina ergo hoc cognito: in locis abditis ⁊ paluſtrib⁹ iuſſit corpus ne a quoꝙ inueniretur detegi. Elapſo autē poſt hec anno: columpna inſtar lucis deſuper apparuit: que lucis ſue radijs locum vndiq; illuſtrauit. Incole igitur illius prouincie hoc ſepius viſo miraculo corpus ſanctū aſſumentes: apud warhā ſepulture tradiderūt. Fons aūt de loco vbi prius iacuit de terra erūpens: multis infirmis beneficia ſanitatis cōferre ſolebat: propalatis vndiq; demum miraculis: editha virgo ſctā martyris ſoror cū matre ſua wlftrude et epis ac multis alijs corpus de terra extractū ita ab omni corruptione inuenit illeſum ac ſi eodē die fuiſſet ſepultum. Et aſſumētes illud cum maximo honore in mōaſterio virginū ſeptonie tranſtulerūt. Pro hac autē ſancti regis occiſiōe ethelfritha regina (vt fertur) dure penitens: monaſteria monialiū de wherewelł. ⁊ ambriſbury pro delicti expiatione conſtruxit: et multis predijs et libertatibus donauit.

Apparuit autē ſanctus edwardus cuidā viro religioſo in ſompnis dicēs. Surge ⁊ ad cenobium ſeptonie velociter pergens abbatiſſe denuncia: quia in loco in quo nunc iaceo diutius eſſe nolo: ⁊ vt hoc fratri meo ethelredo regi abſq; dilatione annunciet admoneo. Quo facto: rex epiſcopis ⁊ maiorib⁹ eccleſie precepit: vt corpus fratris ſui ad locum magis honorabilem transferre maturarēt. Quod cum facerēt: tāta ex eo odoris fragrātia emanare cepit: vt omnes in loco preſentes in paradiſi delitijs cōſtitutos ſe fore eſtimarēt. Eleuatūq; eſt corpus eius ſanctum: et ad locum decentiorem tranſlatum anno martyrij ſui viceſimoprimo: et incarnatiōis dominice: āno milleſimo primo.

¶ Narratio. Abbas quidā noīe natha-
nael fraude demōis accidiā paſſus de cel-
la ſua recedens: aliā ſibi fabricauit. Ubi
cū habitare cepiſſet: demō per noctē cum
flagris ſonitū magnū fecit. Quis es tu
inquit vir dei qui talia in hoſpitio meo co-
naris? Ego ſum ait qui te de priore cella
fugaui: et vt nunc de hac te expellā veni.
Tūc ſctūs illuſum ſe vidēs: ad habitacu-
lū primū rediit: ⁊ triginta ſeptem annis
ipm limen dom⁹ nō exiuit. Et cū ſeptem
epos eum viſitātes nec vno quidē paſſu
ꝓſequēdo cōduceret: diaconus illorū ait.
Abba ſuperbā rem admodum facis: qui
ſanctos epos nō cōducis. Ego inquit do-
minos meos epos veneror: ſed ⁊ his ⁊ vni-
uerſo ſeculo mortuū me eſſe ꝓfiteor. Oc-
cultū aūt ꝓpoſitū meū nouit de⁹: ꝓpter
qđ eos nō proſequor. Fit iterū demō qua-
ſi paruul⁹ annorū decē minās aſinū pro-
funda nocte panes ferentē: ⁊ aſinū in ter-
ram ruiſſe fingēs exclamauit. Abba na-
thanael miſerere michi: ego ſū puer mo-
nachi illi⁹ ⁊ panes ei porto: queſo ne iacē-
tem deſpicias ac ferarū morſib⁹ tradas.
Et ait vir dei intra ſe. Neceſſe eſt me aut
miam qđ maximū eſt preceptū nō facere
aut a propoſito deuiare. Tandē oratione
ad deū facta: rñdit. Audi infās. Credo in
ipſo cui ſeruio qui omni ſpiritui dñatur:
quia ſi neceſſariū habueris auxiliū ipſe
tibi preſtabit: nec feras aut quēq̄ aliū no-
cere patietur. Si vero res temptatio eſt
iam nunc aſpiciat dñs me⁹: nec ex ea me
ledi permittat vlteri⁹. Demon itaq̄ vi-
ctus ⁊ cōfuſus: in venti turbinem eſt re-
ſolutus: ⁊ in ſues agreſtes diſcurſibus ⁊
ſtrepitu laſciuiens.

¶ De ſancto Edwino rege et martyre.

Anno dñi quingēteſimo ſexa-
geſimo elle pr̄ acce mr̄is ſan-
cti oſwaldi cepit in prouincia
northanhūbrorū regnare: et
poſt idā regē primus regnū deirorꝫ poſſi-
dere. Hic ſctm̄ edwinū regē et martyrem
genuit et accā ſororē eius. Porro elle iſte
rex erat de quo ſctūs gregorius alludēs
nomini dixit. Bene inquit elle vocat̄ rex
iſte: quia in laudē creatoris oportet all'a
illis in partib⁹ decātari. Elle vero trigin-
ta annis regnās edwinū acce fratrē he-
redē moriens reliquit: ethelfridus cū ſcti
oſwaldi pater licet ſororem edwini regis
deirorū vxorē habuit: tm̄ glorie cupid⁹ eū
a regno expulit et aliq̄diu pro eo regna-
uit. Interfecto tādē vt infra claret ethel-
frido rege: cū edwin⁹ regnaret: ethelbur-
gam filiā regis cātuariorū ſcti ethelber-
ti: a fratre ſuo edbaldo miſſis nūciis pe-
tiit in vxorē. Cui reſpōſum eſt nō eſſe lici-
tū xpianā virginē pagano in coniugem
dari ne fides ⁊ ſacra celeſtis regis conſor-
tio ꝓphanaretur regis cui veri dei cult⁹
eſſet prorſus ignarus. Qđ cū edwin⁹ au-
diſſet: ꝓmiſit ſe nichil omnino contrariū
xpiane fidei quā virgo colebat eſſe factu-
rum: ſed potius fidē cum oībus qui ſecū
venirēt more xpiano ſeruaret. Sicq̄ pau-
linus a iuſto dorobernēſi archiepo archi-
preſul cōſecrat⁹ cū ethelburga v̄gīe āno
dñi ſexcēteſimo viceſimoquīto ad regem
edwinū aduenit. Anno aūt ſequēti ve-
nit in prouinciā illā quidā ſicarius voca-
bulo eumer⁹ miſſus a rege occidentaliū
ſaxonū noīe quichelmo: ſperās ſe regem
edwinum regnū ſimul ⁊ vita priuaturū
Qui habebat ſicā bicipitē toxicatā: vt ſi
ferri vuln⁹ minus ad mortē regis ſuffi-
ceret: veneni peſte iuuaretur. Peruenit
āt ad regē primo die paſche iuxta amnē
dorwētionē vbi tūc erat villa regalis in-
trauitq̄ quaſi nunciū dñi ſui referēs. Et
cū ſimulatā legationem ore aſtuto volue-
ret: exurrexit repēte ⁊ euaginata ſub ve-
ſte ſica impetū fecit in regē. Qđ cū vide-
ret lilla miniſter regis amiciſſim⁹ nō ha-
bēs ſcutū ad manū quo regē a nece defen-
deret: mox interpoſuit corp⁹ ſuum ante

ictū pungentis. Sed tanta in hoſtis fer
rum infixit: vt per coꝛpus militis occiſi:
etiā regē vulneraret. Qui cū mox vndiqꝫ
gladijs impeteretur in ipſo tumultu eti
am aliū de militibus ſica nephāda pere
nit. Eadem aūt nocte dñici paſche pepe
rit regina filiam nomine eanfledā. Cūqꝫ
idē rex pꝛeſente paulino ep̄o gratias age
ret dijs ſuis ꝓ nata ſibi filia ecōtra ep̄us
gratias cepit agere dño xp̄o regiqꝫ aſtru
ere ꝙ ipſe pꝛecibus ſuis apud illum ob-
tinuerit: vt regina ſoſpes et abſqꝫ doloꝛe
graui ſobolē pꝛocrearet. Cuiꝰ verbis de-
lectatꝰ rex pꝛomiſit ſe abꝛenūciatis ido-
lis xp̄o ſeruiturū: ſi vitam ſibi ⁊ victoꝛiā
donaret: pugnanti aduerſus regē a quo
homicida ille qui eum vulnerauerat miſ
ſus eſt: ⁊ in pignus implende pꝛomiſſio-
nis eandem filiam ſuam xp̄o conſecran-
dam paulino ep̄o aſſignauit. Que bapti
zata eſt die ſancto pēthecoſtes pꝛima de
gēte noꝛthanhūbꝛoꝛū cū duodecim alijs
de familia regis. Quo tēpoꝛe curatus a
vulnere ſibi inflicto rex collecto exercitu:
venit aduerſus regem occidentaliū ſaxo
num: ac bello inito vniuerſos quos in ne
cem ſuam conſpiraſſe didicerat: aut occi
dit: aut in deditionem recepit. Sicqꝫ vi-
ctoꝛ in patriā reuerſus nō ſtatim ⁊ incō-
ſulte ſacramenta fidei xp̄iane percipere
voluit: ꝙuis nec idolis vltra ſeruiuit: ex
quo ſe xp̄o ſeruiturū eſſe pꝛomiſerat. Ve
rum pꝛimo diligentius ab ipſo paulino
ep̄o rationē fidei addiſcere ⁊ cum ſuis pꝛi
matibus quos ſapientioꝛes nouerat cu-
rauit conferre quid de his agendū arbi-
trarentur. Sed ⁊ ipſe cum eſſet vir natu
ra ſagaciſſimus: ſepe diu ſolus reſidens
oꝛe quidē tacito ſed ī intimis coꝛdis mul-
ta ſecū colloquens: quid ſibi eſſet facien-
dū que religio ſeruāda tractabat. Quo
tp̄e exhoꝛtatoꝛias ad fidem litteras a pa
pa bonifacio accepit quarum tenoꝛ talis
erat. Viro glorioſo edwino regi angloꝝ
bonifacius ep̄us ſeruus ſeruoꝛū dei. Li-
cet ſumme diuinitatis potētia humane
locutionis officijs explanari nō valeat:
quippe que ſui magnitudine ita inuiſibi
li atqꝫ iueſtigabili eternitate cōſiſtit: vt
hec nulla ingenij ſagacitas quāta ſit cō-
pꝛehendere: diſſerereqꝫ ſufficiat: quia ta
mē eius humanitas ad inſinuationem
ſui reſeratis coꝛdis ianuis que de ſemet-
ipſa pꝛoferantur ſecreta humanis mēti-
bus inſpiratiōe clemēter infundit: ad an
nunciandū vobis plenitudinē fidei xp̄ia
ne ſacerdotalē curauimus ſollicitudinē
pꝛerogare: vt perinde xp̄i euāgelium qđ
ſaluatoꝛ noſter oībus pꝛecepit gentibus
pꝛedicari: veſtris quoqꝫ ſenſibus inſerē-
tes: ſalutis vr̄e remedia pꝛopinētur. Su
perne igitur maieſtatis clementia q̄ cun
cta ſolo verbo pꝛeceptionis ſue cōdidit et
creauit: celū videlicet ⁊ terrā mare ⁊ oīa
que in eis ſunt: diſpoſitis oꝛdinibus qui-
bus ſubſiſterent: coeterni verbi ſui conſi
lio et ſancti ſpiritus vnitate diſpenſans
hoīem ad imaginē et ſimilitudinē ſuā ex
limo terre plaſmatū cōſtituit: eiqꝫ tantā
pꝛemij pꝛerogatiuā indulſit vt eū cūctis
pꝛeponeret atqꝫ ſeruato termino pꝛece-
ptionis eternitatis ſubſiſtentia pꝛemu-
niret. Hūc ergo deū patrem filium et ſpi-
ritum ſctm̄: qđ eſt indiuidua trinitas ab
oꝛtu ſolis vſqꝫ ad occaſum humanum ge
nus quippe vt creatoꝛē oīm atqꝫ factoꝛū
ſuū ſalutifera cōfeſſione fidei veneratur
⁊ colit. Cui etiā ſummitates imperij re-
gūqꝫ poteſtates ſubmiſſe ſunt quia eius
diſpoſitione oīm pꝛelatio regnoꝛū cōcedi
tur. Eius ergo bonitatis mīa totius cre
ature ſue dilatandi ſubdi etiā in extremi
tate terre poſitarū gentiū coꝛda frigida
ſancti ſpiritus feruoꝛe: in ſui quoqꝫ agni
tione mirabiliter eſt dignata ſuccendere
Que etiam in glorioſi filij nr̄i edbaldi re
gis gentiſqꝫ ei ſuppoſite illuſtratiōe cle-
mentia redēptoꝛis fuerit operata pleniꝰ

ex vicinitate locorũ vr̃am gloriã conuici-
mus cognouiſſe. Eius ergo mirabile do
num ⁊ in vobis certa ſpe celeſti longani-
mitate cõferre cõfidimus: cũ ꝑfecto glo-
rioſam cõiugem vr̃am que vr̃i corporis
pars eſſe dinoſcitur eternitatis premio
per ſacri baptiſmatis regenerationẽ il-
luminatã agnouimꝰ. Unde preſenti ſti-
lo glorioſos vos adhortandos cum omni
affecti intime charitatis curauimꝰ qua-
tinus abhominatis idolis eorũqꝫ cultu
ſpretiſqꝫ phanorũ fatuitatibꝰ: ⁊ auguri-
orum deceptabilibus blãdimẽtis: creda
tis in deũ patrẽ omnipotentẽ eiuſqꝫ filiũ
ihesum chriſtũ ⁊ ſpm̃ ſanctũ: vt credẽtes
a dyabolice captiuitatis nexibus ſancte
et indiuidue trinitatis cooperãte poten-
tia abſoluti eterne vite poſſitis eſſe parti
cipes. Quãta aũt reatitudinis culpa te-
neantur obſtricti hi qui idolatriarũ per-
nicioſiſſimã ſuperſtitionẽ colẽtes ample
ctũtur eorũ quos colunt exẽpla perditio-
nis inſinuãt. Unde de eis per pſalmiſtã
dicit̃. Oẽs dii gentiũ demonia: dñs autẽ
celos fecit. Et iterũ. Oculos habẽt ⁊ non
videbũt: aures habẽt ⁊ nõ audiẽt: manꝰ
habẽt ⁊ non palpabũt: pedes habẽt ⁊ nõ
ambulabunt. Similes ergo efficiuntur
his qui ſpem ſue confidẽtie ponũt in eis.
Quomodo enĩ iuuandi quẽlibet poſſunt
habere virtutẽ hi qui ex corruptibili ma
teria inferiorũ etiam ſuppoſitorũqꝫ tibi
manibus cõſtruuntur: quibus videlicet
artificiũ humanũ accomodãs eis inaĩa-
tam membrorum ſimilitudinẽ cõtuliſti.
Qui niſi a te moti fuerint: ambulare nõ
poterũt: ſed tanꝙ̃ lapis in vno loco poſi-
ta ita cõſtructi: nichil intelligentie habẽ-
tes: ipſaqꝫ inſenſibilitate obruti nullam
neqꝫ ledẽdi neqꝫ iuuãdi facultatẽ adepti
ſunt. Qua ergo mẽtis deceptiõe eos de-
os quibus vos ipſi imaginẽ corporis tra
didiſtis colẽtes ſequimini: iudicio diſcre-
to reperire nõ poſſumus. Unde oportet

vos ſuſcepto ſigno ſctẽ crucis: per qđ hu-
manũ genus redemptũ eſt execrandam
dyabolice verſutie ſupplãtationẽ qui di-
uine pietatis operibus inuidꝰ emuluſqꝫ
cõſiſtit a cordibꝰ vr̃is abijcere: iniectiſqꝫ
manibus hos quos eatenus materie cõ
page vobis deos fabricaſtis: cõfringen-
dos diminuendoſqꝫ ſumopere ꝓcurate.
Ipſa enĩ eorũ diſſolutio corruptioqꝫ que
nunꝙ̃ viuentẽ ſpiritũ habuit: nec ſenſibi
litatẽ a ſuis factoribus potuit quolibet
modo ſuſcipere vobis patenter inſinuet
qm̃ nichil erat quod eatenꝰ colebatis: dũ
ꝑfecto meliores vos qui ſpiritũ viuentẽ
a domino percepiſtis: eorũ cõſtructione
nichilominꝰ exiſtatis: quippe quos deꝰ
omnipotẽs ex primi hoĩs quẽ plaſmauit
cognatiõe: deductus per ſecula innume-
rabilibus ꝓpaginibus pululare conſti-
tuit Accedite ergo ad agnitionẽ eius qui
vos creauit qui in vobis vite inſufflauit
ſpiritũ: qui pro veſtra redẽptione filium
ſuũ vnigenitũ miſit: vt vos ab originali
peccato eriperet: et ereptos de poteſtate
nequitie dyabolice prauitatis celeſtibꝰ
p̃miis remuneraret Suſcipite ergo ver
ba predicatorũ ⁊ euangeliũ dei qđ vobis
annunciãt: quatinus credentes ſicut ſe-
pius dictũ eſt in deũ patrem omnipoten
tem: ⁊ in ihesum xp̃m filiũ eius: et ſpiri-
tum ſanctũ: ⁊ inſeperabilẽ trinitatẽ: fu-
gatis demoniorũ ſenſibus: expulſaqꝫ a
vobis ſollicitatione venenoſi et decepta-
bilis hoſtis per aquã ⁊ ſpm̃ ſanctũ rena-
ti: ei cui credideritis in ſplendore ſempi-
terne glorie cohabitare eiꝰ opitulatione
ac munificẽtia valeatis. Preterea bene-
dictionẽ ꝓtectoris nr̃i beati petri apoſto
lorũ principis vobis direximus. id eſt ca
miſiã cum ornatura in auro vna et lena
anciriana vna: qđ petimꝰ vt eo benigni-
tatis animo gl̃ia vr̃a ſuſcipiat: quo a no-
bis noſcit̃ deſtinatũ. Ad coniugẽ quoqꝫ
illiꝰ ethelburgã huiuſmodi litteras idẽ

pontifex trāſmiſit. Domine glorioſe filie
ethelburge regine bonifacius eps̄ ſeru⁹
ſeruorū dei. Redēptoris nr̄i benignitas
hūano generi quoq₃ p̄cioſi ſanguinis ſui
effuſione a vinculis dyabolice captiuita
tis eripuit: multe ꝓuidentie quibus ſal-
uaretur ꝓpinauit remedia: quatin⁹ ſui
nominis agnitionē diuerſo modo genti-
bus innoteſcēs: creatorē ſuū ſuſcepto xpi
ane fidei agnoſcerēt ſacramēto. Qđ equi
dem in vr̄e glorie ſenſib⁹ celeſti collatum
munere miſtica regeneratiōis nr̄e pur-
gatio patēter innuit. Magno igitur lar-
gitatis dn̄ice beneficio mēs nr̄a gaudio
exultauit: ꝙ ſcintillā ortodoxe religionis
in nr̄i dignat⁹ eſt cōuerſione ſuccendere.
Ex qua re nō ſolum glorioſi cōiugis vr̄i:
immo totius gentis ſuppoſite vobis in-
telligentiā in amore ſui facilius inflāma
ret. Didicim⁹ nāq₃ referētib⁹ his qui ad
nos glorioſi filij nr̄i edbaldi regis lauda-
bilem cōuerſionē nūciātes peruenerunt
quod etiam veſtra gloria chriſtiane fidei
ſuſcepto mirabili ſacramento: pijs ⁊ deo
placitis iugiter operib⁹ eniteſcat: ab ido
lorū etiā cultu ſe phanorū auguriorūq₃ il
lecebris ſe diligenter abſtineat: et ita in
amore redēptoris nr̄i imutilata deuotio
ne perſiſtens inuigilet: vt ad dilatādam
xpianam fidem inceſſabiliter nō deſiſtat
operā cōmodare. Cūq₃ glorioſo de coniu
ge vr̄o paterna charitas ſollicite perqui
ſiſſet cognouim⁹ ꝙ eatenus abhominā-
dis idolis ſeruiēs: ad ſuſcipiendam vocē
predicatorū ſuā diſtulerit obedientiā ex-
hibere. Qua ex re nō modica nobis ama
ritudo cōgeſta eſt ab eo ꝙ pars corporis
vr̄i ab agnitione ſumme ⁊ indiuidue tri
nitatis remanſit extranea. Unde pater-
nis officijs vr̄e glorioſe xpianitati nr̄am
cōmonitionem non diſtulimus conferen
dam adhortantes quatin⁹ diuine inſpi-
rationis imbuta ſubdijs: importune et
oportune agendū nō differas vt ⁊ ip̄e ſal
uatoris nr̄i dn̄i iheſu xpi cooperāte potē-
tia xpianorū numero copuletur: vt per-
inde intemerato ſocietatis federe iura te
neas maritalis conſortij. Scriptū nāq₃
eſt. Erūt duo in carne vna. Quomō ergo
vnitas vobis cōiunctionis ineſſe dici po
terit: ſi a veſtre fidei ſplendore interpoſi-
tis deteſtabilis erroris tn̄bris ille remā-
ſerit alienus. Unde orationi cōtinue inſi
ſtēs: a longanimitate celeſtis clemētie il
luminationis ipſius beneficia impetra-
re nō deſinas: vt videlicet quos copula-
tio carnalis affectus vnum quodāmodo
corpus exhibuiſſe mōſtratur: hos quoq₃
vnitas fidei etiā poſt huius vite trāſitū
in perpetua ſocietate cōſeruet. Inſiſte er
go glorioſa filia ⁊ ſummis conatib⁹ duri
tiā cordis ipſius religioſa diuinorū p̄ce-
ptorū inſinuatiōe mollire ſumopere ma-
tura: infundēs ſenſib⁹ eius ꝙ̄tum ſit pre
clarū qđ credēdo ſuſcepiſti miſteriū ꝙ̄tū
ue ſit admirabile ꝙ renata p̄miū conſe
qui meruiſti. Frigiditatē cordis ipi⁹ ſan-
cti ſpūs annūciatione ſuccēde: quatinus
amoto torpore perniciociſſimi cultus di-
uine fidei calore eius intelligentiā tuarū
adhortationū frequētatione ſuccēdat: vt
ꝓfecto ſacre ſcripture teſtimoniū per te
expletū indubitāter perclareat: ſaluabi-
tur vir infidelis per mulierē fidelem. Ad
hoc eni miam dn̄ice pietatis cōſecuta es
vt fructum fidei creditorūq₃ tibi benefi-
ciorū redēptori tuo multiplicem reſigna
res: quod equidē ſuffragante p̄ſidio beni
gnitatis ipſi⁹: vt explere valeas aſſidu-
is nō deſiſtimus precib⁹ poſtulare. His
ergo premiſſis: paterne nobis dilectiōis
exhibentes officia: hortamur vt vos rep
ta portitoris occaſiōe de his que per vos
ſuperna potētia merabiliter in cōuerſio
ne cōiugis vr̄i ſubmiſſeq₃ vobis gentis
dignatus fuerit operari: proſperis ꝙ̄to-
tius nunciis reueletis quatinus ſollici-
tudo nr̄a que de vr̄i vr̄orumq₃ oīm aīe ſa

lute optabilia deſideranter expectat: vo-
bis nūciantibꝰ reueletur: illuſtrationēq;
diuine ꝓpitiatiōis in vobis diffuſā opu-
lentius agnoſcētes: hilari cōfeſſione lar-
gitori oīm bonorū deo ⁊ beato petro apo-
ſtolorū pricipi vberes merito gr̄as exſol-
uamus. Preterea benedictionē protecto
ris nr̄i beati petri apoſtolorū pricipis di-
reximus. id eſt ſpeculū argenteū ⁊ pecti
nem eboreū inauratū: qđ petimus vt eo
benignitatis animo gloria veſtra ſuſci-
piat: quo a nobis noſcit̄ deſtinatū. Cū
aūt videret paulinꝰ ep̄s difficulter poſſe
ſublimitatem animi regalis ad humili-
tatem vie ſalutaris ⁊ ſuſcipiendā fidem
inclinari: pro ſalute illius ac gētis anglo
rum diuinā pietatē exorauit: didicitq; in
ſpiritu oraculū quōdam celitus regi oſtē
ſum. Erat aūt tale. Cū autē perſequen
te illū ethelfrido qui ſororē eius accā du-
xerat et ante eū regnauit per diuerſa oc-
cultus loca vel regna multorū annorum
tēpore profugus vagaretur: tandē venit
ad redwaldū regem orientaliū anglorū:
obſecrans vt vitā ſuā a tanti perſecuto-
ris inſidijs tutando ſeruaret. Qui eum
ſuſcipiens promiſit ſe que petebat eſſe fa
cturū. At poſtꝙ ethelfridꝰ in hac eū pro-
uincia apparuiſſe ⁊ apud regē habitare
cognouit: miſit nūcios qui redwaldo pe-
cuniā multam pro nece eius offerrent: ⁊
bellū inſuper illi ſi nō acquieſceret indi-
xit. Qui minis corruptꝰ ⁊ muneribꝰ de-
precanti ceſſit: ⁊ edwinū occidere vel le-
gatarijs tradere promiſit. Qđ vbi fidiſſi
mus quidā amicus illius aīaduerteret:
intrauit ad eū nocte et quid erga eū age-
re rex promiſiſſet edocuit: ⁊ inſuper adie
cit. Si ergo vis educā te ad talem locum
vbi ſecure habitare poſſis? Qui ait. Gra
tias ago beniuolētie tue: non tamen hoc
facere poſſum qđ ſuggeris: vt pactū qđ
cum rege inij ipſe primus irritū faciam
cum ille michi nil mali fecerit: nil adhuc
inimicitiarū intulerit: quin potius ſi mo
riturus ſum ille me magis ꝙ ignobilior
quis morti tradat. Abeunte igitur ami-
co: remāſit edwinus ſolus: reſidēſq; me-
ſtꝰ an̄ palatiū multis cepit cogitationū
eſtibus affici: quid ageret quoue pedem
verteret neſcius. Cūq; diu tacitus mul-
ta cogitaret: vidit ſubito imtempeſte no
ctis ſilentio appropinquātem ſibi homi-
nē qui ſalutauit eū ⁊ interrogauit quare
illa hora ceteris quieſcētibꝰ ſolus ipe me
ſtus in lapide peruigil ſederet: ⁊ adiecit.
Scio inquit quis es et quare meres et q̄
ventura tibi in proximo mala formidas
Sed dicito michi quid mercedis dare ve
lis ei qui his te merorībꝰ abſoluat ⁊ red-
waldo ſuadeat vt nil mali tibi faciat: nec
tuis hoſtibus perimēdum tradat. Qui
cum ſe oīa qui poſſet tali pro mercede da-
turum eſſe reſpōderet: adiecit ille. Quid
ſi etiam regē te futurū extinctis hoſtibꝰ
in veritate promittat: ita vt nō ſolū oēs
tuos ꝓgenitores ſed ⁊ oēs qui ante te re-
ges in gente anglorum fuerāt poteſtate
tranſcēdas. Inſuper ⁊ cōſiliū tibi tue ſa-
lutis ac vite melius atq; vtilius ꝙ aliqs
de tuis parentibꝰ aut cognatis vnꝙ au
diuit oſtēdere potuerit: num ei obtempe
rare ⁊ monita eiꝰ ſalutaria ſuſcipere cō-
ſentis. Nec diſtulit edwinus quin conti-
nuo polliceretur in oībus ſe ſecuturū do-
ctrinā illius qui ſe tot ac tātis calamita-
tibus ereptū ad regni apicem proueher-
ret. Quo accepto reſpōſo: cōfeſtim is qui
loquebat̄ cū eo impoſuit dexteram ſuam
capiti eius dicēs. Cū hoc ergo tibi ſignū
aduenerit: memēto huius tēporis ac lo-
quele nr̄e: ⁊ ea que nūc promittis: adim-
plere ne differas. His dictis q̄ hec loque-
batur repēte diſparuit. Et ecce venit ad
eum p̄fatus amicus illius dicēs: qr mu-
tatum erat cor regis: nec ſibi aliquid ma
li facere ſed fidē potius pollicitā ſeruare
diſpoſuit. Non multo poſt redwaldꝰ rex

congregato exercitu ethelfridū regē occidit in finibus gentis merciorū ad orientālem plagam amnis de idle: ⁊ edwinū ad regnū prouexit. Cū ergo predicāte verbū dei paulino rex credere differret ⁊ per aliqđ tempus horis cōpetētibus ſolitarius ſederet: ⁊ quid agendū ſibi eſſet que religio ſequēda ſedulus ſecū reuolueret: ingrediens ad eum quadā die vir dei impoſuit dexterā capiti eius ⁊ an hoc ſignū agnoſceret requiſiuit. Qui cum tremēs ad pedes ei⁹ procidere vellet: leuauit eū ⁊ quaſi familiari voce affat⁹: ecce inquit hoſtiū manus euaſiſti: regnū percepiſti memēto vt tertium qđ promiſiſti facere ne differas ſuſcipiēdo fidem eius ⁊ precepta ſeruādo qui te a tēpalibus malis eripiens ad regni honorē ſublimauit. Et ſi deinceps voluntati eius quā per me tibi predicat obſecundare volueris a perpetuis malorū tormentis te liberās eterni ſecū regni in celis faciet eſſe participem. Quibus auditis rex ſuſcipere quidē ſe fidem quā docebat ⁊ velle ⁊ debere reſpondebat. Verū adhuc cū amicis ſuis principibus ⁊ conſiliarijs de hoc collaturū eſſe dicebat: vt ſi ⁊ illi eadem cū eo ſentire vellent: oēs pariter credere poſſent. Annuēte paulino ⁊ habito cū ſapiētibus cōſilio ſciſcitabatur ſingillatim ab oib⁹ qualis ſibi doctrina hec eaten⁹ inaudita ⁊ nou⁹ diuinitatis qui predicabatur cultus videretur. Cui primus pontificū ipſi⁹ coifi cōtinuo reſpondit. Tu vide rex quale ſit hoc quod nobis modo predicatur: ego autem tibi veriſſime qđ certū didici, ꝓfiteor quia nichil omnino virtutis habet: nichil vtilitatis religio illa quā hucuſqꝫ tenuimus. Nullus enī tuorū ſtudioſius ꝙ ego culture deorū vrorū ſe ſubdidit: et nichilominus multi ſunt qui ampliora a te beneficia ꝙ ego ⁊ maiores percipiūt dignitates magiſqꝫ proſperātur in oībus que agenda vł acquirenda diſponūt. Si aūt dij aliquid valerent: me poti⁹ iuuare vellent qui illis impenſius ſeruire curaui. Unde reſtat vt ſi ea que nūc noua nobis predicātur meliora eſſe ⁊ fortiora habita examinatiōe pſpexeris abſqꝫ vllo cunctamine ſuſcipere illa feſtinemus. Cui⁹ ſuaſioni verbiſqꝫ prudētibus ali⁹ optimatū regis tribuens aſſenſum cōtinuo ſubdidit. Dñe rex vita hec hoīm ad modicū apparens elabitur: quid autē ſequatur qđue pceſſerit prorſus ignoramus. Unde ſi hec noua doctrina certius aliquid attulit: merito eſſe ſequēda videtur. His ſimilia ⁊ ceteri maiores natu ac regis cōſiliarij diuinitus admoniti pſequebāt. Adiecit aūt coifi quia vellet ipm paulinū diligentius audire de deo quē pdicabat verbū faciente. Qđ cum iubēte rege faceret exclamauit auditis ei⁹ ſermonib⁹ dicēs Jam olim intellexerā nichil eſſe qđ colebamus: quia videlicet quāto ſtudioſius in eo cultu veritatē querebā tanto min⁹ inueniebam. Nūc autē aperte ꝓfiteor qꝫ in hac predicatiōe veritas claret illa que nobis vite ſalutis ⁊ beatitudinis eterne dona valeat tribuere. Unde ſuggero rex vt templa ⁊ altaria que ſine fructu vtilitatis ſacrauimus ocius anathemati et igni contradam⁹. Quid plura? Prebuit palam aſcenſum euāgelizante btō paulino rex: ⁊ abrenūciata idolatria fidē ſe xpi ſuſcipere cōfeſſus eſt. Cūqꝫ a prefato pontifice ſacrorū ſuorū quereretur quis aras ⁊ phana idolorū cū ſeptis quib⁹ erant circūdata primus prophanare deberet: ille reſpōdit. Ego. Quis enī ea que per ſtultitiā colui nūc ad exemplū oīm aptius ꝙ ipſe deſtruā: per ſapientiā michi a deo vero donatam? Statimqꝫ abiecta ſuperſtitione vanitatis rogauit ſibi regē arma dare ⁊ equū emiſſariū: quē aſcendens ad idola deſtruenda veniret. Nō enī licebat pontificē ſacrorū vel arma ferre vel preter in equa equitare. Accinctus ergo gla

dio: accepit lanceā in manu et aſcendens
emiſſariū regis pgebat ad idola. Quod
aſpiciens vulgus: eſtimauit eū inſanire
Cūq; appꝛopinquaret ad phanū: pꝓpha-
nit illud: et iniecta in eo lācea iuſſit ſocijs
deſtruere ac ſuccēdere phanū cum oībus
ſeptis ſuis. Oſtēditur aūt locus ille quō-
dam idoloꝝū nō longe ab eboꝛaco ad oꝛiē-
tem iuxta amnem doꝛwentionē: vocaba
turq; godmundingaham. Rex igit ed-
winus cū cunctis gentis ſue nobilib⁹ ac
plebe multa fidem xp̄i ⁊ lauacrum ſuſce
pit anno regni ſui vndecio et incarnatio-
nis dn̄ice ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo
ab aduētu angloꝝū in bꝛitanniā anno cir
citer centeſimo octogeſimo. Baptizatus
eſt autē eboꝛaco die ſctō paſche pꝛidie id⁹
apꝛilis in eccleſia ſcti petri apoſtoli quā
ibidem deligno vbi cathezizaretur ⁊ ba-
ptizaretur citato ope cōſtruxit in qua do-
ctoꝛi ſuo paulino ſedem ep̄atus donauit.
Mox poſt baptiſmū in eodem loco de la-
pide eccleſiā fabꝛicare cepit: in cuius me
dio oꝛatoꝛiū pꝛius factum includeretur.
Pꝛiuſq̄ tamen altitudo parietis eſſet cō
ſummata: rex occiſus opus illō ſucceſſo-
ri ſuo oſwaldo perficiēdū reliquit. Bapti
zati ſunt etiā oſfridus ⁊ edfridus filij re-
gis edwini qui ei exuli nati ſunt: de quen
burga filia cearli regis mercioꝝū. Bapti
zati ſunt et alij liberi eius de ethelburga
regina pꝛogeniti: ethelhūn⁹ ⁊ wſefrea ⁊
filia etheldꝛita: ⁊ yffi filius oſfridi. Tā-
tum autē deuotiōis edwinus erga cultū
veritatis habuit: vt etiā regi oꝛientaliū
angloꝛum eoꝛpwaldo filio redwaldi per-
ſuaderet relictis idoloꝝū ſuperſtitionib⁹
fidē ⁊ ſacramēta xp̄i ſua pꝛouincia ſuſci-
pere. Cui⁹ pater redwald⁹ iam dudum
in cancia ſacramētis fidei imbutus fue-
rat ſed rediens domū ab vxoꝛe ſua ⁊ qui-
buſdam peruerſis doctoꝛib⁹ ſeductus: a
ſinceritate fidei depꝛauatus in eodē pha
no altare habuit ad ſacrificiū xp̄i ⁊ arulā
ad victimā demonioꝝū. Uerū eoꝛpwald⁹
nō multo poſtq̄ fidē accepit: occiſus eſt a
viro gentili noīe ricberto: cui ſucceſſit fra
ter ſuus ſighbertus vir per oīa xp̄ianiſſi
mus ſicut ſupꝛa plene expꝛeſſū eſt. Tā-
ta aūt eo tp̄e pax in toto regno edwini fu
iſſe perhibetur vt ſi mulier cum paruulo
per totam pꝛouinciā ambulare vellet: a
mari ad mare nullo ſe ledēte valeret. Tā-
tum rex idem vtilitati ſue gentis conſu-
luit vt pleriſq; in locis vbi fōtes lucidos
iuxta publicos viarū tranſitus cōſpexit
ibi ob refrigeriū viantium erectis ſtipiti
bus ereos cantos ſuſpendi iuberet: neq;
hos quiſq̄: niſi ad vſum neceſſariū cōtin
gere pꝛe magnitudine timoꝛis vel amo-
ris vellet. Illo tp̄e papa honoꝛius audi-
to q̄ gens noꝛthanhumbꝛoꝝū ad fidē con
uerſa eſſet: miſit ep̄o paulino palliū et re
gi edwino litteras talis tenoꝛis. Domi
no excellētiſſimo ac pꝛecellentiſſimo filio
edwino regi angloꝝū: honoꝛius ep̄s ſer-
uus ſeruoꝝū dei ſalutē. Ita xp̄ianitatis
veſtre integritas circa ſui conditoꝛis cul
tū: fidei eſt ardoꝛe ſuccenſa: vt longe late
q; reſplendeat ⁊ in omni mūdo annūcia-
ta vr̄i operis multipliciter referat fructū
Sic enī vos reges eſſe cognoſcitis dū et
regem creatoꝛē vr̄m oꝛthodoxa p̄dicatio
ne edocti deū venerādo creditis: eiq; ſecū
dū q̄ humana valet conditio mentis vr̄e
ſincerā deuotionē exſoluitis. Quid ei deo
nr̄o aliud offerre valebim⁹ niſi vt i bonis
actibus perſiſtētes ip̄mq; auctoꝛem hu-
mani generis cōfitētes eū colere eiq; vo-
ta nr̄a reddere feſtinem⁹. Et ideo excellē-
tiſſime fili: paterna vos charitate qua cō
uenit exhoꝛtamur: vt hoc qō vos diuina
mia ad ſuā gr̄am vocare dignata eſt: ſol-
licita intentione ⁊ aſſiduis oꝛōnibus ſer-
uare omni modo feſtinetis: vt qui vos in
pꝛeſenti ſeculo ex omni erroꝛe abſolutos:
ad agnitionē ſui noīs eſt dignat⁹ perdu-
cere: etiā celeſtis patrie vobis pꝛeparet

manſionem Pꝛedicatoꝛis igitur vr̄i dn̄i mei apoſtolice memoꝛie gregoꝛij frequēter lectiōe occupati: pꝛe oculis affectum doctrine ipſius quod pꝛo vr̄is aīabus libenter exercuit habetote quatinus eius oꝛatio ⁊ regnū vr̄m populūqꝫ augeat: et vos oīpotenti deo irrepꝛehēſibiles repꝛeſentet. Ea vero q̄ a nobis pꝛo vr̄is ſacerdotibus oꝛdināda ſperaſtis hoc pꝛo fidei vr̄e ſinceritate que nobis multimoda relatiōe: per pꝛeſentiū poꝛtitoꝛes laudabiliter inſinuata eſt gratuito animo attribuere ſine vlla dilatione pꝛeuidimus: et duo pallia vtriſqꝫ metropolitanis. id eſt honoꝛio et paulino direximꝰ: vt dū quis coꝝ de hoc ſeculo ad auctoꝛē ſuū fuerit accerſitus in loco ipſius ille qui ſupſtes fuerit: alterū ep̄m ex hac nr̄a auctoꝛitate debeat ſubrogare. Qd̄ quidē tā pꝛo vr̄e charitatis affectu: q̄ pꝛo tantarū ꝓuinciarū ſpacio: que inter nos et vos eſſe noſcūtur ſumꝰ inuitate concedere: vt in oībus deuotioni vr̄e nr̄m cōcurſum: etiā iuxta veſtra deſideria pꝛeberemꝰ. Incolumem excellētiam vr̄am gratia ſuperna cuſtodiat. Edwinus vero rex cū decē et ſeptē annis genti angloꝛū ſimul ⁊ bꝛitonū pꝛefuiſſet: e quibus ſex xp̄i regno militauit: rebellauit aduerſus eū cedwalla rex bꝛitonū: pꝛebēte illi auxiliū penda rege mercioꝛū: ⁊ concerto graui pꝛelio in cāpo qui vocat̄ hathfeld occiſus eſt edwinꝰ quarto idus octobꝛis: āno dn̄i ſexcēteſimo triceſimotertio cū eſſet annoꝛū quadꝛagita ⁊ octo: eiuſqꝫ totus vel interemptus vel diſperſus eſt exercitus. Quo in tempore maxima facta eſt ſtrages in eccleſia ⁊ gente noꝛthanhūbꝛoꝛum. Nā penda cū omni mercioꝛū gente idolis deditus xp̄iani noīs ignarꝰ erat: cedwalla q̄uis xp̄ianus eſſet: animo tamen ac moꝛibꝰ barbarus erat: et nec ſexui muliebꝛi nec paruuloꝛum pepercit etati: quin vniuerſos atrocitate ferina moꝛti per toꝛmēta contraderet: multo tēpoꝛe totas eoꝛū pꝛouincias debachando peruagatꝰ totū genus angloꝛū de finibus bꝛitānie eraſurum ſe eſſe deliberās. Sed nec religioni xp̄iane qui apud eos exoꝛta erat: aliquid impendebat honoꝛis: quippe cū vſqꝫ hodie moris ſit bꝛitonū fidem religionēqꝫ angloꝛū pꝛo nichilo habere. Allatū eſt autē caput edwini regis ad eccleſiā beati petri apoſtoli: quā vt diximus ipſe cepit ⁊ ſucceſſoꝛ eius oſwaldus ꝑfecit: poſitūqꝫ eſt in poꝛticu ſctī gregoꝛij pape.

## ¶ De ſancto Edwoldo confeſſoꝛe.

MIles xp̄i edwoldus ſancti regis et martyꝛis edmūdi perhibetur fuiſſe germanus. Nec altiꝰ querenda eſt in hoc ſeculo eius generoſitas: quā tanti regis cōmendat: eadem regia et germana ſublimitas: nec vite ipſius pꝛeclara ſanctitas eſt diſſimulanda quā tam pꝛecioſi martyꝛis fraterna coꝛona illuſtrat Cū igitur eſſet beatus edmūdus tam ſctitate q̄ pꝛoſapia inſignis: tam liberalitate q̄ operibus illuſtris: tam benignitate q̄ potētia venerabilis: beatus edwoldus deuotꝰ imitatoꝛ ⁊ coheres virtutū extitit fratris. In ipſa adoleſcentia cepit que dei erant amare: ſacras eruditiones ſupernoꝛū gaudioꝛū ſitienter audire: ſctām eccleſiā colere: indigētibꝰ auxilij ⁊ largitatis manus poꝛrigere paulatim ſecularē pompā declinare delitias ſuſpectas habere: terrenā gloꝛiā exuere ⁊ tota mente xp̄o adherere velle. Regno pꝛepoſuit ſolitudinē ⁊ diuitijs ſeculi paupertatē. Feruētiſſimus miles xp̄i ſolitudinē deſiderās heremū ſuſpirabat: anachoꝛita xp̄i eſſe flagrabat. Interfecto ei a paganis fratre eius ſancto edmūdo cū vniuerſi pꝛouincie maioꝛes illum ad regni apicem eleuare niterētur: toto mentis affectu: ad dn̄m cōuerſus flagitabat vt conſiliū eius dirigere dignaretur. Reuelatū eſt ei tandem diuinitus opoꝛtere

illũ qui fons argẽteus diceret̃ quereret lo-
cum: ibi tandem eũ deſideratã requiem
inuenturũ: ſed in quibus terris inueniẽ-
dus eſſet locus non eſt ei oſtenſum. A pa-
tria igitur latenter fugiens: res ſuas ad
celum iturus ante ſe pꝛemittere ſollicitꝰ
erat ⁊ terras eccleſijs: cetera pauperibꝰ
errogabat. Cũqꝫ varias pꝛouincias na-
uigio luſtraſſet qđ querebat inuenire nõ
potuit. Reiectus tandem diuino nutu in
patriam ⁊ ſeptoniã poſt multos laboꝛes
veniens: paſtoꝛẽ inuenit puerũ qui aſſe-
ruit pꝛoximũ adeſſe fontem quem quere-
bat argenteũ. Quo cũ perueniſſet: bacu-
lum in deuexo montis cacumine affixit:
⁊ lignũ olim a ſua arboꝛe pꝛeciſum ⁊ ari-
dum vireſcere: frondere et folia pꝛoduce-
re cepit: ⁊ vſqꝫ hodie ſpectabilis fraxinꝰ
ibidem perſiſtit. Athleta igitur dñi in lo-
co diuinitus dato artã ⁊ humilẽ cellã ad
inhabitandum ſibi cõſtruxit. Quotiens
autem miles xp̃i in antiquũ hoſtem in-
ſurrexerit: quibus armis infernales po-
teſtates debellauerit quibꝰ carnis moꝛ-
tificationibꝰ in ieiunijs: vigilijs: oꝛatio-
nibus: lachꝛymis et patientia ſe deo im-
molauerit: ipſe teſtis eſt cui cauſam ſuã
reuelauit ⁊ credidit. Cuius merita tãto
ſunt in ſupernis ſplendoꝛibꝰ ſanctoꝛũ cla-
rioꝛa: quãto ſunt humane notitie ꝓpter
antiquoꝛũ negligẽtiam et tẽpoꝛe danoꝛũ
libꝛoꝛum combuſtionẽ occultioꝛa et inco-
gnita. Fertur ei virum dei edwoldum
paſtoꝛem pꝛefatũ habuiſſe miniſtrum ⁊
cõſcium ſolum: qui ſibi ter in ſeptimana
panem oꝛdeaceũ ⁊ interdum lac attulit:
cui vir dei in ſtipẽdium mercedis ſingu-
lis vicibus denariũ argenteũ dedit pꝛeci-
piens ne cuiq̃ꝫ eũ pꝛoderet. Quocunqꝫ in-
quit die me pꝛodideris: huius vr̃i mune-
ris extremus tibi vſus erit. Proceſſu tã-
dem tẽpoꝛis cum quibuſdã de viro dei te-
tigiſſet: in craſtino nummum ab eo acce-
pit ⁊ hoc ab eo pꝛophetãtis voce audiuit
Accipe munus veſtrũ ab hac die vltimũ
quia ſicut quondã pꝛedixi iam ex quo me
ꝓdidiſti: extremũ hoc tibi feciſti. Ad hec
ille cõfuſus abceſſit ⁊ ſequẽti die q̃q̃ deſ-
peratus redit ſed nec reſpõſum repperit
Jam eni miles xp̃i laboꝛes ſuos quarto
kalẽdas ſeptembꝛis finierat: et ſuſcepto
ab angelis ſpiritu coꝛpus exanime iace-
bat. Quo viſo: miniſter clamãs ⁊ eiulãs
pꝛoximos quoſqꝫ aduocauit: ⁊ pꝛeſbiter
accurrẽs virũ dei in ſua cella tumulauit
Diſtat aũt fons ille a cernelij cenobio mi-
liaribꝰ quatuoꝛ verſus occidentẽ. Clau-
dus quidã aqua fontis illius ſe lauãs et
pꝛecibus inſiſtens meritis ſancti edwol-
di curat̃. Mulier a natiuitate ceca et ibi-
dem lota illuminat̃ Diuerſi etiã ceci ocu-
loꝛũ viſui reſtituũtur: reſiliunt cõtracti:
ſurdi ⁊ muti officijs reddũtur: lepꝛoſi di-
uerſoꝛũqꝫ moꝛboꝛũ moleſtia pꝛeſſi ſanan-
tur. Colũpna lucis a tũba ſancti vſqꝫ in
celum extẽſa ſepius cõſpicitur: vnde am-
pla regio irradiatur. Procurãte igitur
almaro epiſcopo ⁊ decernẽte ſancto dun-
ſtano oſſa ſancti edwoldi de terra eleua-
ta cum ad epiſcopalem ſedem ſchirebur-
nie ferri deberent: a loco illo moueri non
potuerunt. Epiſcopus igitur cum popu-
lo genua flectit: oꝛationibus humiliter
inſtans et almarus comes qui tunc ade-
rat vt ad cernelium poꝛtaretur ſi ip̃e ſan-
ctus dignaretur cum ceteris deum exo-
rabat. Et ecce ſtatim putares ipſum fe-
retrũ vltro exilire ac etiã expoꝛtari velle.
Sic ergo beatus edwoldus pꝛidie idus
auguſti cum magno honoꝛe cernelium
depoꝛtatur et in eccleſia ſancte marie
collocatur: qui et innumeris miraculo-
rum ſignis locum illuſtrare non deſinit
Prefatus vero almarus mõaſterium in
eodem loco fundauit: et multis poſſeſſio-
nibus adauxit Tempoꝛe canuti regis
cum a danis ſcriniũ ſancti edwoldi om-
nino ſpoliaretur: quatuoꝛ malefactoꝛes

ſubito percuſſi cecitate interierunt ⁊ reli qui amiſſo oculorum viſu amētia et varia pena perierunt. Dicitur aūt cernelium a cerno et eldeus quaſi cernens deū ibi enim ſctūs auguſtinus vt in vita ei⁹ ſuperius exprimitur deū ſibi loquentem audire meruit. Poteſt etiam dici cernelium quaſi cernens illum a quo oīa/per quem omnia/in quo oīa. Fons aūt viu⁹ in loco in quo deus beato auguſtino apparuit indeſinēter emanat: ſuper quem ſatis ampla fundatur capella et ſub altari arcuato fōtis origo cōſiſtit. Narratio. In bononie partib⁹ duo quidam amici ⁊ compatres in conuiuio diſcūbebant quibus allatus eſt gallus quem vnus illorū arrepto cultello (vt mos eſt) in fruſta deſecuit tritūq; piper cū liquamine ſuperfudit. Quo facto: alter ait. Profecto cōpater ſic explicuiſti gallum hūc vt ipē petrus etiam ſi velit redintegrare nō poſſit Cui mox intulit alter. Plane nō modo ſi beatus petrus ſed ⁊ ſi ipē chriſt⁹ imperaret. Hic imperpetuū non reſurget ad hāc vocem repente gallus viu⁹ et plumis et coopertus exiliuit/alas percuſſit et cecinit/excuſſit plumas totūq; liquamen ſuper eos qui conueſcebātur aſperſit. Illico ſacrilegi blaſphemi in aſperſiōe piperis lepra percuſſi ſunt que plaga lepre etiam in poſteris eorū hereditaria permanſit vſq; ad obitū. Unde in famulatū ſubacti ſunt bononienſis eccleſie q̄ beati petri vocabulo inſignitur.

## ¶ De ſancto egberto monacho.

Anno autem incarnatiōis dominice ſexcenteſimo ſexageſimo quarto ſubita peſtilentie lues depopulatis pri⁹ auſtralibus britānie plagis northanhūbrorū quoq; prouinciam corripiens atq; acerba clade diutius longe lateq; deſeuiens magnam hominū multitudinem ſtrauit. Hec autem plaga hiberniam inſulam pari clade premebat. Erant aūt in hebernia eo tempore multi nobilium et mediocrū de gente anglorū qui tpe finani et colmani epiſcoporum relicta patria vel diuine lectionis vel continentioris vite gratia illuc ſeceſſerant. Quidaʒ monaſtice conuerſationi mox ſe mācipabant alij magis circueūdo per cellas magiſtrorū lectioni operam dare gaudebāt Quos omnes incole libentiſſime ſuſcipientes victum eis quotidianū ſine precio libros quoq; ad legendū et magiſterium gratuitum prebere curabant. Erant aūt īter illos duo iuuenes magne indolis de nobilibus anglorum ethelhun⁹ et egbertus qui cū eſſent in monaſterio noīe rathmael ⁊ omnes ſocij eorum vel mortalitate de ſeculo rapti: vel per alia eſſent loca diſperſi correpti ſunt ambo morbo eiuſdem mortalitatis et grauiſſime afflicti. Egbertus enim cuʒ ſe eſtimaret moriturum egreſſus eſt tēpore matutino de cubiculo ſuo et reſidens ſolus in loco opportuno cepit ſedulus cogitare de actib⁹ ſuis ⁊ cōpunctus memoria peccatorū ſuorum faciem lachrimis abluebat atq; intimo ex corde deū p̄cabatur ne adhuc mori deberet priuſq̄ preteritas negligētias perfectius caſtigaret et in bonis operib⁹ ſe abundantius exerceret. Uouit etiā q; adeo peregrinus viuere vellet vt nūq̄ in inſulam in qua natus eſt ſcʒ angliam rediret. Et q; preter canonicam et quotidianam pſalmodiam ſi non valitudo corporis obſiſteret quotidie pſalteriū totū decantaret et in omni ſeptimana diem cuʒ nocte ieiunijs tranſiret. Cumq; finitis lachrimis/precibus/et votis domū rediret ſodalem dormientem inuenit. Et cū paulatim in lecto quieſceret: expergefact⁹ ſodalis reſpexit eum et ait. O frater egberte o quid feciſti? Sperabā quia pariter ad

vitam eternā intrarem⁹. Verūtamē ſci-
to quia q̄ poſtulaſti accipies. Didicerat
enim per viſionem et quid ille petiſſet et
quia petita impetraſſet. Ethelhuno vero
proxima nocte defuncto: egbert⁹ excuſſa
egritudinis moleſtia conualuit ⁊ multo
poſtea tempore in bonis actib⁹ perſeue-
rans: anno dn̄i ſeptigenteſimo viceſimo
nono et etatis ſue anno nonageſio octa-
uo kalēdas maij ad regna celeſtia migra
uit. Duxit aūt vitam in magna humili-
tatis/māſuetudinis/cōtinentie ſīplicita
tis ⁊ iuſtitie perfectiōe. Unde et gēti ſue
et illis in quibus exulabat nationib⁹ exē
plo viuendi et inſtantia docendi et aucto
ritate corripiendi et pietate largiendi de
hijs que a diuitibus acceperat multum
profuit. Addidit aūt votis que diximus
vt ſemper in quadrageſima non plus q̄
ſemel in die reficeret non aliud q̄ panem
et lac tenuiſſimū cū menſura guſtaret.
Quod quidem lac pridie nouum in fiala
ponere ſolebat et poſt noctem ablata ſup
ficie craſſiore cum modico pane reſiduū
bibebat. Cuius modum cōtinentie qua-
draginta diebus ante natale et totidem
poſt pentecoſten ſemper obſeruare cura
bat. Circa annū dn̄i ſexcenteſimū nona
geſimū venerabilis famulus xp̄i egber-
tus plurib⁹ prodeſſe propoſuit: ⁊ verbū
dei que nō dum audierāt gentib⁹ euāge-
lizādo ꝯmittere. Quarū i germania plu
rimas nouerat eē vacatiōes a quib⁹ āgli
genus et originem duxiſſe noſcuntur pa
ganicis adhuc ritib⁹ ſeruientes ad quas
venire circumnauigata anglia diſpoſu-
it ſi quos forte ex illis ereptos ſathane ad
chriſtum transferre valeret. Cuius pro-
poſito ſuperna oracula ſimul et opera re
ſtiterunt. Electis enim ſocijs ſtrenuiſſi
mis et ad predicandum verbum dei ydo
neis vtpote actione ſimul et eruditione
preclaris: preparatis neceſſarijs venit ad
eum quidam de fratribus dicens. Cū ex-
pletis laudibus nocturnis in lecto mem-
bra poſuiſſem et lenis mihi ſomnus obre
pſiſſet apparuit mihi magiſter quondā
meus et nutritor boiſilus prepoſit⁹ mail
roſenſis interrogans me an eum cognoſ
cere poſſem. Cui ego reſpondi. Tu es enī
boiſilus. Et ille. Ad hoc inquit veniunt
reſponſum domini ſalnatoris egberto af
feram quod te tamen referente ad illum
venire oportet. Dic ergo illi quia iter qđ
propoſuit implere non valet dei volunta
tis eſt vt ad columbe monaſteria magis
docenda pergat. Audiens hec egbertus:
precepit ne cuiq̄ hoc referret ne forte viſiō
illuſoria eſſet. Rurſus venit ad eum idē
frater dicens quia famulus chriſti boiſi-
lus iterum apparens ei dixit. Quare tā
negligenter ac tepide dixiſti qui tibi dicē
da precepi. Uade et dic illi velit nolit de-
bet ad monaſteria columbe venire: quia
aratra eorum non recte incedūt oportet
autem eum ad rectum hec tramitem re-
uocare. Et denuo precepit fratri ne cuiq̄
hoc patefaceret et nihilominus iter diſ-
poſitum cum fratribus incipere tempta
uit. Cumq̄ nauigare proſpero flante vē
to maturaret: facta eſt tam ſeua maris
procella vt perditis magna ex parte qui
erant in naui rebus tamen egberti et ſo-
ciorum eius ſaluatis: tunc vir dei quaſi
propheticum illud dicens. quia propter
me eſt tempeſtas hec remanere coact⁹ eſt
Uidens autem quia ad predicandū gē-
tibus non eſt permiſſus retentus ob aliā
ſancte eccleſie vtilitatem de qua oraculo
fuerat premonitus temptauit in op⁹ ver
bi dei mittere viros ſanctos et induſtri-
os duodecim: in quibus eximius Wille-
brordus preſbiter gradu et merito preful
gebat. Qui ope ducis francorum pipini
ſuffulti ſicut inferius in vita ſancti Wil-
brordi declaratur magnū populum deo
acquiſierunt. Anno autem domini ſe-
ptingenteſimo ſextodecimo monachi qui

inſulam hij incolebant cum his que ſibi erant ſubdita monaſterijs ad ritum paſce ac tonſure canonicum domino procurante producti ſunt. Cum enim veniſſet ad eos de hibernia deo amabilis pater egbertus: honorifice ab eis et multo cũ gaudio ſuſcept⁹ eſt. Qui qm̃ et doctor ſuauiſſimus et eorum que agenda docebat executor erat deuotiſſimus libẽter eſt auditus ab vniuerſis. Immutauit pijs ac ſedulis exhortationibus inueteratam illã traditionem parentum eorum de quib⁹ apoſtoli cum illum licet proferre ſermonem ꝙ emulationem dei habebant ſ3 nõ ſecundum ſcientiam catholico illos atq3 apoſtolico more celebrationez paſce ſub figura corone ꝑpetis agere ꝑdocuit. Quõ mira diuine conſtat factum diſpenſatiõe pietatis vt qm̃ gens illa quã nouerat ſcientiam diuine cognitionis libenter ac ſine inuidia populis anglorum coĩcare cũrauit: ipſa poſtmodũ per gentem anglorum in eis que minus habuerat ad perfectam viuendi normã perueniret. Suſceperunt autem hienſes manachi docẽte egberto ritus viuendi catholicos poſt annos circiter octoginta ex quo ad predicandum genti anglorum aidanum miſerunt antiſtitem. Eſt autem inſula illa hienſis in mari ſcotico a terra reliqua maris reumate ſeparata vbi etiam corpus ſancti columbe qui et columkillus a columba et cella nominatur diem reſurrectionis magne requieſcẽs expectat. Mãſit autem vir dei egbertus in prefata inſula annis treſdecim quam ipſe velut noua quadam relucente gratia eccleſiaſtice ſocietatis et pacis chriſto conſecrauerat et anno domini ſeptingenteſimo viceſimo nono: quo paſca domini octauo kalendas maij celebrabatur cum miſſarum ſolẽnia in memoriam eiuſdẽ dominice reſurrectionis celebraſſet: eodez die et ipſe migrauit ad dominum ac gaudia ſumme feſtiuitatis quod cum fratribus quos ad vnitatis gratiam conuerterat: inchoauit cum domino et apoſtolis ceteriſq3 celi ciuibus ꝯpleuit immo idipſum celebrare ſine fine nõ deſinit. Narratio.

Pullulante intra gallias longe ante illa tempora heriſi arriana que inequales credens eſſe perſonas ſancte trinitatis: dicebat filium minorem eſſe patre. Dñs errantes corrigens oſtendit plano miraculo deũ in tribus ꝑſonis vnius et equalis eſſe ſubſtantie nec debere ab indignis de diuinitate tractari. Nam vaſatenſi vrbe ab hunorum obſidione per diuinu3 auxilium liberata cum epiſcopus ꝓ gratiarum actione miſſam populo celebraret reſpitiens ſurſum vidit deſuper altare quaſi de camera tẽpli cadere tres guttas equalis magnitudinis criſtallo clariores que in vnum coniuncte quaſi vnam gemmam pulcherrimã effecerunt. Quã cum in medio crucis auree poſuiſſẽt alie gemme ceciderunt. Seorſum vero poſita infirmis dabat ſanitatem adorantib⁹ crucem deuotionem augebat quia mundis clara immundis obſcura videbatur.

## ¶ De ſancto Egbino monacho.

EGbinus in eni britãnie partibus natus et in domo patris ſui nobiliſſimus vſq3 ad quintumdecimum annum liberalibus artib⁹ erudit⁹ eſt. Mortuo autẽ patre eius: mater ad ſancti ſampſonis monaſterium confugit: qui eam ſacro velamine conſecrans deo dicauit et filium ſuum egbinum coma3 capitis radens clericauit. Qui annis aliquot cũ eo manens eiq3 iugiter ſeruiens eo quodam die celebrante audiuit verba domini in euangelio dicentis. Qui non renũciauerit omnibus que poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus. Hac voce com-

pulſus cuncta reliquit et ſanctum ſimi-
lianum abbatem ꝓuenit ⁊ aſſumpto ha-
bitu monaſtico in tauraco monaſterio iu
go dñi ceruicem ſuaꝫ inclinauit. In quo
monaſterio habitabat ſanctus Winwa-
loeo ſacerdas et monachus cui iuſſu ab-
batis eccleſiam vno miliario diſtantē a
monaſterio viſitare ibiq; hoſtias offerre
conſuetudo fuit: ⁊ ad hoc ſecum egbinū
diaconum ſociauit. Quadam igitur die
dum illuc irent inuenerunt leproſum in
meſſe iacentem totum vulneribus ple-
num flebili voce ab eis auxilium poſtu-
lantem. Qui requiſitus de infirmitate
ſuſpirans ait. Graues dolores querun-
tur in corpore meo ſed vnus eſt dolor taꝫ
nociuus vt ſi hunc diem ſine auxilio trā
ſiero mortem proximā eſſe puto. Nares
enim mee plene ſtercoris concremantur
ab ardore infirmitatis. Tunc egbin⁹ eū
per latera arripiens a terra ſurſum ere-
xit et Winwaloe⁹ ad nares eius manuꝫ
porrexit ſed et pauper flebili voce clama
re cepit. Noli ſenior nares manibus ca-
pere quia dolor non permittit ſed ſi dolo
rem meū leuiare volueris poteris ſi lin-
gue mollitie nares tangens pruriginem
intraxeris. Tunc ille ſe humilians quan
do putauit dolorē leuiari pauperi in ore
ſuo carnem excepit filij dei. Mox ergo vt
ad ſe traxit petra mirabilis in ei⁹ ore ce-
cidit. Beatus autem egbinus per latera
dñm tenes ſurſum aſpexit celum aper-
tum vidit: ⁊ in capite dñi quem tenebat
ſctā crux apparuit angeloſq; in obuiam
dñi venire vidit et ſacerdoti ait. Pat̄ ip-
ſum quē teneo manib⁹ dñm iheſum xp̄m
qui pro nobis ſeip̄m dedit eſſe credo. Cuꝫ
aūt dñm tenere vellent manib⁹ eleuauit
ſe in nubibus dicens. Nō me erubuiſtis
ſerui mei in anguſtijs meis nec ego vos
erubeſcam in regno patris mei. Heredi-
tas veſtra mecum eſt ⁊ hijs q̄ veſtri me-
mores fuerint in orationibus ſuis ſalus
in regno meo. Hijs dictis: euanuit ex ocu
lis eorum et cum magna voce receptus
eſt in celum. Uocem quidem audiebant
ſed neminem videbant. Cumq; ſtupefa-
cti laudaſſent dominū: Winwaloeus eg-
bino dixit hoc tuis meritis accidit nobis
mi frater qui tante humilitatis es ⁊ obe
dientie vt quicquid humana lingua pre-
cipere poteſt: tu corde deuotiſſimo imple
as. Egbinus ait. Non eſt ita pater ſed tu
qui quotidie carnem et ſanguinem dñi
immolas ipſum meruiſti videre in corpo
re ſuo quē aſſidue portas in animo. De
niq; cum franci vaſtaſſent britanniam:
ſanct⁹ egbinus hibernie partes petens
in ſilua que nectenſis dicitur vt pauper
peregrinus tugurium fecit et eccleſiam
fabricauit i qua aſſidue domino militās
quadam die claudum ab eo petentem ele
moſinam in chriſti nomine ſanauit. Que
dam etiam mulier ab eo pro ſanitate fi-
lij ſui paralitici poſtulauit. Cui ille. Nos
peccatores ſum⁹: hoc miraculum in vſu
non habemus ſed ſi vis ſanari filium tu
um perduc eum ad ſancte brigide ſepul-
chrum. Et illa. Ibi inquit o pater eū por
tam ſed quadem nocte expletis vigilijs
vocem mihi dicentem audiui. In necten
ſi ſilua morat̄ ſeru⁹ dei egbinus ad queꝫ
ſi filium tuum duxeris ſanitatē ſuis me
ritis ei impetrabis. Uiuit ergo dñs ꝙ a
te non recedam donec filium meum in-
columem ante me reducam. Tunc ſan-
ctus oratorium intrans in oratione ante
altare iacuit quouſq; adoleſcens i domo
mr̄is veniens dixit. Gratias tibi pr̄ ago
qui me in lecto egritudinis iacentem vi-
ſitaſti ⁊ tuis manibus erexiſti tanteq; in
firmitati ſanitatem donaſti. Tūc erigēs
ſe vir ſanctus deum benedixit ⁊ adoleſcē
tuli vt nemini diceret eo ꝙ non ſuis me-
ritis ſed gratia dei ſanat⁹ eſſet precepit.
Uixit autem in eodem loco ſanctus dei
annis viginti opus dei operans et ſani-

tatem infirmātib⁹ donans. Tāte ibi fuit
abſtinentie vt hebdomada cib⁹ in eo nō
intraret niſi tantum quīta feria panis et
aqua. Vinum autem nō bibebat niſi qñ
communicabat. Cumq; iam eſſet octogi
ta trium fere annoꝛum acri doloꝛe fatiga
tus fratribus qui in eadem inſula moꝛa
bantur conuocatis obitum ſuum pꝛedi
xit eoſq; deo commendans ſpiritum red
didit quartodecimo kalendas nouēbꝛis

## ¶ De ſctō egwino epiſcopo ⁊ cōfeſſoꝛe.

Tempoꝛibus regū⁊ ethel
redi atq; kenredi qui mer
cioꝛum regimen obtinue
runt in territoꝛio Wigoꝛ
nienſi extitit vir religioſ⁹
nomine egwin⁹ regali ex
pꝛoſapia oꝛtus qui in adoleſcentia poſi
tus poſtpoſita ſecularis faſtus ambitio
ne et bonoꝛum tempoꝛalium iocundita
te paupertatem voluntariam pꝛopt̄ deū
appetiuit et eccleſiaſtico cultui diuiniſq;
officijs ſe omnino mancipauit. Per ſin
gulos itaq; oꝛdinis eccleſiaſtici grad⁹ ad
ſacerdotium vſq; pꝛouectus: mox totam
vitam ſuam in cōtemplatione diuina cō
uertit. Ubi vero Wigoꝛnienſis ſedes pō
tifice oꝛbata eſt: clamat clerus / petit po
pulus beatum virum pꝛo ſanctitatis me
rito ad epiſcopalem dignitatē ſubliman
dum. Beatus autem egwinus multum
reluctans et renitens conſentiente cū cle
ro et populo rege ethelredo immo rogan
te ⁊ plurimum cogente ad epiſcopatum
vꝛbis pꝛefate aſſumptus eſt. Et ſtati di
uini verbi inclitus pꝛedicatoꝛ effect⁹ bo
nis actibus omni conamine operam de
dit tanto humilioꝛ quāto altioꝛi ſublima
tus erat officio. Charus deo ⁊ hominib⁹
ipſiq; regi pꝛudentia equitate et doctri
na cōſilio omniq; pꝛobitate erat accept⁹.
Pater oꝛphanoꝛum / ſuſtentatoꝛ viduaꝝ
et deſolatoꝛum erat conſolatoꝛ. Potēter
eos redarguebat ꝗ ſane fidei reſiſtebant
et leniter ſuaui iugo chꝛiſti colla ſubden
tes demulcendo. Pꝛauis erat ſermo ei⁹
quaſi ſtimulus et quaſi clauus in altum
defixus manſuetis quaſi oleum appare
bat. Populos nouiter conuerſos et gēti
litatis adhuc plurimum ſapientes et er
roꝛe antiquo ī multis deceptos illicitiſq;
connubijs cōtra xp̄ianā ſectā inuolutos
a faucibus diaboli abſtrahere cupiēs et
ab erroꝛe et ſqualoꝛe vetuſte gētilitatis
conuertere deſiderans de talibus ad eos
ſepe loquutus eſt de pꝛedictis ſceleribus
et erroꝛibus atq; illicitis copulationib⁹
duriſſime eos increpans et amplius ta
lia perpetrare interdicens deum iſta dā
nare aſſeruit. Tremendi iudicij ⁊ ſempi
ternoꝛum toꝛmentoꝛum crebꝛis verboꝝ
tonitruis retundens lapidea coꝛda argu
ens obſecrans increpans in omni patien
tia et doctrina. Uerum quia inſanabili
bus moꝛbis plerūq; officit medicina ab
inuidis et inimicis fidei ſeua tēpeſtas pꝛ
ſecutionis excitatur et ſeditioſa in ſctū
dñi graſſatur et in vitā eius falſis figmē
tis armatur. Uulgus ergo ⁊ populus cu
ius vita et intentio pꝛocliua erat ad ma
lum: videns ſe illicita non licere et aſſue
ta vitia nolens relinquere vnde pꝛoficere
debuit: inde contra ſanctum dei in irā et
odium exarſit et eū ab epiſcopatu expu
lit. Permiſit hoc etiam excitatus contra
eum liuoꝛ regius De eo nēpe non ſolum
apud regē accuſatio ſed etiā apd̄ roma
num pontificē ab inimicis ꝓlata fuerat
delatio. Tunc vir dei fide munit⁹ / diui
na conſolatione roboꝛat⁹ / angelico conſi
lio fretus cū ſe vidiſſet ad certamē vocā
ri ꝓ ſaluta errantis populi ⁊ ānihilādis
inimicoꝝ figmētis ad apoſtolicā ſedē ire
diſpoſuit. Quāuis enī vir dei coꝛā homi
nib⁹ ſe immunē ab illatis ſciret: tñ q2 co
ram deo peccatis ſe obnoxium eſſe non

diffitebatur:et etiā pro peccatis populi
ſui pedes ſuos vinculis ferreis aſtrinxit
que claue poterant ligari et reſerari ip=
ſamqꝫ clauem in fluuium abbona voca=
tum anglice Auen.proiecit et verſus ro=
mam ire cepit. O virū cunctis mirabilē
nec terroribus concuſſum nec blandimē
tis ſeductum nec laboribus victum qui
inter corporis ſui preſſuras ⁊ abiectiōes
nec mūdanas laudes captauit nec aſpe=
ctus hominū recuſauit. O fortiſſimū vi=
ctorem laborū cōtemptorem exprobratio
num angelis et hominibus admirandū
et tot populis et gentibus ſpectaculū fa=
ctū. Sicqꝫ in conſpectu populorū vintis
ferro pedibus romam ingreditur ⁊ in ec
cleſia petri apoſtolorū principis ad orati
onem proſternitur. Qua cū magna proli
xitate cōpleta ad ſacra miſteria celebrā=
da ſolēniter preparat. Interim nāqꝫ fa=
muli ſui pro cibis emēdis ad fluuiū per=
gunt:⁊ empto quodā piſce magno et ex=
enterato ꝯpedū clauicula quibus ſanctꝰ
pedes aſtrinxerat in viſceribus inuenit
ferruinqꝫ quod anglica auena abſorbue
rat : romana tiberis exalat. Allata fa=
mulo dei clauicula voluntati dei ſe ſubij
ciens coram cunctis clauē accepit ⁊ vin=
cula ſua reſerauit. Tanti miraculi noui
tas in oēs erupit romā implet. Qui miſe
rabilis et noxius putabatur:ſanctꝰ ⁊ ve
nerbilis commendatur: Quis illum vi=
dere nō certabat quis ab eo benedici non
feſtinabatur: Ipſe etiam reuerendꝰ pa=
pa cognito ſancti egwini aduentu audi=
tis laboribus ⁊ anguſtijs in itinere ab eo
perpeſſis et qualiter oīpotens dominꝰ eū
a nexibus abſolueret:eū accerciri fecit ⁊
volentem ſibi proſterni digna reuerētia
detinuit:quē bñdicere debuerat ab eo bñ
dici et abſolui petijt et ſibi conſidere fecit
Ante illum miſſarū ſolēnia celebrare coe
git ad eius ſingulare colloquium et cōſi
lium frequenter admiſſus gratioſe audi
tur. Controuerſie ſue ⁊ itineris cauſa tā
dem coram ſummo pontifice recitata diſ
cuſſa et omnimoda ventilatione ad votū
diffinita cū apoſtolica benedictione et lit=
teris ad ſedem propriā regreſſus eſt. Au
ditis autem rex miraculis et virtutibus
per ſanctum virum patratis plurimum
gratulatus in propria ſua ſede reſtituit
eum et non ſolum pater ſpiritualis verū
etiā circa filios eiꝰ cōpat factꝰ carnalis
et filios ſuos litteris ⁊ moribus informā
dos rex cōmendare curauit. Illis diebꝰ
locus erat in territorio Wigorníenſi du
mis et vepribus condenſis incultus qui
a modernis eoueſhammiū appellatur.
Hunc beatus egwinus a rege merciorū
ethelredo expetijt ⁊ obtinuit. Super illā
quoqꝫ ſiluam quatuor paſtores gregum
ad victualia ſeruorum dei nutrienda cō=
ſtituit ex quibꝰ vnꝰ eones nomine quadā
die ī interiora ſilue progreſſus eſt et ecce
aſtabat in loco quodam virgo quedā cū
alijs duabus virginibus preclariſſima
oēm mundanā pulchritudinem ⁊ ipſius
ſolis fulgorem ſui ſplendore et gloria de
uincens librum in manibus tenens ⁊ cū
ſacris virginibus celeſtia cantica pſallēs
Expauit vir ille tam coruſca viſione ebe
tatus nec ferens celeſtia conſpicere taci=
tus ac tremens domum redijt que vide=
rat ſctō epiſcopo intimare curauit. Vir
autem dei tacite rem conſiderans poſt ie
iunia et preces quadam die cum tribus
ſocijs ⁊ cum pſalmis et orationibus de=
uotis nudus pedes ad locum deſignatū
pergit:eminuſqꝫ relictis ſocijs ipſe inte=
rius proceſſit diutiuſqꝫ terre accubās cū
gemitu ⁊ lachrimis implorabat reſpectū
miſericordie redemptoris. Surgente il=
lo ab oratione:tres virgines nō minoris
ſplendoris ⁊ glorie ꝙ priꝰ apparuere qua
rum que media erat precelſior ⁊ omni ni
tore ſplendidior prefulgebat lilijs candi
dior roſis vernantior odore ineſtimabili

fragrantior:librum quoqꝫ manibus pre
ferens ⁊ crucem auream luce radiantem
Cumqꝫ cogitaret hanc domini genetricē
eſſe:virgo precellentiſſima quaſi fauens
tam pie eſtimationi adorantem pretenſa
(quam tenebat) cruce benedixit et cum
tali valefactione diſparuit. Gauiſus ita
qꝫ vir ſanctus et gratias deo agens intel
lexit eſſe diuine voluntatis vt locus ipſe
dei cultoribus conſecraretur et beate dei
genitrici dedicaretur. Vouerat enim in-
ter varias temptationū anguſtias ſi do-
minus proſperum faceret deſiderium ſu
um edificaturum domino templum. Lo
cum ergo protinus mundauit opꝰ incho
auit et ad finem perduxit. Scripſit quo-
qꝫ idem ſanctus et palam omnibus fecit
monaſterij edificationem: tunc nomine
homme vocatam ſub hijs verbis. Ego
egwinus Wiccōrum humilis epiſcopus
volo manifeſtare omnibus fidelibus dei
qualiter ego primum per ſpiritus ſancti
inſpirationem iſtum locum elegi et mo-
naſterium edificaui in homine in honore
omnipotentis dei et ſancte marie perpe-
tue virginis. Contigit quodam tempore
non ſine omnipotentis diſpoſitiōe ꝙ ego
in laboribus multarum et magnarum
viſionum ductus fui. Qua de re arſit mi
hi in animo per ſpiritus ſancti inſpiratio
nem ꝙ ego vnum locum edificare debe-
rem ad laudem et gloriam omnipotētis
dei et ſancte marie ⁊ omnium electorum
chriſti et etiam mihi ad eternam retribu
tionem anteꝙ ab iſta mutabili vita diſ-
cederem. Cum igitur maxime florerem
in diebus ethelredi regis merciorum ce-
pi eum benigne deprecari vt mihi conce
dere dignaretur antiquū cenobium qđ
fledanburch nuncupatur. Satis ille libē
ti animo quod poſcebam cōceſſit. Regnā
te poſt illum rege kenredo: cōtulit deo et
mihi tum pro amore dei tum pro affectio
ne carnalis amicitie qua penitꝰ mihi de-
uinctus erat octogintaquatuor manſas
in ambitu loci illius qui et homme dici-
tur. Poſt modicum tempus aldelmus re
ligioſus epiſcopus migrauit ad dominū
quod ego per reuelationem agnoſcens:
conuocatis fratribus et clericis exceſſū
venerādi patris eis apperui ⁊ in meldu-
nēſi monaſterio cū honore ſepeliui. Poſt
hec vero cum kenredo rege merciorum ⁊
offa rege orientalium anglorum romam
perrexi et de cenobio fundando ad vota
cuncta peregi. Fertur enim ꝙ dum in
itinere illo per montuoſa et arida iret lo
ca die quadā fame/ſiti et laſſitudine om
nino addictus eſt et ſocij eius cum pluri
ma populi turba. Rogatus igitur a ſoci-
is ſanctus epiſcopus preces ad deum fu
dit et fons aque limpidiſſime ex harenis
ſtatim proſilijt acceptiſqꝫ panibꝰ et pau
cis cibariis que habebat per populos di
ſperſit refectiſqꝫ omnibus deum in ſan-
cto ſuo glorificabant. Detulit autem ſe
cum a roma vir dei priuilegium cuiꝰ ta-
lis erat tenor. Conſtantinus epiſcopus
ſeruus ſeruorum dei brithwaldo britan
niarum eccleſie primati ſalutem et apo-
ſtolicam benedictionem. Venerabilē vi-
rum egwinum epiſcopum quem bis tua
fraternitas ad apoſtolicam ſedem miſit:
etiam nunc ſecundo manipulis iuſticie
refertum tibi remittimus monētes qua-
tinus ſic ſuos affectus adiuuando proſe-
quaris ſicuti illū a deo incepiſſe et in via
dei cucurriſſe cognouiſti. Porro de viſio
ne illa immo aperta oſtēſione qua ſe bea
ta virgo maria ei manifeſtauit eque ita
certum eſſe tenemꝰ quemadmodū de vi-
ri bonitate non dubitamus. Deniqꝫ vigi
lantiam tuam admonemus quatinus il
lis in partibus in quibꝰ manifeſtatio ha-
bita fuiſſe refertur conſilium totius an-
glie rogas epiſcopos ſacriqꝫ ordinis reli-
gioſas perſonas illuc cōuenire facias op
timateſqꝫ regni cum proceribus ſuis ad

eſſe precipias. Quibus in nomine domi-
ni congregatis denunciamus ꝙ duo re-
ges anglie kenredus et offa cum quibus
iam dictus epiſcopus ad limina apoſto-
lorum venit in loco oſtenſe viſionis plu-
rima de ſuis bñficiis in preſentia noſtra
regia libertate donata et apoſtolica au-
ctoritate confirmitate contulerunt qua-
tinus ibidem congregatio monachorum
ſecundum regulam memorãdi patris be
nedicti que minus in illis partibꝰ adhuc
habetur poſſit inſtaurari et indeſinenter
chriſto famulari. Ipſas autem donatio-
nes et beneficia prefati regis in ipſorum
priuilegio nominatim determinauerunt
et a nobis corroborari fecerunt. Igit̃ fra
ter dilecte quoquo modo chriſtus annun
cietur lucrum chriſti inquire/ opus chri-
ſti exerce promulgatiſqꝫ in conſilio vndi
qꝫ ſententiis: tum a deo oſtenſe viſionis
tum apoſtolice auctoritatis tum regie li
bertatis et donationis tum tui ipſius cle
riqꝫ ⁊ populi aſſenſus et fauoris cõſtitue
ouile chriſto diuinitus oſtenſum/ apoſto
lica auctoritate fultũ/ regia libertate do-
natum cleri et populi benedictione ſan-
ctitum. Tibi autẽ et ſucceſſoribꝰ tuis me
morato epiſcopo egwino aſſentiente cu-
ram animarũ eiuſdem eccleſie precipue
iniungimꝰ vt ſi quod abſit aliquo diabo-
li impulſu quiſꝙ̃ peruaſor aut tyrannus
ſacrum locum minuere aut impugnare
preſumpſerit tibi a deo conceſſe poteſta-
tis ſententia ⁊ anathematis percuſſꝰ ver
bere complere non audeat. Si ꝙ vero ſi
niſtre partis inibi compertum fuerit ori
ri: auribus ſummi pontificis potius de-
feratur ꝙ̃ per alicuius occultam ſenten
tiam ſanctus locus iniuſte deprauetur.
Ipſum ergo locum quem regia poteſtas
regie libertati donauit et nos auctorita-
te dei et ſanctorum apoſtolorũ et noſtra
donamus vt nullus cuiuſcunqꝫ ordinis
homo hoc qđ conſtituimꝰ deprauare aut
minuere preſumat. Qui hoc deſtruxerit
aut male contaminauerit ſit ille maledi
ctus qui vero ſeruauerit et adauxerit:
benedictionibus repleatur. Scripta eſt
hec epiſtola anno gratie ſeptingẽteſimo
nono ⁊ conſecrato loco per ſanctum Wil
fridum epiſcopum idem Wilfridus ⁊ eg
winus coram omnibus ſic loquuti ſunt
Domine deus qui in celis habitas et om
nia creaſti conſerua illum qui locum iſtũ
pacificabit et conſeruabit. Nos etiã pre-
cipimus in dei omnipotentis ⁊ omnium
virtutum celeſtium nomine vt neqꝫ rex
neqꝫ princeps neqꝫ illius ordinis homo
locum iſtum ſanctum diminuat: ſed ſit
vt optamus gregibus et dei paſtoribus
murus bene diſpoſitus in poteſtate pro-
prii abbatis ſecundum regulã dei ⁊ ſan
cti benedicti. Si autem aliquis quod ab
ſit auaritie ſpiritu arreptus vertere ve-
lit iudicetur ante tribunal dei ⁊ nunꝙ̃ in
chriſti veniat memoriam: ſed nomen eiꝰ
deleatur ineternum de libro viuentium:
et ligetur eternarum penarum nodis in
inferno niſi in hac vita penitens emẽdet.
Huius eccleſie dedicatio facta eſt anno
gratie ſuptingenteſimo quartodecimo.
Cepit deinde vir domini egwinꝰ omiſ-
ſis regalium negotiorum curis ad con-
templationem vite ſtatũ ſe conferre vir-
tutibus et miraculis choruſcare/ curas
mundi poſtponere/ dampna rerum tem-
poralium ſimplici animo tolerare ſacris
lectionibus inſiſtere/ vigilia et abſtinen
tia venerabile ſuum caſtigari corpus.
Erat enim epiſcopus iſte egwinus con-
feſſorum ſanctiſſimus humilis in habi-
tu/ in ſermone iocundus/ in predicatione
deuotus/ verax in iuditio/ in moribus ve
nerabilis/ in orationibus peruigil/ in le-
ctione aſſiduus/ in affectu pius/ multis
etiam miraculis fulgens. Nam inter la-
chrimas et ſingultus que nocte ac die in
deſinẽter omnipotẽti deo fundebat ſepe

angeloꝛum viſitationibus demulceba-
tur et alloquijs et alioꝛum ſanctoꝛũ qui
de hoc ſeculo exceſſerant continuis con-
ſolationibus refouebatur. Beatiſſimam
vero mariam dei genitricem dñi noſtri
iheſu xp̄i toto affectu et ſpiritu toto coꝛ-
de et amoꝛe amplectabat vt nunq̄ a me-
moꝛia eius excideret nunq̄ in verbis eiꝰ
deeſſet. Cuiꝰ viſitatione ⁊ cõſolatiõe dei
ſeruus egwinꝰ ſepe recreatꝰ oĩa q̄ mũdi
erãt amittebat ⁊ q̄ dei erãt ĩdeſinẽt exer-
cebat Miſeris cõdolebat/paupes recrea
bat/eſurientes paſcebat: et cetera pieta-
tis opera indeſinenter adimplebat. In
diutinam tandem infirmitatem decidẽs
non ceſſabat die ac nocte a diuinis quidẽ
laudibus necnõ cantibus ſpiritualibus
et quod per ſe minus poterat ꝑ alios cõ-
pleri faciebat. Curã pauperũ et peregri-
noꝛum ante omnia pꝛocurabat. Multis
etiam infirmantibus cũ inuocatione no
minis ſancte trinitatis ſanitatem impen
debat tactu manuum ſuarũ doloꝛes ex-
pellens et ab obſeſſis coꝛpoꝛibꝰ demones
effugans. Sanctus itaq; egwinus cum
a pꝛimeuo iuuentutis floꝛe ſemper vſus
fuerit cilicio nunc in cinere iacens aſper-
rimo ad carnem nudam indutꝰ erat tro-
gulo ipſam infirmitatem et debilitatem
carnis ſue coꝛpoꝛali maceratione ⁊ ieiu-
nio deuincens. Cuꝫ enim beatus egwi-
nus operibus charitatis totus afflueret
maxime tñ p̄dicationi operã dedit. Erat
namq; iuxta eoueſham ad octo miliaria
caſtrum aluiceſtre regale tunc manſum
cuius loci habitatoꝛes quanto rerũ opu-
lentia ⁊ tempoꝛalium abundantia afflu-
ebant tanto magis gule et luxurie dedi-
ti ſtudentes auaritie et cupiditati miſe-
ricoꝛdia dei ſe indignos efficiebant. Ad
hunc locum accedẽs beatus egwinꝰ pꝛe
dicauit illis regnũ dei. Sed gẽs abſq; cõ
ſilio et pꝛudentia et ceruicis dure nec aſ-
ſueta vitia relinquere nec monitis illius
volebat acquieſcere. Et cum caſtrum il-
lud veluti nemoꝛibus vndiq; conſitum
conflandi ferrum locus eſſet aptiſſimus
et fabꝛis ⁊ ferri excluſoꝛibus maxime re
pleretur gens incredula incudes ferreis
malleis tanto ſtrepitu continue percuti-
ebat vt beati viri ſermo non audiret et a
caſtro recedere cogitaretur Beato igitur
caſtrum exeunte pꝛe cõcuſſione immo cõ
fuſione malleoꝛũ ⁊ incudũ adhuc tinnie
bãt ãbe aures eiꝰ ⁊ leuatis oculis ĩ celũ
flexis in terra genibus contra artem fa-
bꝛilem caſtri illius dominum impꝛecatꝰ
eſt. Et ecce ſubito caſtrũ ipſum terra ab-
ſoꝛbuit ita ꝙ nouo ſuper veteri qualiter
cumq; reedificato vſq; in hodiernũ diem
in conſtructione nouarum domoꝛum in
fundamentis antiqua edificia reperiun-
tur. Nunq̄ enim poſtea in loco illo aliq̄s
artẽ fabꝛilem recte exercuit: nec aliquis
eam exercere volens ibi vigere potuit.

Cum autem ad extremum vite perue-
niſſet conuocatis monachis ⁊ filijs quos
deo genuerat dixit Uixi fratres apd̄ vos
nec pudet vixiſſe: feci eniꝫ quod potui q̄-
uis omnino exiguum ſit quod feci Quid
agere et a quibus vos opoꝛteat declina-
re dixi: quibuſcunq; modis dicendum eſ-
ſe exiſtimaui. Oſtenſa igitur rectitudi-
nis via: pꝛecoꝛ vt gradiamini nec vos de
cipiat pꝛeſentis vmbꝛa felicitatis: fugit
enim et nunq̄ in eodem ſtatu permanet
Ipſe qui eſt via veritas et vita viam ini
quitatum a vobis amoueat via iuſtifica
tionum ſuarum vos inſtruat. Sicq; ple
nus virtutibus circa annum domini ſe
ptingenteſimum viceſimum. tertio ka-
lendas Januarij migrauit ad dominum
et in monaſterio quod a fundamẽtis cõ-
ſtruxerat ſepultus eſt. Poſt cuius obitũ
multa deus miracula pꝛo ipſo operari di
gnatus eſt. Ruſticꝰ quidã partem terre
ſancti egwini ſurripuit: et cum iudices
ſanxiſſent vt certo die veniret et terram

illam ſuam eſſe iurauit: puluerem de domo ſua ſumpſit et ſotulares impleuit vt tute iuuare poſſet quod ſupra terram ſuam ſtaret. Cumq; ſuper reliquias ſancti egwini iuraturus manũ porrigeret ferro falcaſtro quod ĩ manu geſtabat neſcio quo caſu in cerebro percuſſus ſubito ad terram mortuus ruit et vitam cum terra coram omnibus amiſit. Cũ ali⁹ quidam terram ſancti egwini inuadẽs poſſideret iudicium ſententia decernitur vt manu propria ſuper reliquias ſancti prefati iurando terram acquireret. Erat enĩ vir ille grandeuus & barba valde ꝓlixa barbatus. Aſſurgens ergo barbam ꝓpriam cõcludit palmo per iſtam inquit barbam mea eſt terra et ego eam poſſidebo iure hereditario. Uix emiſſuz volauerat verbum et ecce totam barbam coram cũctis lapſam ita proiecit ad terram ac ſi appoſita eſſet non naturaliter nata. Sic qui alienam terram iniuſte inuaſit iure cum ipſa terra barbam propriam perdere meruit. Londonienſis epiſcopus elfwardus cum in mari orta tẽpeſtate maxima naufragium pene pateretur inuocato ſancti egwini ſuffragio ſubito ſedatur tempeſtas et tranquillitate mari reddita: ad portum optatum cũ gaudio peruenit. Iuuenis quidã a natiuitate mutus pro ſalute recuperanda romam pergens tribus annis ibi manſit. Et ecce nocte quadam albis veſtibus quidam indutus ſibi aparens dixit. Redi feſtinus ad terram tuam et ad ſepulchrum ſancti egwini ſi volueris ſanitatem conſequeris. Quo cũ perueniſſet ſolutis quidem vinculis lingue aperte loqnendo verba protulit. Ante normannorum aduentum in angliam tanta miraculorum frequentia monaſteriam ſancti egwini illuſtrauit vt omni fere die ſabbati aliqua infirmitate vel moleſtia detẽtus gratam per ſanctum egwinũ medelam aliquis eger reportare ſolebat. Monachus quidã couentrenſis nomine ſperculfus ſolit⁹ erat monaſterium ſancti egwini in ſanctorũ feſtiuitatibus frequentare in orationinibus pernoctare: Is cum in quodam feſto ſancti egwini more ſolito in eccleſia eiuſdez ſancti nocturnas vigilias in vigilijs et orationibus preoccuparet admirabilem viſionem oculis corporeis videre meruit. Uidit enim primo lumina diuina virtute extincta et eccleſiam paulatim ſuperna luce illuſtratam et incredibili fulgore irradiatam. Cumq; ad hoc ſpectaculum territus animum & oculos conuertiſſet conſpicit proceſſionem maximam ſanctorum ſpirituum aduenientẽ in qua quidam pueri luminum portatores cum candelabris procedebãt: dehinc ephebi ſequebantur. Poſt quos ſeniores veneranda canicie nitentes ſecuti ſunt. Hij omnes albis ſtolis induti mirum ſpectaculum prebuere. Poſt hos quidã pontificalibus indutus aduenit: quẽ dextra leuaq; bini ſeniores deducebant. Accedẽtes ergo ad altare ſancti egwini matutinas cantare ceperũt. Mira res. Miſſa incipitur ac mirabili dulcedine decãtat̃. Qua completa: ſicut intrauerat totũ illud collegium ſeriatim procedẽdo egreſſum eſt. Cum idem monachus quadã nocte in eccleſia dei genitricis ĩ eodẽ monaſterio in illi⁹ facto vigilãs pnoctaret: ianuis clauſis cum ineſtimabili claritate & decore cõſpicit ſili modo proceſſionẽ venientẽ ſctm̃q; egwinũ glorioſam dei genitricẽ virginẽ mariã deducentẽ. Peruenientes igitur ante altare ſctẽ marie venerand⁹ pontifex ſctũs egwinus poſt matutinas honeſtiſſime decantatas miſſaꝝ ſolẽnia exorſus eſt. Monachus vero qui hec vidit ſtupefact⁹ intra ſe dixit. Quid eſt hoc? Num ſenſum perdidi? Nonne hic quidaz ſunt quos diu ex hac luce ſubtractos intelligo? Et accedens ſecreto

ad quēdam que eſſet cui miſſa decantaretur inquirit. Et ille. Tace. Nū ignoꝛas dñm noſtrum ſanctum egwinū beate dei genetrici ⁊ ſemper virgini marie ſacrum miſterium celebꝛantem. Itaqꝫ miſſa cōpleta duo epi reginam celi dextra leuaqꝫ aſſumentes eodē oꝛdine quo intrauerāt cū pꝛoceſſione regreſſi ſunt.

## De ſácta elfleda virgine et abbatiſſa.

Regnāte nobiliſſimo angloꝝ rege edgaro fuit vir quidā gentre angl' noīe ethelwold' q̄ ex bꝛithwina vxoꝛe ſua pꝛogenie regali oꝛta/moꝛib' honeſta/facie foꝛmoſa/ in municipio nomine clara: in dei timoꝛe viuens genuit filiam noīe elfledam. Anteqꝫ enim parturiret vxoꝛ: ethelwoldus debilitate arreptus ad extrema perueniens obſecrauit vxoꝛem vt pꝛo aīe ſue redēptione in quo degebant municipio dei genitrici marie romeſienſe monaſterium fūdaret. Quo moꝛtuo: vxoꝛ eius imperij nō oblita claram quam pꝛeſcripſimus māſionem romeſienſi eccleſie dedit. Cum aūt bꝛithwina filiam pareret vidit per ſomnum quaſi fulgoꝛis magni radium ſup caput ei' inſiſtere et magnam ibi moꝛā velut ſolaris lampas facere. Nata itaqꝫ filia et elfleda vocata quanto annoꝛum maturitate creſcebat: tanto amplius omniū vitiorum carnalium ambitione carebat. Cūqꝫ genitrix eius maritali eſſet iterum cōiuncta connubio: ſicut videri ſolet de oꝛphanis elfleda q̄nqꝫ nccārioꝝ idumētoꝝ opoꝛtunitate indigebat. Quo audito rex edgarus pꝛobitatis paterne non immemoꝛ: fecit elfledam in romeſeie monaſterio virginum collegio ſociari vbi merwēna abbatiſſa deuota dei famula ſanctitatis cōuerſatione māſueta et in p̄ceptis dñicis ſtudioſa a rege p̄fato ꝯſtituta fuerat magiſtra cuius diſcipline virginem elfledam tradidit imbuendam. Quā tanto diligebat amoꝛe vt die nocteqꝫ ſecum illam habens velut mater dilecta in omni ſanctitate et virtutū exercitio educauit. Una in ieiunijs et fame coꝛpus caſtigabat altera ieiunando quicquid ex cibo coꝛpoꝛi ſubtrahebat peregrinis et pauperibus occulte erogabat. Quadā enī nocte pulſatis campanis ad matutinas cum virgo ſancta aſſūpta lucerna in manu ad legendum pꝛocederet extincta eſt ſed tantus ſplēdoꝛ de digitis dextre manus illi' ācille dei circumquaqꝫ refulſit vt circumſtantibus lumen ⁊ ad legendū lucerne vicem miniſtraret. Inter ſoꝛores hoc viſo miraculo cum in magna veneratione haberetur: illa honoꝛes velut ſtercoꝛa contempnens: quanto magis ſe ſentit honoꝛibus extolli tāto deuotioꝛ in miniſtrando et humilioꝛ obediendo perſiſtere ſatagebat. Defuncta tandem abbatiſſa merwenna: in locum eius elwina ſubrogatur que ante altare in oꝛatione pꝛocumbens audire vocem meruit celitus illapſam de danoꝛum aduentu ad monaſterium romeſeie in futura veſpera. Que aſſumptis reliquijs ceteriſqꝫ rebus vna cum ſoꝛoꝛibus vſqꝫ wintoniam pꝛofugit. Ueniens rex itaqꝫ danoꝛū ſwanus ille ſeuiſſimus cum filio ſuo canuto ad partes illas cede et incendio cuncta vaſtauit. Moꝛtua poſt tres annos abbatiſſa elwina: ſancta virgo elfleda in abbatiſſam electa facta eſt ſimplex vt columba et omnium bonoꝛum fructu fecūda chꝛiſto iheſu dilecta qui eam ab infantia ſibi famulam elegit. Quis enim referre poteſt quantas egenis diſtribuerit elemoſinas: quantaſqꝫ oꝛationes deo fuderit quantaſqꝫ pꝛo peccatoꝛum ſuoꝛum et omnis eccleſie catholice remiſſione effuderit lachꝛimas et quanta illa bonis in omnibus etiam actibus iugiter inſtite-

rit curioſitas: Fama ſiquidem virtutū
ipſius circūquaqꝫ per regionem diffuſa
tandem ad aures regis peruenit ⁊ ad re
ginam vocata eſt. Que prope thalamum
vidit fontem aquā viuā ſcaturientē ad
hunc ſingulis noctib⁹ ſicut alibi conſue
rat ceteris quieſcentibus ſecreta exijt et
nuda fontem intrans orationēs deo fu-
dit. Deinde reuerſa mane inuenta eſt in
lecto ſimilis dormienti tanꝗ ab ea nihil
aliud per noctem totam actū fuiſſet. No
cte autem quadam regina dum ſomnū
ceteris dormientibus capere non poſſet:
vidit virginē ſanctam de thalamo ſolā
exire et ipſam impudicitie gratia exiſſe
eſtimans ſubſequit̄. Elfleda vero ſigno
crucis ſe muniens in fontē nuda proſilijt
et regina viſo forſitan aliquo ſigno ꝑ ni-
mio ſtupore mēte quaſi alienata eſt: ⁊ re-
uerſa ad thalamū ſuū cū magno vocis
ſtrepitu proſternitur et velut exanimis
effecta et pallida in terra iacens. Cumqꝫ
virgini ſancte qđ acciderat diuinit⁹ eſſet
reuelatum: in terram proſtrata tam diu
orationem cū lachrimis fudit donec regi
na ꝑfecte ſanata ſurrexit. Dicebat enī
aſſidue inter cetera verba orationis ſue.
Dñe dirigatur oratio mea in conſpectu
tuo: et ne ſtatuas illi iſtud peccatū qꝛ ne-
ſcit quid fecit. Prepoſitus vn⁹ cui ꝑ ce-
teris cura monaſterij fuerat collata col-
lectam oīm reddituū elflede abbatiſſe ſer
uandam cōmiſit quā ipſa pauperib⁹ ſta
tim errogauit. Cum autem pecuniā me
moratā ab illa depoſceret et ſuper dilapi
datione bonorum eccleſie redargueret: il
la ad deum conuerſa ſic cepit. De⁹ ꝗ cun
cta creaſti ex nihilo et vniuerſa a te crea
ta mirabiliter tuis mandatis obedire fe
ciſti multiplica ſuper nos miſericordiā
tuam et ne deſeras ſperantes in te. Ego
ſemper ī te ſperaui nec fraudaſti me a de
ſiderio meo. Et nūc fac in hac cauſa ne cō
fundar ego. Deus qui ꝑdita mirabiliter
reſtaurans reſtaura pecuniam ad hono-
rem nominis tui egenis errogatā. Tu
enim dixiſti: qđ vni ex minimis meis fe-
ciſtis mihi feciſtis. Finita oratione: locu
li prius vacui pecunia pleni inuēti ſunt.
Fuit dom⁹ quedā iuxta romeſeiam in
qua vicecomes negocia regia tractabat ⁊
lites ꝗ abbatiſſam elfledā fictis adinuen
tionibus vexabat. Uirgo autē ſancta fu-
ſa ad deum prece corā vicecomite ad oīa
obiecta ita reſpondebat vt omnes illius
ſapientiam mirantes laudarent eā. Cū
autem annis multis in omni ſanctitate
vitam deo placitam duxiſſet: in ſenectu-
te bona quarto kalendas nouēbris cele-
ſtia terram relinquens concendit. Floru
it autem circa annū dñi nongēteſimum
quinquageſimū nonum.

## ¶ De ſctō elphego archiepō et martire.

Principium naſcendi ſplendi
diſſimis natalibus trahens
elphegus magna prudentia
et ſumma humilitate vitam
inſtituit. Cuius animi ingenii atqꝫ vite
innocentiam parentes admirati litterali
eum ſcientia et xp̄iane eum religionis ſa
pientia imbuendū tradiderunt. Qui to-
tum philoſophie ſtudium cōuertit ad di-
ligendum deum/illum ſemper noſce/illi
parere/illius iugo mancipari deſiderās
Tactus itaqꝫ maieſtatis ſpiritu paterne
hereditatis negligēs maternū dolorem
cum ab ea vnice diligeretur obliuiſcens
mundum deſeruit et in monaſterio noīe
derhirſt religionis habitū ſuſcepit. Ubi
priuata deſideria ac volūtates cepit abi-
gere cunctorum famulatui ſubiacere at-
qꝫ oīm ſe inſtrumentum facere deū infa-
tigabiliter diligere ieiunijs ⁊ vigilijs va
care. Quibuſcūqꝫ potuit profuit quibus
autem non potuit prodeſſe: ſtuduit non
obeſſe. Trāſactis autē in religione aliqt

annis cū videret tempus adoleſcētie pre terire: artioris vite ſemitā arripere: ſingulareqꝫ cū antiquo hoſte certamē inire contendit. Egreſſus itaqꝫ de monaſterio peruenit ad locū bathonia vocatum vbi aqua calida de terra emergēs balnearū vſum pro volūtate preſtat. Ibi habitaculū conſtruens ſe incluſit ⁊ rigore incredibili corpus ſuum ieiunijs ⁊ abſtinētia afflixit. Confluebant ad eū in breui nobiles quiqꝫ ſuarū vulnera aīarum detegētes: ⁊ conſiliū ſalutis ab eo perquirētes. Unde factū eſt vt non parua monachoꝝ turba infra tēpus exiguū ibidē cōgregata eſſet. Culpabat enī non modicū qui ſeculare habitū mutarēt: ⁊ vitā non mutarent. An nō inquit mendacij plenus tibi videtur: qui quod nō eſt: eſſe ſe oſtendat: cum aliud ſimulat in veſte: aliud geſtat in corde. Sanctius eſt enī veſtē non mutare: ꝙ ſub veſte vitā negligere. Cū autē ampliſſima manſione perfectā ſobrietatis legē diſcipulis indixiſſet: atqꝫ carnales appetitus refrenare docuiſſet: ipſe in anguſtā domūculā ſe recluſit: ſummas tamen cauſas ⁊ negotia ad eū fratres referebāt. Pleriqꝫ interea monachorum fidei ⁊ ꝓfeſſiōis immemores laxatis obedientie frenis medijs noctibus furtiuos cibos edere: ebrietati operā dare: laſciuire ⁊ prorſus que inhoneſta ſunt quātum latēs audacia ſinebat: operari ceperunt in cuius ſceleris capitalē ira dei deſeuit pariter ⁊ occidit. Nocte vero quadam elphego more ſolito ſacras excubias faciēte: voces ⁊ ſtrepitus infra monaſterium audiuit. Qui foras egreſſus: fratrē quēdam miſere afflictū ⁊ iacētem vidit: ſup quē horridi aſpectus ⁊ ſordidiſſimi amictus hoīes ſtabāt: q̄ taureis eū atqꝫ ignitis ſerpētibus flagellabāt. Euigilāte autē illo ⁊ pre doloris anguſtia diros vlulatus emittēte: tortores illi talia improperando dixerunt. Nec tu obediſti deo: nec nos tibi. Et hec dicētes: aīam de corpore excuſſerūt. Qđ videns ſctūs totus in lachrymas reſolutus: rediſt ad cellā ſuam Uidētes aūt fratres que geſta ſunt errorē ſuā fatentur: ⁊ penitentiā agentes: vitam in melius cōmutarūt. Mortuo aūt wintonienſi ep̄o ethelwoldo: facta eſt nō modica cōtentio pro pontificis electione inter monachos ⁊ clericos. Siquidē clerici eiuſdē eccl̄ie ſceleratiſſimam vitam agētes cōtra canonū ſtatuta per omnia viuētes: cū a prefato antiſtite ſepius correpti: prauos mores corrigere nollēt: immo que praue geſſerāt pertinaci ſpiritu defendere vellēt: regali ſanctiōe decretū fuit eos extrudi: ⁊ alios qui digniores eſſent eorū vice fungi debere. Itaqꝫ clericis in exterminium datis: timētes dn̄m monachi admittuntur. Ex quo factū eſt vt in electiōe ep̄i: clerici clericū: monachi monachū: vtriqꝫ ſue voluntatis fautorē vellēt. Qđ vidēs ſctūs dunſtan⁹ ad orationis refugiū ſe cōtulit deū cui futuroꝝ ſcientia patet ſupplicās quatin⁹ dignaretur oſtēdere: q̄s regēde eccleſie dignus foret. Cūqꝫ preces deo deuote multiplicaret: apparuit ſibi andreas apl̄s tali oraculo vſus. Quid inquit chariſſime cōtriſtaris: quid tam lugubres queſt⁹ lachrymādo effundis: Surge ⁊ elphego abbati manū impone et ep̄m deſolate eccleſie conſtitue. Nec te aliquorū potētia prohibeat: qm̄ non ab hoīe ſed a deo hec de illo ſententia ꝓceſſit. Ne aūt de me te ſollicitū reddā: ego ſum andreas filij dei apl̄s: tueqꝫ ſalutis diligētiſſimū cuſtodem me eſſe noueris. Sicqꝫ leuis factus dunſtanus: elphegū vt iuſſus fuerat in ep̄m cōſecrauit: ⁊ ad ſedē ſuā cū honore remiſit.

Elphegus aūt ita ſe oīm morib⁹ cōformauit: vt et oībus charus eſſet: et nemo qđ rarum eſt inter hoīes eius glorie inuideret. Sūme in oēs extitit mīe: in ſe impius apparebat ⁊ crudelis In hyemali

eni frigore ⁊ glacie cum ſompnus oēs no cte occuparet: ipſe clam nudis pedib⁹ tu nica ſola indut⁹: de ſtratu ſurgere: foras exire: ⁊ vſqꝫ ad aurorā orōnibus vacare cōſueuit. Cū ante pranſurus ad mēſam intraret: tā vacuus fere a mēſa ſurrexit ꝙ acceſſit. Unde corpus illius tanta atte nuatū eſt macie: vt cum manus cum ſa cramēto tenſas in altum porrigeret: per medias palmarū iūcturas claritas ae ris perſpici poſſet. Omni generi hoim ſu um ſciuit cōtemperare ſermonem ⁊ ani mū. Nullū parochianorū ſuorū publice mendicare permiſit: nec alteri⁹ loci pau perē: vacuū abire permiſit: immane hor rendūqꝫ nephas reputans: ſi qđ natura cōmune cōſtituit: hoc velit homo vſurpa re propriū. Quapropter nec dñici corpo ris membrū eſſe qui pauperū indigētijs nollet ſubuenire: vigilanter diſputabat Nā ſi patiente vno corporis membro cō patiūtur cetera: manifeſtū eſt eiuſdē cor poris membrū nō eſſe: qđ patiēte alio cō paſſiōis affectū neſcit habere. Ubi vero illa defecerūt que ex iure eccleſie miniſte rio pauperū cōpetere potuiſſent theſau ros eccleſie quos ipſe multiplices para uerat: iubet diſtribui: docēs ex hoc orna tiſſima queqꝫ eccleſias poſſidere: vt tem pore felicitatis ſint honeſtati tpe vero ne ceſſitatis: ſint vtilitati. Cū aūt dunſta nus obitū ſibi imminere cōſpiceret: ⁊ ec cleſiā dei per malorū ſucceſſionē turbari metueret: ſollicitis obſecrationibus au res diuine mīe pulſat: quatin⁹ elphegū ſucceſſorē habere poſſet. Cui ſtati exau dito qđ poſtulat promittitur: ꝙuis non ſtatim qđ ꝓmiſſum fuerat adimpletur. Qđ ea re dilatū fuiſſe arbitror vt et oīb⁹ manifeſtū fieret ꝙtū deus dunſtanū dili geret: cui qđ viuēti tam benigne promi ſerat: hoc defuncto lōge poſt tā veraciter exhibebat: ⁊ elphegū illa tēpora inueni rent: que eū ad martyrij gloriā prouehe re poſſent. Anno autē dñi milleſimo ſe xto ab aduētu anglorū in britanniā quin gēteſimo ſeptuageſimooctauo: elpheg⁹ anno etatis ſue quiquageſimoſecundo: archiepūs cantuariēſis effect⁹ eſt. Cūqꝫ iter verſus romā pro pallio habēdo arri peret ⁊ qđdā opidū hoſpitandi grā intra ret opidani hoīem incognitū videntes ⁊ auaritie cōſulentes domū irrūpunt: res ſuas diripiūt: et verberib⁹ ipm̄ exire cō pellūt. Ille aūt ſuas iniurias leuiter fe rens: via qua venit regreditur. Nec mo ra vorax flamma opidū cōſumere cepit. Cūqꝫ ignis vehementer excreſceret: nec euadendi ſpes aliqua fuiſſet virū ſanctū adeunt fatentur delictū ⁊ veniam petūt. Mox ſctūs illis compatiēs: preces ad de um fudit ⁊ ignis moleſtia protinus exti cta ceſſauit. Reſtitutis ergo epo rebus ſu is: acceptoqꝫ a papa pallio: domū ꝓſpere regreditur. Pudicitie virtus tm̄ dñaba tur in eo: vt nemo in audiētia illius obce nū verbū proferre: nec turpe fctm̄ aude ret referre. Erat eni pauperū conſolator oppreſſorū reuelator: vnicū afflictis refu giū. Per idem quoqꝫ tēpus ſwan⁹ ⁊ tur killus danorū principes nōnullam terre anglorū maculā exigētib⁹ eorū peccatis intulerūt. Swano tamen terribiliter di uinitus occiſo: turkillus maligne here ditatis principatū ſortitus: multas an glie prouincias cede ⁊ incēdio vaſtabat. Rex nāqꝫ ethelred⁹ imbellis quia imbe cillis monachū potius quā militē actio ne pretendebat. Hoīes vero regionis di uitijs corrupti voluptatib⁹ obligati: nec quicꝙ preter corꝑis ⁊ ſingulare ⁊ priua tum comodū honeſtum putabāt. Itaqꝫ quiſqꝫ dum ſibi et rebus ſuis timet: oēs tēperāt bello: nemo pro cauſa oīm certa men experiri temptabat: cum ea de cau ſa certandū eſſet: vt qđ quiſqꝫ ſuū eſſe vel let: pro eo ꝙ ſplēdide pugnaret. In tan to igitur rerū diſcrimie elphegus hoſtes

adire ſolebat: ⁊ verbū vite eis ꝑdicabat: captiuos dato precio redimebat: ⁊ quos fames opprimebat: ſtudioſe alebat. Un-de quātum a fideli populo colebat᷑ et ve-nerabatur tm̄ ab infideli contēpnebatur ⁊ deridebatur. Sed beatus ille malens cū dn̄o belzebub q̄ cū phariſeo rabbi vo-cari: nō deſtitit operi incepto operā dare fideles in fide cōfortare: infideles ad fidē vocare. Quēdam nāqꝫ edricū rex totius regni ꝑfectū ſtatuerat hoīem humili qui dem genere: ſed cui ligua diuitias ac no bilitatē cōparauerat: callentem ingenio ſuauem eloquio: ⁊ qui oēs mortales tū inuidia atqꝫ perfidia: tū ſuperbia et cru-delitate ſuperauerat. Hui⁹ igitur fratrē primo nobilitati cantuariorū in preſen-tia regis gratuito maledicētem: deinde ea que vnicuiqꝫ ex hereditate ꝑuenissent violenta dn̄atione inuadentē: eadē nobi-litas interfecit: edeſqꝫ eius ſuccēdit. Cu-ius frater a rege vltionē poſtulat: dene-gat rex poſtulata: iure fratrē ei⁹ perem-ptum ꝓnūciat. Prefectus itaqꝫ palatiū egreditur: iunctis ſecū decē milib⁹ viro-rum fratrem occiſum vlciſci conat᷑. Sed dum parū ꝓficeret: danorū auxilia petit nō ad cantuaricas ſolos debellādos: ſed ad toti⁹ britannie fines inuadendos: re-gnūqꝫ poſt victoriā equa ſorte diuidendū Sicqꝫ fedus ineunt: dextras dant ⁊ acci piunt: ſacramēta exigūt ⁊ porrigūt: can-tuariā vaſtare primo deliberāt. Qd au-diens elpheg⁹ eṗs: cōuocato populo ait. Forti aīo eſtote: deum pre oculis habete: ꝑter eū qui corp⁹ ⁊ aīam in iehennā per-dere poteſt: nichil formidate: humilita-tē ⁊ patientiā habete. Xp̄s eni cum deus eſſet ⁊ oīa illi pater in manus dediſſet: de inimicis vlciſci ſe noluit: ſed gladiū mal-chi ſanguine cruentū vagina recōdidit. Obſeſſa tandē a danis ciuitate per vigi-ti dies: ⁊ quicqd ad vſum vite ciues pa-rauerāt exhauſto mittitur a pōtifice qui danis ſuggerat vt ab incepto deſiſtāt po puloqꝫ innocētī parcant: caueantqꝫ ne di uine correptiōis flagello pro filiorū caſti gatione ad tēpus conceſſo: nimis inſolen ter abutantur. Sed dani mandata ꝑter mittētes: turres extruere: arietib⁹ mu-rum ferire: igneas faces iacere cōſtāter ceperūt. Et ecce vorax flāma per domos ſuccēditur ac ſeuiente auſtro ſe dilatādo diſpergitur. Tūc miſeranda inter ciues facta eſt cunctatio: vtrū nā deſertis mu-rorum ꝓpugnaculis ad ꝓprias domos conuolarent an eis neglectis munitioni incūberent. Uicit cōmunē vtilitatem pri uata affectio: filiorꝫ dulcis recordatio: tu ende familie innata compaſſio. Currunt itaqꝫ ⁊ rapiūt de medijs flāmis cōiuges ⁊ charos liberos: hoſtili gladio ſtatim fe riendos. Et ecce effracta vrbe: exercitus ingredit᷑: terribilis ſonit⁹ ex clamore vo-cum ⁊ clāgore tubarū attollitur: adeo vt oīa ciuitatis fundamēta concutivideret᷑ Alij nāqꝫ ferro iugulati: alij flāmis con-ſumpti: plures ſupra muros precipites dati: nōnulli per verenda ſuſpenſi defici-unt. Matrone dū theſauros quos nō ha bebāt cogūtur ꝓdere: capillis per oēs ci-uitatis plateas diſtracte: ad vltimū flā-mis iniecte ſunt. Paruuli a matrū vbe-ribus euulſi lanceis effodiūtur: aut ſup-acto plauſtro minutatī conterūt᷑ Sctūs aūt elphegus nō ferens tantā ſuorū de-populationē: dū turba monachorū in ec-cleſia circūceptus fuiſſet: repente de ma nibus tenētiū elapſus: de eccleſia euaſit currenſqꝫ ad locū cadaueribus plenū: in ter cuneos hoſtiū ſe ingerēs exclamauit Parcite inquit parcite ⁊ ſi viros vos eſſe cognoſcitis: innocentē etatē perſequi ceſ-ſate. Nō eſt iſta victoria qua lactentium perimitur innocētia nec laudi aſcribitur quicquid in ſimplices et mites bellando peragit᷑. En me q̄ vr̄e impietatis crimia libero ſempore clamaui. En q̄ captiuos

ꝛ mulctatos paui: vestiui: redemi In me
vr̄a potius ira deseuiat. Mox itaqꝫ capi-
tur ꝛ intercepto manib⁹ gutture: vox lo-
quentis pꝛepeditur. Uinculis palme in-
nectūtur gene vnguibus disseccātur: pu
gnis ꝛ calcibus latera tundūtur. Eccle-
siam igni cōburūt: ꝛ gregē dn̄i gladijs in
oꝛe consumunt: ep̄mqꝫ septē mēsibus in
in arcto carcere custodiūt. Interea cepit
ira dei in homicidā populū adeo deseui-
re vt paruo tēpoꝛis interuallo duob⁹ eo-
rum milibus per diros internoꝛū crucia
tus pꝛostratis: cetera quoqꝫ multitudo si
militer percussa: simile exicium expecta
ret. Cōmoniti sunt aūt a fideli populo vt
de peccatis peniteāt: vt pontifici satisfa-
ciāt: sed illi differūt arbitrātes hoc malū
ex foꝛtuna eis accidisse. Pꝛeualuit inte-
rim clades sup oēm carnem: que pōtifici
moꝛtē inferre nitebaŕ. Et nūc denis nūc
vicenis terribili viscerū doloꝛe captisqꝫ
absumptis: magnā foꝛmidinē viuētib⁹
incussit. Citato igiŕ cōsilio: mox ad ep̄m
currūt: et de ꝑpetrato facinoꝛe cū lachꝛy-
mis veniā deploꝛāt: ꝛ de carcere eum ex-
trahētes ad publicos populi conspectus
cū honoꝛe deducebāt. Et ait illis ep̄s. Et
si vr̄a incessabilis crudelitas veniam nō
ꝓmeretur: tamē quid nos facere deceat
exemplo dn̄i edocemur: qui cum suoꝛū di
gnatus fuisset lauare pedes discipuloꝛū
nō illū exclusit a quo se tradendū esse pꝛe-
sciuit: immo ip̄m sanctissimo pane ciba-
uit: phariseoꝛū ministros potētie sue ver
bo elisit: sed cōfestim eosdem erigendo sa
nauit. Et qd̄ magne bonitatis isigne est
quos quotidie mādatis celestib⁹ ꝑtinaci
aīo videt resistere: eos in celo sedens: ad-
huc patitur viuere: immo humanis re-
bus plusq̄ ceteris pꝛestare Quapꝛopter
qm̄ exēploꝛum illius deuot⁹ cupio imita
toꝛ existere: oblit⁹ incēdia ciuitatis inno-
centiū cedis: oblitus inq̄ que in me acta
est ꝓterite impietatis: sicut ip̄e patrē pꝛo
suis crucifixoꝛib⁹: ita ego pꝛo meis toꝛto
ribus ip̄m interpellabo. Afferte ergo pa
nem statim vobis reddēdū salutarē qua
tinus ex hoc refecti ꝛ cupite salutis bene
ficiū adepti: aut gr̄as saluatoꝛi reddatis
aut sceleratioꝛes blasphemi remanea-
tis. Et dato oībus pane a se bn̄dicto oēs
de exiciali liberauit clade. Cūqꝫ sanitati
redditi essent: pꝛicipes quatuoꝛ ep̄o mit-
tunt: ꝛ pꝛimo quidē pꝛo impenso bn̄ficio
gr̄as agūt: deinde si vita ac libertate ve-
lit potiri: tria milia mercarū persoluat.
Qd̄ cū ille facere renuisset: eū ligauerūt:
ꝛ inauditis toꝛmētoꝛū questionibus die
dn̄ice resurrectionis affligentes in carce
rem retruserunt. Cūqꝫ in oībus his lau-
des deo ageret ecce apparuit ei sp̄us ma
lignus in specie angeli: mētiturqꝫ de su-
pernis sedib⁹ destinatū: quatin⁹ illū ad
cōmunem gētis salutē de squaloꝛe carce-
ris educat. Nec veretur ignaui militis
vocabulo notari: cū neqꝫ petro humilioꝛ
nec paulo esset ꝛ robustioꝛ: quoꝛū alterū
spoꝛta cōtexit: alterū vero carcerari stri-
doꝛe grauatū angel⁹ absoluit. Xp̄s quo-
qꝫ vt lapidantiū man⁹ effugeret de tem-
plo exiuit: ac fugiendi licentiā euāgelico
pꝛecepto suis mādauit. His ille sermoni
bus veluti vnguētis delibut⁹: carcerem
egrediŕ illū sequēs. Plurimis aūt aqua-
rū alluuionib⁹ per obscuras noctis vm-
bꝛas trāsuadatis repēte malign⁹ dispa-
ruit. Tūc sctūs pestiferi ductoꝛis machi
nas intelligēs: ex imo pectoꝛis doloꝛem
attraxit: medijs se paludib⁹ iniectās: cū
maximo fletu saluatoꝛē imploꝛat dicēs.
O vite datoꝛ: o stirpis ade vnice misera-
toꝛ: cur senē me tua gr̄a destituit: quē in
floꝛida etate nunq̄ destituere consueuit.
Tam diu misericoꝛditer seruatum in ex
tremo vite pateris perire abiectū. Quo
tiens te in huius vite naufragio saluato
rem inueni: experiar nūc queso cōsolato-
rem in hac demonis illusione: adiutoꝛ in

opoꝛtunitatibus in tribulatiōe. Carcer
a tergo: a fronte flumen: in girū tenebꝛe
auctoꝛ earū iuxta: elphegus oībꝰ erum-
pnis incluſus. Tibi ſoli derelictꝰ eſt pau
per: pupillo tu eris adiutoꝛ. His ⁊ huius
modi diuinas aures imploꝛare nō ceſſat
⁊ ecce apparuit ei iuuenis aureo ſplēdo-
re amictus diuini ſignaculi vexilla pꝛefe
rēs dixit. Quo te ait tui diſtrahūt pedes
quo impetus fuge: quo ductoꝛis inuidia
Siccine itur ad coꝛonā fugiēdo certami-
nis luctā: aut quomō poteſt bꝛauio pal-
me fulgeſcere qui currendi metas in ſta-
dio noluit perficere. Cui cū retuliſſet ſa-
cerdos nō ſe fugere: ſed diuini nuncij im-
perio paruiſſe. Non hoc ait imperiū fuit
diuinitatis: ſed dyabolice malignitatis
comentū: nec tam te ille de carcere educe
re q̄ extra carcerem voluit ſeducere. Ur
get nāqꝫ illū pꝛeterite vite tue pia opera
tio ⁊ in tantis tribulationibꝰ pꝛeſens ti-
bi ſemꝑ ſcti ſpūs cōſolatio cuius pꝛeſen-
tia oībus conſtantiā donat: conſtātia vi-
ctoꝛiā: victoꝛia gloꝛiā. Redi ergo ad locū
amiſſe coꝛone celitus tibi deputatū ſcitu
rus ꝙ te die craſtino pater honoꝛabit in
celo: honoꝛe illo maximo vt in eternū ſis
cum eius filio. Elphegus igit̄ ad locum
certaminis ab angelo reuocatus: letus
expectabat hoꝛā qua a deo perciperet co-
ronā. Sed cū ꝓpe fuiſſet vt carcerē intra
re debuiſſet: cōpꝛehenſus a carnificū tur
ba: plagis afficitur maximis: inſuꝑ cere
bꝛo capitis violato ſemiuiuus ergaſtulo
recluditur. Ubi accēſo foco ⁊ quicq̄d feti-
diſſimū fumū vel generaret vel genera-
tum nutriret per ſingulas diei hoꝛas in
iecto carceris ianuas claudūt. Tranſa-
cta igitur magna noctis parte: cepit do-
mus celeſtis gr̄e ꝑticipiū ſuſcipere: eter-
ne vite odoꝛomēta ſpirare: hymnos mel
lifluis ſctōꝛum vocibꝰ ſonare. Quos bea
tus elphegus intuitꝰ cū magna coꝛdis
letitia dunſtanū quondā archiepm̄ vul-
tu ⁊ veſte gloꝛioſum cōſpicit aſſiſtentem
pꝛotenſiſqꝫ ad illū manibꝰ ita dicentem.
Ad te eterni regis inuictiſſime miles ad
te nr̄o honoꝛādū obſequio venimꝰ: miſſi
ab illo qui tibi et victoꝛiā pꝛeſtitit de ini-
mico ⁊ ſempiternā coꝛonā pꝛeparauit in
celo En quoꝛū collegio poſt moꝛtē carnis
imperpetuū frueris: ciues hieruſalē ce-
leſtis ac domeſtici dei: ſi ea q̄ deſunt paſſi
onū xp̄i amoꝛe in carne tua patiēter ſup-
pleueris. Uidimꝰ nāqꝫ multiplices ver-
bis laboꝛes: eccleſiarū incēdia: filioꝛum
necē tua cū vinculis obpꝛobꝛia ⁊ poſt im
penſa beneficia: duplicata toꝛmēta. Nō
ergo reliquū eſt deitatis potētia vallatꝰ
libēs excipe: ſciēs nō eſſe cōdignas paſſio
nes huiꝰ tꝑis ad ſuperuenturā gloꝛiam
que reuelabitur in te. Unꝰ nāqꝫ dies ad
ſupplicium: ſed iugis ac ſempiternꝰ erit
ad pꝛemiū. Inter hec laxātur vincula: ⁊
integre oīs coꝛpoꝛis ſanat̄ plaga. Elphe
gus pſallēs cum pſallētibus: exultās cū
exultātibꝰ incedit. Mane aūt facto: cum
armatoꝛū manu nō ꝑua de carcere educi
tur: et ſuꝑ iumentū poſitus ad iudicium
pertrahitur. Dixerūt aūt ei. Solue au-
rum: aut mūdo hodie eris ſpectaculum.
Et ille. Aurū vobis diuine ſapiētie ꝓpo-
no: vt relicta vanitate quā diligitis: ad
vnū viuū et verū deū ſtudia cōuertatis.
Nō ſi cōſiliū dei per me vobis annuncia
tū obſtinata mēte ſpꝛeueritis: peioꝛi ꝓfe
cto q̄ ſodoma moꝛte peribitis: nec in hac
terra imperpetuū iudicabitis. Tūc dya
boli ſatellites in ipm̄ ꝓſiliunt: auerſis ſe
curibus deijciūt: lapidibꝰ eū obꝛuentes.
Qui genua flectēs: hanc oꝛationē deo fu
dit dicēs. Altiſſime patris vnigenite ihe
ſu xp̄e qui per vterū intacte virginis ve-
niſti in hunc mūdum peccatoꝛes ſaluos
facere: ⁊ me in pace ſuſcipe: et iſtis miſe-
rere. Et pꝛolapſus in terrā iterūqꝫ reſur
gens: denuo ſic ait. Paſtoꝛ bone: paſtoꝛ
ſingularis filios eccleſie quos tibi moꝛi-

enſ cõmendo tuere. Accurrẽs aũt quidã
quẽ ⁊ ipſe de ſacro fonte ſuſceperat: ſecu-
rim capiti illius infixit. Qui ſtatī in eter
na patria requieſcẽs: victorẽ ſpm̃ cũ triũ
pho tertiodecīo kalẽdas maij dirigit ad
celũ. Principes aũt danorũ cupiẽtes ſuũ
facinꝰ et elphegi gloriã obſcurare: corpꝰ
illius flumīe immergi ſtatuunt: rati ſce
leris enormitatẽ: eo facilius cõtegi poſſe
quo eiꝰ ab hoībꝰ memoria tolleret̃. Sed
qđ dani ad cõtumeliã: xp̃s elphego para
uit ad gloriam. Protinꝰ nãqꝫ oīs populi
multitudo que illo docente errorẽ abiece
rat: armata procedit malẽs cũ defuncto
pariter occũbere: q̃ illud corpꝰ cuius mi
niſterio ſctīficatiōis ſuſceperat miſteriũ
aquarũ voragini tradere abſorbendum
Itaqꝫ corpus a diuerſo populo ſeruatũ:
nec mergebat̃ nec ſepeliebat̃. Veſpe aũt
vtriuſqꝫ partis ſenatores cõueniunt: vt
tãte contẽtionis litẽ ſuis rationibꝰ deter
minẽt. Factũ eſt aũt oīm aſſenſu: vt in cõ
mune oẽs ſctm̃ depoſcãt: quatinꝰ ſi quid
valeat apud deũ ſuũ: in hoc ambiguo po
tẽtie ſue virtutẽ oſtẽdat. Ecce inquiũt da
ni ramꝰ de fraxino abſciſus: ſucco ⁊ corti
ce oīno nudatꝰ ſi hũc huiꝰ ſanguīe intin-
ctũ: matutina lux virentẽ inuenerit: iu-
ſtũ nos ⁊ ſctm̃ occidiſſe cõſtabit ⁊ quo illũ
honore ſepeliatis: penes vos erit. Sin-
aũt in priſtina lignũ ariditate ꝑmãſerit
erraſſe vos in eiꝰ amore dicemꝰ: noſtriqꝫ
erit arbitrij: quid de cadauere facere veli
mus. Cũqꝫ oībꝰ cõditio grata et accepta
fuiſſet: vt oībꝰ liquido conſtare poſſet: qđ
poſt mortẽ elphegus viueret: cõtra ordi
nẽ nature: aridũ lignũ ſub vnius noctis
tp̃e cepit frõdere: ⁊ qđ ſero dani telluri fi-
xerũt: mane ſurgẽtes florere viderũt Ni
chil ergo cõtradictionis vlteriꝰ habẽtes
dani certatī in amplexus defuncti ruere
crebra oſcula figere: ceruices ſupponere
lachrymas ⁊ eiulatꝰ emittere ceperunt.
Sublatũ ergo corpꝰ humeris inimicorꝫ
ad arborẽ eius triũpho inſignẽ defert̃: co
mitãtibus innumeris ſignorũ ꝓdigijs:
potẽti virtute dei celitꝰ oſtẽſis. Mox enī
ſalꝰ languidis innouat̃: ceci illuminãt̃:
ſurdi audiũt muti loquũt̃ claudi greſſui
reſtituũtur. Ibi ei orationis domo: ſuꝑ
illũ fabricata: pleriqꝫ danorũ magnates
in eadẽ regenerati ad fidẽ xp̄i cõuertũt̃.
Cũ aũt hec oīa londoniẽſes per ordinẽ au
diſſent multa mediante pecunia corpus
vſqꝫ lõdonias trãſferentes: honorifice ſe
pelierũt. Anno aũt dñi milleſimo duo-
decimo: adueſperaſcẽte ſabbato paſcha-
lis ebdomade: ſctũs elphegus cum mar
tyrij corona: tertiodecīo kalẽdas maij an
no ep̃atus ſui ſeptimo: ⁊ natiuitatis ſue
quinquageſimonono migrauit ad dñm
In eiꝰ nãqꝫ mortis autores intm̃ ira dei
deſeuit: vt quidã dux ꝓpria ſe manu in-
terimeret: alius gutturi ſuo ſtilũ infige-
ret: preſbiter pertinaciter crucem abſcõ-
dens: martyris gladio occideretur: aliꝰ
eiuſdem ordinis ſandalia ep̄i temere por
tãs: a demone corã oī populo vexaretur.
Et factũ eſt: vt tam vehemẽs cũctos da-
norũ prĩcipes formido inuaſit: vt vix eos
terra teneret: ſed marinis ſe tẽpeſtatibꝰ
dãtes: exiſtimabant in pelago martyris
irã effugere poſſe: quos ab eius ira tellꝰ
tueri non poſſet. Sed mox vt in altũ ma
ris educti fuiſſent: centũ ſexagita naues
aduerſis ventorũ flatibꝰ acte: in ꝓfundũ
maris ſubmerſe ſunt. Iterũ vero ſexa-
ginta quiqꝫ ad ignotas regiones appul
ſe: quaſi qui inſidiarũ gr̃a veniſſent: ab
eiſdẽ miſerabiliter interfecti ſunt Remã
ſit tamẽ in anglia peſſimꝰ turkillus ma
lorũ prĩceps: pauco tp̃e predo futurꝰ: ſed
in eternũ dãpnati ſpũs preda mãſurus.
Nõ paruo tp̃e euoluto: venit prĩceps da
norũ canutꝰ cũ multo nauigio in angliã
diſſidenſqꝫ ab illo ꝓpter quaſdã res ma-
le ac perfide actas quicq̃d reſiduũ nephã
di populi fuerat deleuit ipſumqꝫ ducẽ cum

ſex tm̄ nauibus in daciā fugauit Qui cū ad terrā euaciſſet:ſuſpectus danorū pn̄cipibus:ne inteſtina bella moliret:ſtatī per cūcta regionis loca agitatus:in fine ab ignobili vulgo occiſus:feris et auib⁹ ꝓiectus eſt. Poſt hec vero pn̄ceps danorum canutus:cū videret populū ſuū:ab exercitu anglorū ſine intermiſſiōe cedi ⁊ ꝓpter rerū difficultatē ad deditionē fere compelli:accerſitis oībus qui ad ſe cōfugerāt ſapiētioribus anglis:cōſuluit eos quid cauſe eſſet:ꝙ tot ſibi aduerſa contigiſſent. Qui oēs vno ore reſpōdentes:dixerūt. Prophetia eſt ſcti martyris elphegi:qui cū a patrib⁹ tuis fuiſſet circūuentus:ꝑdixit eis ꝙ in regno anglorū perpetuo nō eſſent radicaturi:ſed peiori ꝙ̄ ſodoma morte perituri. Nunc ergo ſi vis illū tuis tꝑibus facere placabilē:hoc illi promitte:vt cū felix rerū fuerit ſucceſſio:reliquias ſuas ad ſedē ſuā cū honore trāſferri facias. Qđ cū firmiter ꝓmiſiſſet:poſt modicū pacē obtinuit poſt pacē regni dimidiū:poſt dimidiū totū. Cūqꝫ ab omni bellorum tumultu:requies vndiqꝫ data fuiſſet:recordatus eſt rex:ꝙ beato elphego quōdā ꝓmiſerat:et directa legatione vocauit egelnothum archiepm̄. Qui corpus martyris decē annis ſepultū:incorruptū ⁊ inuiolatū repperientes:cantuariam cū maximo honore deducūt:in ſarcophago veneranter collocātes.

¶ De ſctō Erkenwaldo epō ⁊ confeſſore.

TEmporib⁹ antiquis quando regnū anglie iam deo propitio ſub vnius regis gubernaculo ſalubriter vnitū fuerat in octo regū gubernacula ſparſim diuiſum ex nobili ꝓſapia albionū offe regis eſtanglie licet ſtrenui tamē errorib⁹ paganicis obfuſcati:duo luminaria ꝑclara nutu diuino ꝓceſſerunt:videlicet erkenwald⁹ poſtea futurus abbas cerceſeie:deinde lōdonieſis eps:et ethelburga ſanctimonialiū mōaſterij de berkinga futura:poſtmodū abbatiſſa ducētes originē de illa parte anglie cui nomen lyndeſeia in caſtro ſeu villa de ſtallyngeton oli nuncupato. Erkenwald⁹ igit deo inſpirante xpiane religioni dedit⁹ fuit:tpe quo beatus auguſtin⁹ cū mellito ⁊ collegis ei⁹ in angliā deſtinat⁹ fuit a ſctō gregorio āno grē quingenteſimo nonageſimoſexto ad verbū dei predicādū:et populū ad fidem catholicā cōuertendū Sctē indolis puer erkenwaldus doctrine ſcti melliti ꝑſulis adheſit:fide moribus ⁊ doctrina feliciter inſtruēdus. Ethelburga vero ſoror eius deo diſponēte veſtigia fratris ſecuta eſt. quā oīm miſerator de⁹ futuram ſibi ſpōſam deſtinauerat. In ipſius vite primordijs ei grām cōtulit baptiſmalē:impoſito ſibi nomie ethelburga vt tāꝙ roſa de rampnis:fidelis de infidelib⁹ electa virgo ꝓcederet:odorē ſctitatis poſteris allatura. Cui⁹ bonis initijs inuidēs hoſtis antiquus:prēm eiuſdē oſſam adhuc incredulū ſed fidelē futurū:intim̄ furorē cōtra filiā cōcitauit:qđ de progenitore fact⁹ eſt ei ſeuiſſim⁹ perſecutor. Mira res:in tanta patris ſeuitia cor puelle tam tenere in bono ꝓpoſito immobile ꝑſeuerat:ſuāqꝫ ſcitatē parētibus abſcondens:ſine ſcitu ipſorū ⁊ viſu ad capellā in qua regenerationis lauachrū receperat ſecretius ſe cōtulit:ibi crebris ſuſpirijs ⁊ afflictionib⁹ deū inuocās:ne ſuā caſtitatē carnali corruptela permitteret violari. ¶ Creſcente autē etate eius puellari cum pater ſuus ſecūdum ſeculi cōſuetudinē eam tradere vellet copule maritali:ipſa penit⁹ renuens et tanꝙ venenū deteſtās amplexus carnales:vtpote que a pueritia ſpōſum ſibi elegerat dn̄m iheſum xpm̄. Quapropter frequētes patris inſtātias in hac re nō ſuſtinens:patrē reliquit et patriam:vnius domicelle ſimplicis comitatu contenta:que pedū ſuorū veſtigia ſequeret.

## De sancto Erkenwaldo episcopo ⁊ confessore.

Sctūs vero erkenwaldus se ⁊ dictā soro
rem suā a mundi vanitatibꝰ ⁊ illecebris
abstrahere votis oībus affectans: vt cir
ca diuinā cōtemplationē in sctā religiōe
mētem totaliter occuparet: ab aduentu
sancti patris augustini in angliā trigin
tatribꝰ annis elapsis sumptibꝰ suis de
bonis que iure hereditario sibi obuene
rūt: postq̄ domū cerotesepe fundauerat
⁊ dotauerat pro seipo: fundauit domum
de berkinga in area quā infructuosā in
uenit ⁊ eā redditibus amplioribꝰ dotari
procurauit per reges et principes terre.
Sicq̄ terrenā dignitatē ⁊ ampla patri
monia sua in diuinā ⁊ ecclesiasticā here
ditatē duxit trāsferenda: priusq̄ ad pon
tificiū londoniensis ecclesie fuerat diuīa
dispositiōe vocatus et per sctm̄ theodorū
dorobernēsem archiepm̄ cōsecratꝰ. Cū
igitur btā virgo ethelburga vt virgini
tatē suā deo cōseruaret: ob paternā perse
cutionē: labores: vigilias: ⁊ ieiunia: va
rias afflictiōes ⁊ defectus peregrinādo
sit perpessa ꝓpter amorē sponsi sui ihesu
xp̄i: duce spū sctō peruenerat ad berkin
gum a deo destinatū et per fratrē suū er
kēwaldum preordinatū: ipso sctō fabrice
domus pro sctimonialibus ibidē ⁊ dicta
sorore sua ⁊ deo seruitura intēdentibꝰ: cū
dicte domus artifices meremiū suū mē
surarent: diuersis locis iuxta decentiam
operis coaptandū: inuēta est trabs vna
operi admodū necessaria ceteris breuior
⁊ ideo fabrice minus apta: sed vir totius
sctitatis erkenwaldus ⁊ soror sua deo de
uota ethelburga: aridā trabē inter ma
nus arripiētes: ipsam in longū traxerūt
quousq̄ ceteris equaret̄ qđ quidē mira
culū cōmuniter notū extitit ⁊ publice di
uulgatū Ipsa vero domo perfecta: cum
virgo sepedicta ad statū regularē transi
re decreuisset quia tūc tp̄is non erat mo
nasteriū sctimonialiū in anglia: sctūs er
kenwaldus vnā dn̄am religiosam: mori
bus preclarā ⁊ in artibꝰ liberalibꝰ suffi
cienter eruditā: noie hildelitham: de par
tibꝰ trāsmarinis accersiuit: cui tradidit
sororē suā ethelburgā regularibꝰ obser
uantijs ⁊ litterarū apicibꝰ imbuendam
At venerabilis puella bone indolis ⁊ in
genij preclari: tāte magistre doctrinā fa
ciliter concepit: ⁊ memorie firmiter com
mēdauit: intm̄ qđ ipsius magistrā ⁊ oēs
cōdiscipulas in virtutibꝰ perfectius cito
trāscendit: ⁊ totius cōgregatiōis p̄fecta
est mater ⁊ abbatissa Quidā ciuis nobi
lis lōdonie habebat filiā multū quidē fa
cie decorā ⁊ spectabilem: sed claudicabat
Parētes sui iudicauerūt salubrius esse vt
ad collegia sctimonialium dedicaret̄ ⁊ ec
clesiasticis disciplinis erudiret̄. Cū ergo
credita esset venerabili abbatisse alwine
berkingensis ecclesie: quotidianis orōni
bus frequētauit sepulchrū sctē ethelbur
ge virginis sororis beati erkēwaldi eius
dē loci fundatoris: ⁊ vt directo gressu po
tiretur gemitu: lachrymis: poplitibꝰ fle
xis obnixe orauit: spōdens deo celibē ⁊ il
libatā omni tp̄e vitā. Et dū fidelis virgo
sepius peteret ⁊ sepissime celi palatium
humili prece pulsaret efficaciā sui deside
rij cōsecuta est. Nā sponsa xp̄i ethelbur
ga nocturno tp̄e visa est se taliter alloqui
Filia depone dolorē: qm̄ tua sanitas iam
approximat. Tātum memor esto vt fra
trem meū erkenwaldum crebro ad inter
cessionē tuam inuoces: quia suis opitulā
tibus meritis sospes redderis. Talē vi
sionē cū ipsa diluculo sororibꝰ suis expla
nasset: exhortationibꝰ omniū: ieiunijs ⁊
orōnibꝰ plus solito inuigilabat. Nō mul
to igitur tp̄e lapso dum sctimoniales ma
tutinales laudes cōcinerent: circa tum
bam btē v̄ginis ethelburge tā dulcis so
por irrepsit oculis ipsiꝰ claudicātis ancil
le xp̄i: vt nequaq̄ reniti posset: sed dū i lo
co dormitasset opaco: nō lōge a sepulchro
ecce sctūs pōtifex erkenwaldus in vultu

angelico illi apparuit: ⁊ paterne conſola
tus eã manũ eius appꝛehẽdit dicẽs. In
noĩe dñi nr̃i iheſu xp̃i ſurge: ⁊ ſicut petrꝰ
⁊ iohãnes claudũ erexerũt: ſic ⁊ tu eriga
ris. Quo dicto: ſtatim euigilans ⁊ exur-
gens cõclamauit dicẽs Sctiſſime pater
erkẽwalde: miſerere miſerere. Interim
vero dũ ad integritatẽ reſtauret̃ tantus
fragoꝛ a circũſtantibus auditus eſt: ac ſi
arida ſepes cõſtingeret̃. Ut autẽ ſctimo-
niales rei euentũ ſeriatim didicerũt vna
nimi voce dñm in ſctis ſuis gloꝛioſum de
uote laudauerunt. Confeſſoꝛ dñi gloꝛio
ſus btũs erkenwaldus london̄ ep̃s ante
trãſitum ſuũ: multoꝛũ miraculoꝛũ teſtio
nio placuit deo. Hic enĩ appꝛopinquante
iam vite ſue termino: cũ ad pꝛedicãdum
populo ꝓpter debilitatẽ coꝛpis in feretro
caballario duarũ rotarũ duceret̃: cõtigit
vt vna rotarũ in caſu caderet: altera ſola
in curru remanẽte. Neſciẽtes igit̃ qui cũ
ſctõ erãt huiꝰ rei euentũ: ſed curſu ſolito
per viã ſuã ãbulantes tandẽ qd̃ dictu eſt
mirabile currũ vehiculariũ viderũt con
tra conſuetudinẽ ſup vnã tm̃ rotã gradi-
entẽ: mirãtur oẽs dei virtutẽ: viri ſctita-
tem in ſctõ miraculo apte cognoſcentes.
Poſt trãſitũ vero ipſius ad celeſtia: mul
ti febꝛicitãtes aliiq̃ moꝛbidi: eiꝰ feretrũ
tangẽtes vel oſculãtes integre ſanabãt̃:
ſed ⁊ abſentibꝰ infirmis per haſtulas iñ
abſciſas et ad eos delatas: repẽtina ſalꝰ
ſepius aduenit. Erat aũt illo tp̃e apud
berkingũ ſanctarũ monaſteriũ feĩaꝝ qd̃
ad honoꝛẽ dei ſctẽq̃ marie pꝛeparauerat
p̃fatus vir ſctũs: vt in dicto loco cauſa de
uotiõis moꝛaret̃. Placuit altiſſimo dile-
ctũ ſuũ ab hac valle miſerie ad ſedem ſue
gloꝛie feliciter inuitare. Sctũs itaq̃ er-
kenwaldꝰ ſpũs ſcti grã repletus: ſuis ad
ſe vocatis: diẽ obitꝰ ſui veraciter p̃dixit:
⁊ vſq̃ ad vltimũ vite ſue terminũ oẽs cir
cũſtantes v̓bo vite ſalutaris: alacriter
cõfoꝛtabat. Egrediẽte vero illa ſctã aĩa a
coꝛpe ⁊ ad celos manibꝰ angelicis depoꝛ
tata: tãta remãſit odoꝛis ſuauitas: vt to
tã domũ in qua coꝛpꝰ iacuit mirabili dul
cedine impleret ⁊ oĩm coꝛda ad dei laudẽ
et ſcti ſui deuotionẽ excitaret. Poſt hec
igit̃ audito bti viri trãſitu: veniũt apud
berkingũ clerꝰ ⁊ populꝰ de lõdonia vt cũ
honoꝛe maximo coꝛpꝰ ſui põtificis ſepul-
ture debite cõmendarẽt. Ponẽtes aũt ta
lentũ illud pꝛecioſum in feretro ad hoc re
uerenter p̃parato cũ ſacroſctis reliquiis
verſus lõdonias ꝓceſſerũt. Sed cum ad
aquã quãdam q̃ yleſfoꝛdia noiat̃ cũ ſacro
coꝛpe perueniſſent dictã aquã ſic miracu
loſe extra locũ ꝓpꝛiũ inueniũt excreuiſſe
vt ipſis trãſſire volẽtibꝰ via ſolita nõ pa
teret. Deponẽtes igit̃ coꝛpꝰ ſctm̃ in loco
pꝛius noiato: q̃d facere aut quo ire debe-
bãt: ſibi mõſtrari diuinitꝰ deuotis p̃cibꝰ
poſtulabãt. Igit̃ ad exhoꝛtationẽ cuiuſ-
dam religioſi viri diuinitꝰ inſpirati fctã
apud deũ a fidelibꝰ orõne deuota ecce dei
potẽtia ſtatim deuotis hoĩbꝰ eſt oſtenſa.
Subito eĩ aquã illã magnã in duas par
tes diuiſam ꝓſpiciũt: ⁊ ſicco pede per me
diũ fluminis cũ ſacro coꝛpe ptranſierunt.
Trãſacto itaq̃ flumĩe cerei qui iuxta coꝛ
pus pꝛiꝰ fuerũt extincti: abſq̃ omĩ huma-
no ſtudio celitꝰ fuerũt accẽſi: vt vno eodẽ
q̃ tp̃e ip̃a elemẽta ſcilꝫ ignis ⁊ aqua teſti
moniũ redderẽt ſctitatis. Et coꝛpꝰ bti põ
tificis dũ quaſi adhuc viueret oĩbꝰ virtu
tibꝰ ⁊ gratiis ſpũalibꝰ fuit plenũ: ideo in
eiꝰ moꝛte quotquot feretrũ quo iacuit te-
tigerũt: per dei miaꝫ ſanabãt̃ a quacũq̃
detinebãt̃ infirmitate. Fuit ãt in ciuita
te londoniẽſi eccl̃ia in honoꝛe bti pauli cõ
ſecrata: in qua q̃ cathedꝛalis erat: clerꝰ
et ppl̃s coꝛpꝰ ſcti põtificis ſepulture tra-
diderunt. Iacuit quoq̃ annis multis in
terra ſub teca lignea pꝛope altare dñicũ
coꝛpꝰ illd̃ reuerẽdũ: quodã pallio ꝑui p̃cii
indecẽter p̃paratũ: ſed q̃ vir ſcũs duplici
honoꝛe i celo ⁊ in t̃ra dignꝰ erat nõ ꝑmiſit

dn̄s ſeruum ſuū fidelē in loco humili diu
tius in abſcōdito latitare. Accidit quoqȝ
tpe mauricij londoniēſis epī ante feſtum
ſcti iohannis baptiſte vt in eadē ciuitate
ſubito ad vindictā malorum hoim maxi
mū oriretur incendiū. In porta nāqȝ oc-
cidētali circa horā noctis mediam copio-
ſus ignis accenſus eſt: cuius flāma ex oī
parte diffuſa iuſto dei iudicio vſqȝ ad por
tam orientalē totam cōbuſſit ciuitatem.
Excitati āt ciues ⁊ ad tam horribile ſpe-
ctaculū cōturbati: vix cū vita fugere po-
tuerunt male perquiſitas diuitias flam
me relinquētes. Interea ſiquidē creſcen
te incendio eccleſia beati pauli comburi-
tur: ⁊ oīa que in ea erāt igne conſumunt
Et ecce iā nō erat ppl'i cōſolatio: ſed oim
iam dolor ⁊ gemitus eo qđ ſanctas eccle-
ſie ſue reliquias oī ſpe gratie poſtpoſita
ſe credebant perdidiſſe. Cū eni eccleſia in
flammata tota caderet ⁊ plumbū lique-
factū ex omni parte diſcurreret ⁊ tñ hui⁹
ſcti feretrū integrū inter hec oīa dei gra-
tia permaneret: tanta ſubito in populo
oritur letitia: vt dolor p̄habit⁹ obliuio-
ni traderetur in tanti nouitate miraculi
quo de⁹ mirabilis in ſctis p̄dicatur. Con
currente aūt populo ⁊ de tanto facto mi-
raculo vehemēter cōfortato: recognoſcūt
p̄dicta que facta fuerāt ꝓpter ſuā emen-
dationē meritis ſui pōtificis taliter eue-
niſſe. Sciebāt quippe ciues londoniēſes
qđ extūc dei vindicta iuſte cōtra ipſos ſu
erat ſuſcitata: eo qđ erga paſtorē ſuū ac
mediatorē apud deū velut ingratitudis
filij ſe habebāt. Voluit igit̄ bonus deus
hoc vno eodēqȝ miraculo ſctm̄ ſuū quē ca
put britānie appellabant extollere: ⁊ im
prudentiū hoim ignorātiā inpoſterū pre
munire Poſt dies aūt aliquos mitigata
iam flāma in furore dn̄i excitata: intrāt
eccleſiā ciues prout poterāt: de cōbuſtis
reliquijs aliquid forte reſiduū requiren-
tes. Ipſis nāqȝ oībus iam dictā eccleſiā
ingreſſis ecce ſimul aſſunt duo pōtifices
londonienſis ſcilicet ⁊ wyntoniēſis cū ſa-
cerdotib⁹ ⁊ clericis ⁊ alijs diuerſorū ordi
num miniſtris: vt certitudo ipſorū teſti-
monio ꝓbaretur. Hi aūt oēs ad tumulū
ſancti erkenwaldi accedētes quod valde
erat mirabile: omnia ſalua ⁊ integra in-
uenerūt: ⁊ quod plumbeus liquor ⁊ viui
carbones vim virtutis ſue perdiderunt
Preter hec etiam trabes quedā magna
igne inflāmata ſuper palliolū memora-
tum quo illud reuerendū ſepulchrū tege
batur diu iacuiſſe inuenitur. O q̄ mira-
bile ad videndum: oīa in circuitu in cine-
res ſunt redacta: nec quicq̄ fuit quod cō-
buri potuit qđ ignis non cōſumpſit ⁊ ta
men nec filū pallij ſepulchro ſuperpoſiti
naturā ſuā perdidit: aut colorē mutauit
Currūt igitur hincinde populi inaudita
ſpectacula admirantes: ⁊ ad ꝑpetuā ſcti
huius laudē deo gr̄as referētes. Patra-
ta ſunt hec lōdonie ſub mauricio tūc epō
londoniēſi: imperāte primo rege normā-
norū willelmo: anno gr̄e milleſimo octo-
geſimoſeptimo menſe iunij die ſeptimo.
In huius igit̄ nouitate miraculi ſepedi
ctus epus aliā eccleſiā a fundamētis ince
pit opus videlicet vt multis videbatur
incōſūmabile: verū ſi cōſummari poſſet
honor ⁊ decus londonie Peractis deniqȝ
criptis: ſanctiſſimi corp⁹ erkenwaldi ibi
dē collocari precepit. Mauricio itaqȝ viā
vniuerſe carnis ingreſſo ricard⁹ primus
vir venerādus curā ſuſcepit regiminis:
vir inq̄ prudens et ſtrenuus: nobilitate
⁊ moralitate conſpicuus. Iſte ſiquidem
incepte muros eccleſie mirabiliter auxit
necnō ⁊ plateas circa eandem eccleſiam
permaximas que ante domib⁹ laicorum
obceſſe fuerant: proprio ſumptu acquiſi-
uit: ⁊ i circuitu muro fortiſſimo pene cin-
xit: alijſqȝ iam plurimis beneficijs lōdo-
nienſem eccleſiam ampliauit. Demū di
uino ꝓcurante cōſilio dura per quinquē-

nium ⁊ eo amplius infirmitate concuti-tur. Sicq; hoīe mūdano demum relicto perpetua pace quieuit Uacuā quoq; per vnū annū cathedrā. Gilbertus qui vni-uerſalis dictus eſt: ab antiſiodora ciuita te gallie vocatus: feliciter aſcēdit. Hic nē pe litteris ⁊ ſapia necnon auctoritate et frugalitate media cumulatus ante epa tum: veteris opis imperfecti gibbū pla-nauerat: explanatūq; opus tecto ſuper-poſito ad liquidū cōpoſuerat. Que vero vel quāta epiſcopi onere ſuſcepto eccleſie ſue contulerit cuiuſue integritatis exti-terit non eſt huius opis enarrare. Pro-pter immenſa ſancti erkenwaldi merita circūquaq; diuulgata: per crebra mira-culorū inſignia que facere dignabat dei prouidētia pro ſalute fideliū ad laudē ſui ſcti imponebatur quibuſdā anglorū mo naſterijs qđ fama miraculorū attoniti: corpus ſcti noctu furari voluerūt. Unde intempeſte noctis ſilentio non pauci ho-mines valuas criptarū in quib⁹ idē ſan-ctus cōdebatur cōfregerūt et ianuas al-taris vſq; veniētes auſu temerario pro-pe frangere preſumpſerunt. Quorū ſtre pitu euigilās quidā tūc pueritiā exuēs: qui ſolus cū duobus clericis locum cuſto dum occupans in eccleſia pernoctabat: clamoribus ſuis totam illā multitudinē ita dementauit: vt diuino percuſſi iudi-cio ad vocē tantilli hoīs curſu concito per portā qua venerant repedarēt. His igit tumultuationib⁹ ad eccleſie ſuperioris aditū cōclamātes ⁊ tintinabuli pulſati-one auxiliū cōuocantes illos quidē cōpre hēdere nequiuerūt: ſed pro tāta aīaduer ſione vſq; ad mane ibidem excubias cele brarūt. Facto autē mane: octo preſbiteri tam venerabilis theſauri cuſtodes dele-gati fuerunt donec tertia die in tutiori lo co interim peracto ſcti reliquie clauderēt Oib⁹ igit rite peractis: cū crucibus ⁊ ce-reis ſacerdotib⁹ etiā ad tā venerabile ob ſequiū pſtolātibus cū pceſſiōe ⁊ letanijs ad tumulū veniētes erkē waldi pōtificis cuius loculo ligneo ſubleuato repertum fuit corpus ſacratiſſimū iſdē ſigillorum munitionib⁹ quib⁹ iā pridem fuerat pre munitū. Tandē diuia prouidētia tant⁹ factus eſt cōcurſus populorū: vt toto ni-ſu reluctātib⁹ qui pre forib⁹ aderāt ipās fores ferris poſtibuſq; excuterent: nec a ſuo deſiderio defraudati: tam ineffabile ſacramentū pſpexerunt. His itaq; ge-ſtis: ſancta decreuit deuotio fidelium cor pus glorioſi pōtificis digna cum reuerē-tia ad locū honorabiliorē eſſe transferen-dum. Statuto aūt die quo dicta ſolēpni-tas debeat celebrari: conuenerūt pontifi ces ⁊ clerici ad tam magnificū miſteriū peragendū ſpecialiter euocati. Cumq; ci-ſta plumbea in qua prius iacuerat cum ſacro corpore ad locū eidem de nouo para tum portaretur: inuentū eſt per ignoran tiam artificis: quod vas illud cum corpo re in longitudine et latitudine ſepulchro iam parato maius eſſet. Et ecce cum om nes qui aderāt pro tāta negligētia mul-tum eſſent contriſtati: ſubito dei potētia maior in lapide fit apertura: ita quod du ricies lapidis ſacroſanctis reliquijs lo-cum daret Quod affirmabāt qui aderāt ſorori ſue ſāctiſſime ethelburge olim eue niſſe. Tranſlatū eſt itaq; ſanctiſſimi cor-pus erkenwaldi ⁊ cum tanta pietate re-poſitum: anno ab incarnatione domini milleſimo centeſimo quadrageſimo mē-ſis nouembris die quartodecimo. In eu ius tranſlatione preter illud qđ ſupra de ſcribitur: alia multa que ppter quorūdā tediū obmittūtur miracula claruerūt al terū i oīm oculis in quodā canonico ipſi⁹ eccleſie preſente fortiter tunc febricitāte: alterum in quodā puero abſente ⁊ iā per dimidium annum ⁊ eo amplius vſq; ad mortē egrotāte preſenti ſubuenitur ſcti preſētia abſenti vero: pulueris de ligno

in quo ſanctus iacuerat aſperſura. Qui
dã vero deo deuotꝰ collectũ puluerẽ ſtatĩ
vt cum aqua infirmo tradidit: ipſe infir-
mitatẽ omnino euaſit. Adiũgebatur eti
am qđ thuris in eodem ligneo locello a ſe
reperti tenuis fumigatio nares infirmã
tis impleuerat: quaſi thimiamate com-
pellẽte morbum vniuerſum depellebat.
Poſt hec vero vt ipſiꝰ trãſlatio deo gra
ta ⁊ hoĩbꝰ: venerabilis appareret: addi-
dit ſaluatoris clemẽtia nouũ qđdã mira-
culũ demõſtrare. Accidit quodã anno in
feſto tranſlatiõis ipſius in ciuitate lõdo-
nienſi ignẽ maximũ ⁊ horribilem ſubito
ſuſcitari: q̃ vndiq; diffuſus magnã par-
tem ipſius ciuitatis combuſſit. Approxi
mãte aũt flamma ad eccleſiã ſancti pau
li: viderũt ſenſibiliter multi ciuiũ quen-
dã pontificalibus indutũ: ⁊ vexillum in
manu tenentẽ ſuper dictã eccleſiã ſtantẽ
et eã ex omni parte ab omni periculo po-
tenter defendẽtẽ. Hic eſt itaq; fratres di-
lectiſſimi paſtor noſter ſingularis ac pa-
tronꝰ ſpecialis beatus erkenwaldꝰ eps
cuius preter hec que dicta ſunt virtutes
⁊ merita nulliꝰ iam lingua ſufficit enar-
rare. Eo tẽpore quo ipſius ſancti preſu
lis prefati corpus adhuc in cripta in ſar-
cophago ſeruabatur: teſtudo eiuſdẽ cri-
pte pingenda fuit. Interea reuoluto an-
ni circulo: ſolẽpnitas ipſiꝰ ſancti patris
erkẽwaldi illuxit. Nullus ibi miſſam il-
la die celebrauit: altare diſcoopertũ fuit:
propter inſtrumenta erecta pictoris offi-
cio idonea. Innumerabilis multitudo
vtriuſq; ſexus cõuenit ad oratoriũ orare
volentes ⁊ oblationes ac luminaria ferẽ
tes: ſed introitus eis non patuit. Pictor
enĩ ianuã ſerrauit: vt ipſam arcuatã te-
ſtudinẽ coloribus vermicularet. Dũ aũt
diligẽtius colores ꝓtraheret: repente de
ſtitutus eſt viribus: ⁊ repẽtino dolore ar
reptus: veluti exanimatꝰ corruit. Cum
diu ſic cruciaretur: ecce ſupradictus an-
tiſtes infula pontificali exornatꝰ venit ⁊
baculo paſtorali grauiter cũ flagellauit
recapitulãs negligentiã ipſius videlicet
qđ illa die pertinaciter opatꝰ eſt: ⁊ qđ po
pulum excluſit. Hãc viſionẽ ⁊ caſtigatio
nem pluribꝰ innotuit: poſtq̃ de infirmi-
tate illa cõualuit. Cũ quedã mulier ad
feretrũ argenteũ parandũ in quo ſancti
erkenwaldi corpus poneretur: vt aliq̃d
offerret ibidẽ mente deuota pergere pre-
optaſſet: a viro ſuo acrius increpata: qđ
ꝓpoſuerat implere nõ potuit. Sequẽte
nocte infelix ille graui renũ paſſione cor-
ripitur: ⁊ tam acriter dira humorũ colle
ctione per nõ paucos dies vexatˀ: vt me-
dicorũ iudicio in deſperationẽ verteretˀ.
Verũ quia dicit paulus: ſanabitˀ vir infi
delis per mulierẽ fidelẽ ecce imtempeſte
noctis ſilentio mulieri in ſompnis ſctũs
erkenwaldus apparuit: ⁊ certa reuela-
tione perdocuit: quatinꝰ ſine aliqua pro-
craſtinatione virũ ſuũ propẽſius anima
ret: vt ad ipſius mãſoleũ ſe ferri precipe-
ret. Itaq; mane fctõ: vxoris monitu hu-
meris famulorum vir ille ſuſtẽtatus ad
btĩ pauli baſilicã humilis ⁊ deuotus ad-
ducitur: vbi auxiliãte ſepedicto põtifice
languoris ſui ſanitate percepta: ſui com
pos efficitur: ⁊ qui alienis adiutus vene
rat: pedibꝰ ꝓprijs ad ꝓpria reuertitur.
Quidã argẽtariꝰ noĩe euſtachiꝰ cũ limi
na domꝰ in qua ſctĩ erkẽwaldi feretrũ fa
bricaretˀ ſepiꝰ attriuiſſet: vbi erat ſepul-
chrum ligneũ argẽto ⁊ auro tegendũ: in
quo ſctĩ erkenwaldi mẽbra conderẽtˀ: ſta
tim creſcẽte inſania: cepit miſer ſup me-
morato ligneo locello nõ tm̃ quedã inho-
neſta proferre: verũ etiã auſu temerario
fabrica lignea ſubleuata ad modũ ſancti
corpis quieſcẽtis interiꝰ latitare ac dice-
re. Ego ſum erkenwaldꝰ michi munera
deferte: a me auxiliũ poſtulate: michi ar
genteũ feretrũ ꝑparate Cũ hec ĩfelix rau
co gutture pſtrepuiſſet: graui ĩfirmitate

coꝛreptus a circūſtantibꝰ foꝛas eijcitur ⁊
ad locum ſuum lachꝛimabiliter deductꝰ
infra paucos dies expirauit Nimirū bea
ti erkenwaldi miracula eiꝰ deniq; ſancti-
tatem obſtinaciter ſpꝛeuerat: vnde ſecre
ti iuditij rimatoꝛem ad percutiendū ani
mauerat. Artifex quidam in vꝛbe ſan-
cti pontificis alijs feriantibus ipſe opus
exercere ſolitum conatus eſt: falcem enī
arripuit feſtinus aſcendit pellemq; radē
di opera dedita cepit. Cōtigit interea cō
ciues illos tranſire ad templū dei ob ho-
noꝛem ſancti erkenwaldi feſtinātes quo
patronum ſuum in celo cū deo regnantē
interpellarent ne i cauſa extremi exami-
nis illis deeſſet qui eius memoꝛiā eiuſq;
gloꝛiam dulciter recolerent. Ut autē pel
lificem poſtpoſitis diuinis operibus hu-
manis intendere pꝛeſumpſerat: quidam
illoꝛum pereunti fratri condoluerūt: qui
dam vero tanq̄ ſacrilego inſultauerunt
Nec fuerunt qui fraterno affectu ab illi-
cito auſu tranſgreſſoꝛem reuocare tem-
ptauerēt. Hoꝛum autē monitionibꝰ diu-
tiſſime pꝛotractis: permanſit in opere ce-
pto moꝛte dignus. Parū ſibi fuit: vt ami
cos ſalubꝛiter exhoꝛtātes negligeret. Ac
cidit etiam vt pꝛo ammonitione ſubſan-
nationem ⁊ deriſionem aliam et aliā pꝛo
ximis ingereret. Cū igit̄ cōtumelijs pꝛe-
tereuntibus ingerendis operā daret: fer
ramentū quo pellem ſcalpebat imperui-
dus extraxit oculumq; pꝛopꝛium perfo-
rauit. Sic igitur luit homo iniquꝰ inſtru
ctionem piam: quā fruſtra perfecerat illi
populus amicus. Captiuꝰ quidam iuſ-
ſu regio cōpeditus ire feſtinauit ad eccle
ſiam eo die quo feſtiuitas ſancti Erken-
waldi celebꝛatur et ingreſſus in hūc mo-
dum eſt exoꝛſus. Deus quem nemo petit
iuanū niſi vanusnatiuitatē meā euacua
Deꝰ illuminatoꝛ mentium me tua pieta
te illumina: vt mihi quid expediat oꝛare
poſſim tibiq; placita poſtulare ac impe-
trare. Cum in hunc modū cuſtodes que-
rerēt illū: nūciatū eſt illis hoīem quē q̄re-
bāt ad ſolēpne gaudiū feſtiuitatis ſancti
erkenwaldi perueniſſe nec latitare volu-
iſſe: ſ; in cōſpectu fideliū altari aſſiſtere/
oculis ac manibꝰ in altū leuatis ad dn̄m
intētius oꝛare. Tunc cuſtodes nūc repto
captiuo letati nūc vero ipſius euaſiōe cō
moti ad templū dei curſum inſtituerunt
⁊ ſuū commendatū nō ſine pena reduce-
re ꝓpoſuerūt. Intrātibꝰ aūt cuſtodibꝰ ⁊
hoīem arripere deſtinātibꝰ fragoꝛe maxi
mo rupta ſunt vincula: captiuiq; oꝛātis
cū ammiratiōe cūctoꝝ qui aſtabāt diſſo-
luta ſunt crura. Ut vero rumoꝛ miraculi
ꝑuenit ad epm̄: v̄ba de miraculo fecit ad
pplm̄ et quē ſctūs erkenwaldꝰ dignatus
eſt abſoluere pꝛohibuit arctius ne p̄dicto
hoī p cuſtodes iniuriaretur. Quāta vero
tūc ſequuta eſt populi exultatio q̄taq; i
deū ⁊ eiꝰ dilectū erkenwaldū pꝛodita eſt
laudatio: nulliꝰ eloquiū edere nullū inge
niū valet excogitare. Glorioſi vero pon
tificis ſolēpnitate iā appꝛopīquāte iuxta
moꝛē eccl'ie denūciatū eſt in vniuerſis in
territoꝛio de gētibꝰ: vt ſecularibꝰ ſtudijs
intermiſſis i die qua ſctiſſimi pr̄is ad pa-
radiſū tranſitꝰ inſigniuit ad eccl'iam xp̄i
cōuenirent ſuiſq; pꝛecibꝰ ac tāti patroni
erkēwaldi meritis: tā coꝛpoꝛis q̄ aīe ne-
ceſſaria obtinere laboꝛarent. Et ecce qui-
dam miſer graui faſce onuſtꝰ occurrit ob
uius cuidā eccl'ie miniſtro: ⁊ iuxta mona
ſterij parietē exoneratꝰ cepit reſiſtere va
cās quid q̄ſq; loqueretur. Miniſter vero
pꝛefatus verbis ammonitiōis pie ad ip-
ſum loq̄ cepit. Quis es tu hō miſerande
q̄ dei mīa ⁊ ſcti erkēwaldi plus alijs hoī
bus indigens: ⁊ ad oꝛandū deū dilectūq;
ipſius erkēwaldū alijs feſtiuātibꝰ tu ſo
lus nō attendis: Qui ꝓterue reſpondit.
Uult me erkēwaldꝰ paſcere ſi eiꝰ gratia
q̄ſtū meū incipiā omittere: ridiculū eſſet
ſi ego deſerto officio victū a vr̄o patrono

expectarē. Jte igitꝛ ⁊ vr̄as ferias ⁊ eſtraſ-
qꝫ cantilenas cū erkēwaldo vr̄o ſine inui
dia vobis habete: ⁊ opꝰ viroꝝ foꝛtiū igna
ui nobis relinq̄te. Sic ipe quaſi eſſet fu-
gatꝰ: pꝛofecto ſub oī celeritate onere ſub
leuato qđ cōtra ſepulchꝛū ſctī erkēwaldi
extra monaſteriū depoſuerat: ſic eſt auſꝰ
ſic in viā amēs eſt pꝛogreſſꝰ: q̄ ad caput
ſepulchꝛi cuiuſdā moꝛtui pedē offendens
in pꝛopꝛiū caput eſt pꝛolapſus et ſuimet
ruina cōquaſſatꝰ et extinctꝰ. Cognouit
itaqꝫ ppl̄s hoīem infelicē per inobedien-
tiam ⁊ verboꝛū petulantiū ſummi iudi-
cis ſententia moꝛtē meruiſſe: atqꝫ incur-
riſſe ſubitaneā dū ſe ſuaqꝫ ſic amaret: vt
coꝛrectionē irridēs in ſctōs dei contume-
liam grauem diuulgaret. Quedā vene-
rabilis mulier benedicta noīe ad ſctī fere
trū diebꝰ ſingulis veniā poſtulabat: ⁊ qđ
natura ſubtraxerat obtinere erkēwaldi
pꝛecibus flagitabat. Siquidē duo peſſi-
ma ſimul ei a natiuitate contigerant: vt
pꝛeter manū aridā quā geſtabat ac ſi ad
huc mr̄is vtero foueretur: pugni cōcreta
cōgeries ⁊ digitoꝝ pollici ſuppoſitoꝝ in
tegralis cōglutinatio manꝰ obſeruatio-
nem penitus denegaret. Pꝛeterea ytali-
cam ſe aſſerebat oꝛtā apud marcilliacuꝫ
in ꝓuintia lugdunenſi et pꝛo ſanitate re
cipiēda fere extremas hoīm natiōes vbi
religio xp̄iana peruenerat pede laſſo lu-
ſtrauerat. O q̄ ineffabilis ſecretoꝛuꝫ dei
ꝓfunditas quā vniuerſus mūdꝰ cū ſuis
reliquijs abdicauit diuina pꝛouidētia re
ſeruat erkēwaldo: vt mirabilioꝛē in ſctīs
ſuis deū bꝛitannia recognoſcat. O beate
Erkēwalde apoſtoloꝛū pꝛincipes petrus
⁊ paulꝰ tibi deferūt alumpnā ſuam tibi
mittūt vt glīoſioꝛ appareas et londonia
te melius venereꝛ et colat. Quid plura:
Quadaꝫ die dū ſupꝛamemoꝛata mulier
vt religiōis eſt nō ſub hoīm obtutibꝰ ſed
in eccl̄ie angulis occultata aures ſummi
pulſaret artificis: abſconditoꝛū cognitoꝛ

deus meritis erkēwaldi exigētibꝰ manu
miſerationis manū alleuat depꝛecantis:
Cū vero pꝛolixius illa pꝛopenſioꝛi crura
ad ſctī tumulū flagitante: nerui qui ex ni
mia ſtrictione ſui extoꝛres aīalis viuaci-
tatis extiterant digitis ad oꝛdinē reuoca
tis: ad curſum naturalē ſubito redeunt:
et vſui cōpetēs ſuccꝰ viuificꝰ et venarū
poꝛoꝛūqꝫ repletio naturalis membꝛū re-
ſtituūt. Manꝰ arida humectetur ⁊ neruo
ſa ſoliditas denodatur. Naturalis vigoꝛ
miraculo depellit vitiū ⁊ putrefacta ma-
nus vſuale ſentit officiū. Erkēwaldi pꝛe
cibꝰ admiratur digitoꝛū diſcretio: quod
pꝛegnātis natura dimiſerat in gremio.
Reddit erkenwaldꝰ oblita iura nature:
dū hūanū mēbꝛū reſtituit creature. Tē
poꝛe ſtephani regis angloꝝ erat quidam
iuuenis noīe Willelmꝰ qui de gallijs ex-
ercende negotiationis cauſa fines lōdo-
niarū intrauerat: et in pꝛeſentia ſanctiſſi
mi coꝛpoꝛis erkēwaldi die ſolempnitatis
ſue inter populos aſſiſtebat. Cōpleta ita-
qꝫ pꝛoceſſione inter ceteros ſupꝛa memo
ratus hō repedauit ad ſibi delegata hoſ-
pitia: et dū inter conuiuantes ſocios me-
dius et quaſi nulli tunc ſecundꝰ diſcum
beret: ſubito tam atroci et peſſima infir-
mitate cōcutitur vt catalēpticū hoīem iu
dicares: ⁊ magis moꝛtem q̄ periculū imi
tares. Ex ipſa diſparatione ſignū domi-
ni noſtri iheſu xp̄i ante infirmū apponiꝛ.
Sacerdos (vt fideliū mos eſt) magis ad
exequias q̄ ad infirmi viſitationē indu-
citur et oībus rite peractis: iam tedio feſ-
ſi qui aderant magis eius moꝛtem q̄ tā
peſſime cruciari pꝛopenſius inhiabant.
Nec adhuc ex circūſtātibꝰ ciuibꝰ erat ali
quis qui erkenwaldi potentiam imploꝛa
ret: ſilent ſiquidem erkēwaldi vicini: vbi
tranſmarinꝰ nō ſiluit. Obliuiſcuntur ci
ues: quod de galloꝛum gente genitus re-
cognouit. Pꝛofecto quidam ex infirmi
ſodalibus pedes repente pꝛoſilit: quod

ante de ℣tutibꝰ mirādi antiſtitis audie
rat non ſurdus auditor attollit: vt egro-
tus ſe totū reddat/totū moueat/totū pre
cibus ſancti pontificis ſe conferat: nutu
diuino laudando conſulit. Currit citꝰ ce-
reis oculis ceci oculos tangit: et feſtinus
equo ante ſanctiſſimū corpꝰ adueniens
ſuper haſtam que eminebat eoſdem ocu
los diligenter appoſuit. Res mirāda vir
boni conſilij cera tangit ſqualentes ocu-
los: ⁊ illuminator noſter precioſiſſimꝰ er
kenwaldus ſublata vmbra lumē reddit
oculorū. Et egrotꝰ qui antea mamacꝰ vi-
debatur: iam naturaliter in oībus mem-
bris vſualem curſum recuperauerat. O
hoīem de perditione aīe et corporis erkē-
waldi precibus abſolutū. Sciſſitantibꝰ
qui aderant quomodo ſe haberet: tale di-
citur dediſſe reſponſum. Ego per beatū
erkenwaldū qui mortuus fueraꝫ iam vi
uo: qui lumine priuatꝰ extiteram iam vi
deo et certe venerabiles ipſiꝰ digitos ſen
ſi orbatis luminibꝰ dignāter appoſitos.
Et hoc nobis ſignū. Crucem illam huc af
ferte: qua allata arrepta acu que crucem
et crucis baculū conſuebat extraxit: ⁊ ite
cum cunctis videntibꝰ primo acu fora-
men impleuit. Hijſdem temporibꝰ qui-
dam iuuenis languidꝰ et atroci infirmi-
tate correptꝰ: poſtꝙ ad modū ante ſepul
chrum ſepedicti preſulis iacuit ſanitate
recuperata coram omnibus exclamauit
Gratias tibi refero erkenwalde qui infir
mꝰ huc veni: ⁊ mō tua opitulāte clemētia
ſanus et incolumis quo voluero poſſum
exire. Nec hoc pretermittendū eſt qđ die-
bus illis quedam matrona filiam propri
am vtriuſꝙ ſideris lumine deſtitutā: ad
ſepulchrū precioſiſſimi corporis in mul-
torū preſentia ſecū lachrimabiliter addu
xit ⁊ ſtatim oratione cōpleta ſubitā illu-
minationē puella cūctis mirantibus eui
denter obtinuit. Per idem tempꝰ egro-
tantiū multitudo copioſa ante ſancti tū-
bam ſanitatis remedia poſcebat: inter
quos quidam venerabilis clericus cuiuſ
dam magni nominis notarius: ſpe ſani
tatis recipiende omnibus qui eum noue
rant mirantibus ſe medium interiecit.
Nam cum medicꝰ eſſet et minime ſe per
ſe vel per alios curare potuiſſet odore mi
raculorum ſancti pontificis refertur: tā
dem prouentione fidei roboratus medici
ne celeſti totum ſe deſtinauit dei quoꝗ
miſericordiam preſtolatur: vigilijs ieiu-
nijs et orationibus et ante corpꝰ ſanctiſſi
mum deū lachrimabiliter deprecatur vt
et ſuorum facinorū veniam languoris et
remedia cōſequi mereatur. Quid plura?
Die tertia poſt horam veſpertinā appa-
ruit ſubito ſupra memoratū languidum
erkenwaldi precibus adiutū: immo pri-
ſtine ſanitati reſtitutū: ⁊ huius preconia
in omni preſentia reſonātem. Sciat hoc
vniuerſus clerus et populus me añ pau
cas horas letali infirmitate pregrauāte
ita mei impotem extitiſſe vt non ſolū ma
nuum officia perdidiſſem: verū omnium
membrorū adminiculis caruiſſem. Mo-
do ſancti noſtri meritis interuenientibꝰ
ſanitate recuperata ita validus exiſto vt
non ſolum manducare vel bibere ſeu ce-
teros naturales corporis ſenſus poſſim
exercere: verum etiam incredibili dei vir
tute viribus proprijs equum aſcendere ⁊
quo placuerit valeā equitare. Puer qui
dam etatis tenere lubrico et coetaneoruꝫ
ludo ſe ductus: et tam didaſcoli ſui cōmi-
nationis ꝙ proprie lectiōis eſt oblitꝰ. Se
quēti aūt die cū reddendi tempꝰ inſtaret
formido que p̄ oculis ex ignorātia lectio-
nis puerili memorie occuparet: quid fa-
ceret nihil tutū inuenit qui nec lectioneꝫ
redderet neꝗ ire magiſtri remedium re-
perire valeat. Poſt multas igitur cordis
anxietates incidit in animum pueri: vt
fuga penam alicuius precibus euitaret
cōcito ſurrexit aufugit ⁊ ad eccliaꝫ i qua

ſancti erkenwaldi requieſcit corpꝰ perue-
nit. Pretaxatus ꝗppe magiſter more ſo-
lito ſcolas ingrediens puerūqꝫ nō inue-
niens: vt eū fugiſſe preſenſit modo deue-
nit ad locū quo puer aū ſepulchrum iace-
cebat ſuppliciter orans ad ſanctū. Inte-
rim magiſtro de animaduerſione facien-
da affirmato placuit puerū reddentē au-
dire: quatinus ex iuſta ratione quotiens
eum deficientem in lectione deprehende-
ret: totiēs ei verbera īgeminaret. O nūc
infelicem puerum niſi citius habeat libe-
ratorem clementiſſimū erkenwaldū. Ac
miro modo cū ſancta multa liberationis
genera ſuppeterent: preelegit modū qui
pueri ſtudio et magiſtri propoſito pluri-
mum congruebat. Precibus itaqꝫ et me-
ritis preclari doctoris erkenwaldi affuit
puero ſapientia que aperit os mutū: et
linguas infantium facit diſertas: affuit
inꝙ ac diuinitus eum edocuit quod a nul-
lo ante magiſtrorū audiuit. Cū enim pu-
er lectionem ſine libro proferre cogeretur
non ſolum quod magiſter eius tradide-
rat abſqꝫ obſtaculo atqꝫ diminiculo red-
didit: verūetiā illud qđ preceptor eiꝰ tra-
diturus fuerat obſtupeſcente magiſtro:
memoriter diuqꝫ recitauit. Tunc vero di-
ſcedit a ſcolꝰ tādē ad cor reuerſꝰ irā remiſit ve-
niamqꝫ fuge puero conceſſit atqꝫ ſeipm
qđ ſctō puerū ſubduxit neqꝫ honorem tā-
to patrono dignum exhibuit grauiter cō-
dempnauit. Erat quidā de trāſmarinis
partibꝰ aduena balduinꝰ noīe ⁊ pluribꝰ
notꝰ londoñ. qui intollerabiliter igne fe-
briū anxiatus eſt. Queſiuit vbiqꝫ refri-
geriū medele ſꝫ inuenire nō valuit. Qua-
dā igitur die dū miniſtri ecclīe doctoris
gentiū feſtiuitatē ⁊ honorē dei ⁊ ſcti erkē-
waldi tā deuote ꝯcinerēt: cōtinue ſuppli-
cauit vt ad tumulū ipſiꝰ deduceret: ſpe-
rās ſicut cōtigit ſoſpitatē ſibi eē per eiꝰ
merita reddendā. Dū ergo allatꝰ eſſet ſe-
cus introitū chori admodū laſſꝰ et lāgui-
dus reſedit et obdormiuit. Vidit igitur
ſopitus aſſiſtere ſibi virū elegantem cū
baculo paſtorali veſtibꝰ niue candidiori-
bus ac ſacerdotalibꝰ indutū ⁊ infula mi-
tratū: quemadmodū epiſcopi miſſam ce-
lebraturi veſtiuntur. Qui perſcrutatus
eſt quid haberet vel cur aduenisset. Reſ-
pōdit eger. Dñe febriū moleſta paſſio me
fatigat et iugiter torquet et vt remediū
conſequerer ad portū ſalutis ⁊ ad ſepul-
chrū ſancti cuiꝰ hodierna ſolennitas agi-
tur cōfugi. Dicit ei ſctūs. Fiat tibi ſicut
vis: et ſicut credidiſti. Deinde vero ī mo-
dum crucis ante et retro dextrorſum ⁊ ſi-
niſtrorſum caput illius molliter ac ſuaui-
ter cōprimens diſceſſit: ſigno ſancte cru-
cis fronti eius impreſſo. Ipſe aūt febrici-
tans iam ſanus ſopore adhuc fluctuans
exclamauit. Dñe dñe miſerere mei: et al-
leuia dolorem meum. Et expergefactus
leuita euangelium incipiēte proprijs vi-
ribus ſurrexit et oblationē obtulit pſtra-
tus in terram gratias egit: et poſt miſſā
ſoſpes domū redijt. Audiens vero conſo-
dalis ipſiꝰ eodē morbo grauatꝰ: eadē ho-
ra baiulatus inter manus ſuorum ad ſe-
pulchrum beati viri peruenit: et opitulā-
te ipſo eodem modo ſanatus eſt. Quel-
la ex ciuibꝰ lōdoñ. multis diebus langue-
bat febre fatigata nec vllo genere meden-
di potuit reſtaurari: ſed dominus clemē-
tiſſimus huius remedium ei conferre di-
gnatus eſt. Nam dilectus ſuus erkēwal-
dus noctu illi viſus eſt aſtitiſſe: et in hūc
modū ſibi ſermocinari. Diu excocta es ī
fornace huiꝰ temptationis non ꝙ aliquo
criminali peccato vitam tuam commacu-
laueris: ſed in futuro iuuenilem petulā-
tiam virga correctionis ſtudeas edoma-
re moreſqꝫ maturos imitari. Craſtina
enim die accelera ſepulchrum meum vi-
ſitare: ibiqꝫ oratura dominum noſtrum
iheſum chriſtū ab hac debilitatis cathe-
na liberaberis. Illa quidē tremebūda cū

vellet nomen eius percunctari: ſed nimi-
us pauor ipſi ignem reddidit. Hoc ſeruus
dei ſentiens: ſubiecit erkenwaldus nun-
cupor habēs ſepulchrum in dextero late-
re altaris ſctē fidis virginis ⁊ martiris.
Quo cū peruēneris credēs firmiter: ſana eris
Cum hoc ſomniū nimiorem geſtā pater
et mater mane ipſa narrante didiciſſent
nimis hilares effecti deumqꝫ laudantes
in eadem hora filiā ſuam inter brachia
fultientes adduxerunt et vt ſanctus pre-
ſul docuerat iuxta manſoleū ipſius eam
collocauerunt. Cumqꝫ in puncto momē-
ti eſſet in ſomnū ſoluta ſtatim totiꝰ dolo-
ris egritudo euacuata eſt: et ipſa reddita
toto corpore incolumis: Filia cuiuſdā
deo deuoti de partibus lincoln̄. elegan-
tis forme debilitatis verbere flagellata
eſt: et tandem officium auditus omnino
amiſit. Parentes ipſius graui meroris
fulmine percuſſi medicos conduxerunt:
vt ſoſpitati redderetur. Sed medicoꝝ
ars et ſubtilitas ibi efficatiam inuenire
non potuit: ſtatuerunt autem opem diui-
nam experire ad eam ad limina ſanctoꝝ
circūducere vt multiplicatis interceſſo-
ribus curaretur. Quo facto: cū nuſq̄ ſa-
lutem corporis recuperare poſſet: ad vl-
timū deducta eſt ante tumbā patroni no-
ſtri venerabilis erkēwaldi preſulis. Ibi
ſopita: cū expergeſceretur patefactis au-
ribus et ſanie guttatim cōfluente: redin-
tegrata eſt priſtine ſanitati ad laudē do-
mini noſtri ihesu xp̄i: cui eſt honor ⁊ glīa
in ſecula ſeculorum amen. Mulieris cu-
iuſdā manui adheſerat forfex ita vt ma-
nu clauſa et digitis palme concretis: al-
tera virgarū comprehenſa teneretur / al-
tera ſuper digitos exterius tenderetur /
arcu forficis ſuper indicem exiſtente: af-
flicta ſic fuerat per triennium. Ammoni-
ta tandem in ſomnis londonias profecta
eſt: debilitatis ſue remedium ſuſceptura
Ieiuniis igitur vigiliis et orationibus
inſtanti in ſomnis ſibi apparuit vir qui-
dam in habitu et geſtu pontificali: conſu-
lens vt eccleſiam beati pauli intraret an-
te tecam ſancti pontificis erkēwaldi di-
uine potentie clementiam in ſua curatio-
ne expertura: Credidit mulier ſurrexit:
et dū mane eccleſiam peteret: ante predi-
cti pontificis manſoleum proſtrata miſe-
rationis diuine expectabat auxiliū. Dū
vero proceſſionis miſteria agerent̄ ſur-
rexerat iam ab oratione: et ſtans ante ſā-
cti pontificis erkenwaldi tecam viſa ora-
re erectis manibꝰ et oculis. Interea mul-
tis intuentibꝰ aperta eſt manus: digitis
eminus a palma ſeparatis. Ferrū a car-
ne paulatim ſeparabatur et virgularuꝫ
altera ꝓcul ab altera reducta cecidit for-
fex a manu eiꝰ ante altare: paulatim po-
ſtea plene curatur ad laudem dn̄i noſtri
ihesū xp̄i cui eſt honor et gloria in ſecula
ſeculorum amen.

## De ſancta Ermenilda regina.

SAncta enī ermenilda ercon-
berti regis cācie ſancteqꝫ ſex-
burge filia ad omnem pieta-
tem compaſſionē et omnium
neceſſitudinum ſubuētioneꝫ
materna viſcera ante omnia induebat.
Eadem in omnes benignitas in xp̄o cha-
ritas eadem iugiter ad celeſtia regna et
deſideria aīoſitas erat. Tradita eſt autē
a parentibus Wlfero regi merciorum in
vxorem: et illa mediatrice regnū mercio-
rum et cantuariorū quaſi vnicū effectuꝫ
eſt. Interfecto penda rege pagano cum
triginta ducibꝰ ſuis a rege oſwio ſancti
oſwaldi germano Wulferus eius filius
ſuſcepto baptiſmate regnare cepit cuiꝰ
vxor ermenilda a parentibus informata
ſua dulcedine blandifluis hortamentis /
moribus ac beneficiis indomita mulcēs
pectora ad ſuaue chriſti iugum rudes po-

pulos et indoctos excitabat: ⁊ peruerſos
et rebelles potenter reprimebat. Nec re-
quieuit inuicta donec ydola et ritus de-
moniacos extirparet eccleſijs ac ſacerdo
tibus regnum impleret populũ ad ſacra
oratoria ad diuina officia ad om̄ia pieta-
tis opera aſſuefaceret. Rex vero ſanctis
ipſius deſiderijs ac petitionibus animo
volenti obediens eius monitis ſe vltro in
clinabat. Non ſolum enĩ ipſius vota re-
gia poteſtate adiuuare ſtuduit: verũ eti
am eius prouocatus exemplis multa fa-
ciebat nephanda ſimulachra execrãdo a
finibus ſuis exterminauit. Hanc xp̄i fa-
mulam mirabatur venerando eiuſqꝫ int̄
ſecularia flumina fixam celo intentionẽ
emulabatur. Nata eſt autẽ ſancte erme-
nilde proles vnica ſancta Werburga ac
poſt decẽ et ſeptem annos regni ſui Wl-
fero rege mortuo ipſa cũ filia ſua deo di-
lecta monaſteriũ elyenſe ſub matre ſua
ſexburga intrauit ac habitum religiõis
ſuſcipiens omnem ſpem et amorem ſecu
li propter chriſtum reliquit vigilijs abſti
nentijs precibus ⁊ lamentis corpus caſti
gando omnibus ſe inferiorem exhibuit:
et tandem bonis operibus idus februarij
vitam finiuit. Uir quidam ſaxonicꝰ fer
ro vinctus inter miſſarum ſolẽnia ad ip-
ſius tumulum orabat et lecto euangelio
ipſum ferrũ de brachio tanta vi diuinitꝰ
excuſſum eſt vt ſuper altare in conſpectu
omnium eminus euolaret. Cum magi
ſter quidã pueros ſermonibꝰ correptos
verberibus plectere temptaret et illi diſ
ciplinam vitantes ad ſepulchrum ſancte
ermenilde clamantes et pro ſua liberati
one orantes confugerent inſequutꝰ ma-
giſter eos rapit ⁊ vſqꝫ ad ſatietatem ani
mi verberat cum tali inſultatione flẽtes
increpans. An putaſtis ſanctam ermenil
dam veſtrarũ culparum ſemper habere
patronam: Nocte ſequenti ſancta eidem
apparens pedes et manus fortius q̄ cõ-
pedibus ſtrinxit. contractuſqꝫ eſt ſubito
vt nullo mõ mouere ſe poſſet. Mane aũt
vocatis ad ſe pueris veniam ſuppliciter
efflagitat et vt pro ſe intercedant lachri
mabiliter implorat. Delatꝰ poſt hec ad
tũbam ſancte: ſaluti priſtine reſtituitur.

## De ſeruo dei Eſterwino abbate.

COlfridus autem famulꝰ xp̄i
⁊ abbas monaſterij ſcti pau-
li apoſtoli quod eſt in gyrwin:
ſuper tinã fluuiũ verſus au-
ſtrum conſtructi eſterwinum
preſbiterũ de monaſterio beati petri eli-
gens abbatem eidem monaſterio regen-
di iure prefecit vt quem non poterat ſo-
lus laborem ſocia dilectiſſimi cõmilito-
nis virtute leuius ferret. Erat autẽ mo-
naſterium ſancti petri ſuper ripam We-
re fluminis ad boream conſtructum. Su
ſcepit igitur vir domini eſterwinꝰ curã
monaſterij regendi: anno dñi ſexcenteſi-
mo octogeſimotertio nono videlicet ex q̄
fundatũ eſt anno. Permanſit aũt in eo vſ
qꝫ ad obitum ſuũ annis quatuor vir no-
bilis ſed inſigne nobilitatis non ad iactã
tie materiem vt quidam deſpectũqꝫ alio
rum ſed ad maiorem vt dei decet ſeruum
animi nobilitatem conuertens. Patrue-
lis quippe erat abbatis ſui benedicti co-
gnomine biſcop: ſed amborum tanta mẽ-
tis ingenuitas talis mũdane ingenuita-
tis fuit pro nihilo cõtemptus vt neqꝫ iſte
monaſterium ingreſſus aliquem ſibi pre
ceteris ob intuitũ conſanguinitatis aut
nobilitatis honorem querendum neqꝫ il-
le putaret offerendũ: ſed equali cum fra-
tribus lance boni propoſiti iuuenis glo-
riebatur ſe regularem per omnia ſerua-
re diſciplinam. Cum enim fuiſſet mini-
ſter egfridi regis depoſitis armis et aſſũ
pta militia ſpirituali tm̄ manſit humilis
fratribuſqꝫ alijs ſimilis vt ventilare cũ

eis triturare: oues vaccaſq; mulgere in piſtrino/in orto/in coquina/in cũctis monaſterii operibꝰ iocundus exerceri gauderet. Abbatis autem regimine aſſumpto eodem animo quo prius manebat ad omnes mitis/affabilis/et benignus omnibus et cũ oportunum videret: peccantes coercuit. Et cum operãtes fratres reperiret vel arando vel ventilabrum manu concutiendo vel aliquid tale gerẽdo: ſe eis in opere coniungere ſolebat. Erat enim et viribus fortis lingua ſuauis anima hilaris beneficio largꝰ et aſpectu honeſtus. Eodem quo fratres cibo eadem veſcebatur in domo cõmuni dormiebat in loco. Cum autẽ dies obitus eiꝰ appropinquaret: accitis ad ſe fratribꝰ pacis oſculum eis dedit ſalutaribꝰ monitis eos inſtruxit et nonis martii ſeculum reliqt Nam per cuncta graſſante peſtilẽtia cũ multa fratrũ caterua ad dñm migrauit.

## ¶ De ſancto ethelberto rege ⁊ cõfeſſore.

Ethelbertus aũt rex deo amabilis tertius erat regũ cancie ſed primus regni celorũ aſcẽſor. Quicq̃d anglorũ apoſtolus auguſtinꝰ diſcipuliq; ſui euangelici in vinea et meſſe dñi profecerunt ſalua preuentrice xpi gratia huic debetur. Quantũ enim in humanis rebus eſt niſi ille conceſſiſſet niſi diuinos operarios adiuuiſſet: nullus cultus nullꝰ fructus vere ſalutis anglorum terre proueniſſet. Suſcepit in legatis ſuis xpm adhuc incredulus laudauit eterne felicitatis nuncium cui diffidebat collegit anxios aduenas ĩ vrbe ſua dorobernia quos neſciebat dedit ibi cũ vite neceſſariis mãſionem temporalem deinde perennẽ hiis quorũ ſectã non admittebat. Nõ illos vt ignoto habitu ⁊ moribus abhorruit non vt alienos repulit non vt humiles cõtempſit non vt ſuorum numinũ ac paternarum legum damnatores damnauit: ſed animi clementia predicãtibus fauit ⁊ vt ad ſuam fidem quos poſſent cõuerterẽt: patienter tulit clementer annuit. Tam benignus erga xpianos in natiua gentilitate fuit ꝙ tandem induta xpianitate Quod enim auguſtinus cũ conſortibus humiliter euangelizabat: iſte ſublimiter confirmabat. Quod ille apoſtolice plantauit: iſte regifice propagauit. Rex enim exhortatione ac promiſſiõe beatitudinis eterne magis q̃ ſuo terrore ſatagebat: ſicut diuino documento didicerat voluntarios non coactitios deo acquirere. Regis quoq; ſubiectos vel conſortes ad cultum xpi tota benignitate excitabat credẽtes vt fratres cognatos ⁊ cõciues regni eterni mire amplectabatur vbiq; xps colebatur ⁊ eccleſiis paſſim conſtructis: phana et delubra aut deſtruuntur aut in eccleſias conſecrant̃. Quanto hunc cõgratulationis affectu pro ſuſcepta fide ſanctus gregorius fouit quã mellifluis epiſtolarum inſtrumentis ac ſi celeſtibꝰ oſculis ad omnem pietatem attraxit ad omnem virtutem accendit ad ineffabile dilatãdi xpi regni premium propoſito conſtantini auguſti exemplo incitauit? Cõſtruxit per auguſtinum dñi ſaluatoris eccleſiã: ac etiã extra vrbis muros in honore apoſtolorũ petri ⁊ pauli inſigne monaſteriũ vbi et rex et pontifex cum omnibꝰ ſucceſſoribus ſuis perpetualiter requieſcerẽt In londonia in honore beati pauli apoſtoli eccleſiam conſtruens illi epiſcopum prouexit. Roffenſis ſimiliter preſulatus cum eccleſia ſancti andree apoſtoli ab ipſo fundatus ſufficienter dicatur. Elienſis quoq; monaſterii ipſe fundator in antiquis cartis legit̃ ꝙ̃ beata virgo etheldreda poſt longam deſolationem ſuũ ibi primatum mereat̃. Hec et alia inclita vl pontificalia vel monaſterialia quantum

liberaliſſim⁹ rex et ſuperni regni cultoꝛ
amantiſſimus cū ceteris minoꝛibus oꝛa
toꝛijs ſublimauerit: re ipſa hodie eluceſ-
cit. Monaſteriū apoſtoloꝝ regijs poſſeſ-
ſionib⁹ amplianit oꝛnatu vario decoꝛa-
uit regia liberalitate et apoſtolica aucto-
ritate pꝛiuilegijs multiplicib⁹ honoꝛan-
do. Ad hoc enim monaſterii ſanctus dū-
ſtan⁹ crebꝛis noctib⁹ oꝛādi gratia veniēs
viſionē ſupnoꝝ ciuiū vidit ⁊ hymnis ce
leſtibus intereſſe meruit. Qui ſepius di-
xiſſe fertur ꝙ vbicunqꝫ in eccleſia vel ci-
miterio pedē quis verteret ſuper aliquē
ſanctoꝛum calcaret adeo loca coꝛpoꝛib⁹
ſanctoꝝ plena eſſe aſſeruit. Ethelber-
tus eni rex cū vſqꝫ ad hūbꝛie fluuiū ſub
diſcione ſua poſſideret ſic ſe pauperē xpi
exhibuit tanꝗ nihil haberet. Gloꝛioſum
erat videre late imperantē egenis ſerui-
re reges terrentem ſacerdotes dei metu-
ere populis pꝛeſidētē clericis obedire pu
ſillos et infimos eccleſie venerari. In cō
peſcendis vitijs virtutibus extollendis
mandatis dei explendis cunctiſqꝫ pieta-
tis operibus quantū enituerit: ille ethe-
reus liber tanto clarius expꝛeſſit quāto
in hijs ſegnius mundus obmutuit. Mi-
grauit aūt ad dn̄m ſexto kal. Marcij. an
no regni ſui quinquageſimoſexto aduen
tus beati auguſtini ad ſe ac ſuſcepte xpi
anitatis viceſimopꝛimo: et anno domini
ſexcenteſimo ſextodecimo. Qui (vt bede
verba ponamus) inter cetera bona q̄ gen
ti ſue conſulendo conferebat etiā decre-
ta illi iudicioꝝ iuxta exempla romanoꝝ
cū conſilio ſapientium conſtituit que cō-
ſcripta angloꝝ ſermone obſeruabant ab
ea. In quibus pꝛimitus poſuit qualiter
id emendare deberet qui aliquid rex vel
eccleſie vel epiſcopi vel reliquoꝝ oꝛdinū
furtim auferret volens ſcꝫ tuitionē eis
quoꝛum doctrinam ſuſceperat pꝛeſtare.
Eius autē ſanctitatis teſtis eſt antiqui
tas veterumqꝫ ſanctoꝝ fauens auctoꝛi-
tas ꝙ ſcꝫ antiquitus a pꝛimoꝛdio ipſius
inter ſāctos celebꝛata ſit ſolēnitas. Cū
quodam tpe ei⁹ feſtiuitas negligeretur
nec poꝛtic⁹ ſua ſolito oꝛnatu nec lumine
veſtiretur ſacerdos quidā eadē nocte de-
uotionis gratia ibidē excubās vidit pue
rum quēdam de tumba ſancti regis pꝛo-
cedere cū tanta claritate: vt poꝛtic⁹ tota
reſplendere videretur faculam lucidiſſi-
mam in manu geſtabat facies benigna
et niuea cū oculis ſiderijs illi erat aurea
ceſaries humeros velabat et contempla
toꝛem ſuum ſtupidū et trepidū ſic affat.
Nec lucē inquit mihi in hac vna mea no-
cte miniſtrare curaſtis nec a deo dignum
exiſtimaſtis. At ego perenni illuſtratus
ſplendoꝛe nequaꝗ veſtro indigeo lumi-
ne. Hec increpando dicens tūbam ſuam
eodem contemplatoꝛe vigilante et euidē
tiſſime intuente ſubijt. In miſterio viſio
nis hui⁹ poteſt videri foꝛmā pueri ſigni-
ficare ei⁹ poſt baptiſmū in xpo ſimplicita
tem atqꝫ euangelicam peruuli innocēti-
am in nuditate: inoꝛnate ſue poꝛticus
iniuriam in pꝛetenſa lampade fratrū re-
darguiſſe negligentiam et incredule ceci
tatis culpam.

## De ſancto ethelberto rege et martire.

Gloꝛioſus oꝛientalium anglo-
rum rex ethelbertus ſecūduꝫ
dignitatem ſeculi claris exti-
tit natalibus oꝛiundus ex an
tiquoꝛum regū nobilitate conſpicu⁹ mo
rum honeſtate pꝛeclarus patre quidem
ethelredo matre vero leoueronia nat⁹.
Et cū intelligibiles pꝛoceſſiſſet ad annos
traditur indolis puer ſacris litteris eru-
diend⁹. Cūqꝫ in diſciplina lr̄aꝝ pꝛfeciſſet
non voluptatū illecebꝛis animū implica
re curauit ſed oꝛationibus et elemoſinis
ceteriſqꝫ operibus bonis tota ſolicitudie
inſudauit. Coetaneis eius ad ludos exer
citatis: ipſe in eccleſia conuerſari gaude

bat. Demũ adoleſcens factus et patre orbatus ad regni ſolium ſublimatur. Prouidus enĩ erat in conſilio iuſtus et miſericors ſemper in iuditio ⁊ manſuetus in verbo. Parcere nouit ſubiectis et debellare ſuperbos. Matrem ſuã diligebat vt dominã ⁊ quecunq; matri placebant: nõ diſplicebant ſibi. Monetur demũ ab omnibꝰ regni ſui nobilibꝰ immo ad vniuerſis cogitur vt virginẽ ducat de qua heredem proprio ſuſcitare poſſit in regno. Acquieuit rex humilis huiuſmodi conſilio ⁊ ſpe ſucceſſiõis hereditarie cor docile ad ſponſam capiẽdam incẽdit. Laudat quidam conſul cuiuſdam egeonis filiam nomine ſeledridã in auſtralibus partibꝰ diuitijs opulentam: cui defuncto patre regnũ remanſerat regi conſilium datur vt ei in coniugiũ copuletur vt de duobus regnis vnũ fieri poſſet. Repudiatur hoc cõſilium abnegatq; rex patrẽ virginis nequaq̃ fuiſſe degenerẽ veruntamẽ ad omnem fraudẽ et dolũ eum ſemper extitiſſe procliuẽ. Patri inquit meo graues tetendit inſidias: fraudeſq; nõ diſtulit moliri diuerſas. Diſplicet ergo mihi ignobile in eodem genere ſortiri contuberniũ: qḋ hactenus a fide et veritate extitiſſe dinoſcitur alienum. Ignobile iccirco vocari debet qꝛ fundamẽtũ nullius ſtabilitatis habet. Tandem habito cõſilio verſus offam regem merciorũ ad petendã in vxorem filiam eiꝰ ire diſpoſuit ſed ĩ ipſo profectionis exordio antiq̃ equũ aſcenderet mirabile ſignũ ſtupentibꝰ cũctis innotuit. Sub ipſo namq; aſcẽdẽte terra mota eſt imminens periculũ mortis p̃figurãs tota diei claritas ſubtracta ſubito diſparuit: ⁊ quaſi quedã colũpna nebulis hinc inde oppoſitis obducta ſub nube erupit que aliq̃diu quadã tenui flamma eis veſtigia lucis miniſtrauit: Que columpna diu viſa: a nube demũ ſuſcepta eſt. Deinde viſus eſt nigreſcere ſol et horridas tenebras terre noctis ingerere. Cũq; multi ſtupefacti mirarentur ethelbertꝰ cõſolatus eſt eos dicẽs. Nolite turbari licet radijs occultatis nobis ſol lucem negauerit diei nulla meſticie grauitate afficianeur animi veſtri. Cumq; alter alterũ vix videre poſſet: faciamꝰ inq̃t rex qḋ nobis expedit mentes noſtras ⁊ corpora humiliemus deo: et dñm rogemꝰ in terram proſtrati vt tenebras ammoueat et cordis ⁊ corporis nobiſq; lucem ſue claritatis infundat. Proſtratis in terrã cunctis: ⁊ dei famulo ethelberto diutius orante ſplendor diei repente illuxit et ſol ſuos radios patefecit. Veniẽs ergo rex in regnũ merciorũ cũ membra ſopori dediſſet viſionẽ vidit quam ſuis poſtea retulit dicẽs. Videbatur inquit mihi cõſules ac tribunos regni mei in regno meo prope me aſſiſtere vbi multis ſermonibus cũ meis habitis: ruit a ſummo culmine totum faſtigium regie domus mee cornuaq; thalami mei euulſa ceciderunt. Mať mea hec preſens contẽplabatur et eiulans lachrimabatur. Lachrime vero eius cadẽtes erãt quaſi gutte ſanguinis decurrentis in terram. Deinde aſpiciebam arborẽ pulcherrimam in domicilio meo creſceſcere proceram valde frondibꝰ et folijs mirabiliter expanſam ⁊ decoram nulliꝰ arboris ſimilitudini in pulchritudine comparandam Ad cuius radices quidã vltro inſiſtebãt qui hanc toto conamine ſue feritatis incidebant. Ex qua ſucciſione quidã torrẽs ſanguis effluxit: qui ꝯtra orientẽ magno impetu curſum ſuũ extendere feſtinauit In contemplatione vero eiuſdem viſionis eximie columpnũ lucis ab auſtro ſole ſplendidiorem videbam exurgere ⁊ mirantibus qui aderant et ſtupentibꝰ vniuerſis ad celum vſq; flammiuomis radiis ſequentibꝰ aſcendere. Ego aũt erã ſingularis auis in terra totaq; extremitas alarum mearum erat aurea. Eſtimabã

qꝫ me arborem illā leuiter poſſe circūple=
cti ſi fortitudini mee vel potentie aliqua
occaſio pateretur circūplectendi. Demū
pennarū remige temperato celeri volatu
ſuperiora columpne lucis aſcendo. Cum
aūt in ſupremo culmine illius ꝯſediſſem
et claris luminarib⁹ que ſumm⁹ ille oīm
princeps de⁹ in firmamento collocauit to
to oculorꝫ aſpectu ſedulus contemplarer
audiui voces in ſublime celeſtis armonie
miſcere concētus: cuius nectarea delecta
tus ſuauitate ſiue ad dulcedinē melodie
magis magiſqꝫ intentus ſompno ſolut⁹
ſum. Cū aūt aliqui interpretarent̄ eū in
potentia et gloria regib⁹ preteritis potē
tiorem ⁊ excellentiorem futurū: rex ait.
Fides vtiqꝫ reuelatiōis aliud habebit ex
perimētū et maioris interpretationis lō=
ge altiorem pertiget ad actū. Facilis for=
taſſe nobis hodie ad tyrannū patebit in=
greſſus verū ignoratur libertas reuertē
di. Sententiā que ſuper me prefinita eſt
a deo animo hilari et ſpontaneo patiēter
expecto. Nobis aūt videtur caſus ille do
mus a ſummo faſtigio corruentis: deſo=
lationem regni ſignificare poſt necē eius
Cornua vero thalami cadēdo ad terrā cō
fracta: fortitudo eſt principat⁹ eorꝫ per
mortē principis ſui conculcata ab inimi=
cis et in nihilum redacta. Sanguinolen
te lachrime matris dolores cordis ſunt ⁊
paſſiones quos pro amiſſione filij ſui ſi=
ne intermiſſione perferebat. Arbor proce
ra et longa regis perſonam deſignat cu
ius ſummitas frondib⁹ et foliis conden
ſa ⁊ in latū expanſa: latitudinem ſancta
cum portendit virtutū per quā ſanctorū
vita adornatur. Qui arborē ſuccidebant
occiſores beati martiris erāt. Torrēs ſā=
guinis de ſucciſa arbore: ſanguis marti=
ris innocenter effuſus creditur eſſe q̄ ad
orientem curſum ſuum direxit qꝛ inno=
centia mortis eius ad deū in celo vt vindi
ctam acciperet clamauit. Colūpna lucis
que vſqꝫ in celū tendebatur: claritas bo=
norū operū ipſius exprimitur. Quod ſe
eſſe auem videbat pulchritudine ſingu=
larem: cui⁹ ale in extremitate erant au=
ree ſignificat ſpiritū ei⁹ geminis alis vir
tutū dilectione: videlicet dei et proximi
circūdatum/ſplendentem fulgore ⁊ luce
bonorū operū: quib⁹ in ſummo culmine
lucide columpne ſubleuari et pertingere
poſſet ad glorioſam viſionē eterne maie
ſtatis dei. Audiuit etiam voces in celo ce
leſtis glorie ad gaudia eū felicitatis eter
ne inuitantes. Mane aūt facto: cū ad cu=
riam regis eſſe appropinquaret: alftrida
virgo ſtans in excelſo ſolio regē cum pul
cherrimo apparatu venientē conſiderās
admirata pulchritudinē gauiſa eſt con=
templari militiā. Et cū multū regis ap=
paratū/pulchritudinem/et nobilitatem
cōmendaret: et eū pꝛi laude et gloria pre
ferret mater ei⁹ inuidie ſtimulis agitata
ſtatim in animo deliberauit regē ethel=
bertū morti tradere et regnū orientalis
anglie tāti regis interitu viduare. Et ſta
tim ad regem offam intrās procidit ſe in
terram ante conſpectū eius et ſuſpirans
et ingemiſcēs ait. Acquieſce princeps in=
ſignis conſilijs meis et ne tradas regnū
tuū gentibus alienis que ſuper populū
tuum conſtituent prelium et contra fili=
os tuos ſuſcitabūt bellū. Heredes tui la=
queis eorum capientur et captiui in ma
xima miſeria interficientur. Ad patres
tuos cum appoſitus fueris ſi aduenam
nobis dominari permiſeris abſqꝫ liberis
erunt vxores ⁊ vidue et viri morte peri=
bunt. Ecce adeſt ethelbertus rex petitu=
rus filiam tuam ſuperbā per te factur⁹
gentē tuam fiet rex idē ſemper ditior tu
vero ad omnia explēda pauperior ille for
tior oſſa impotentior/ille ſuperior tu in=
ferior. Et qꝛ prouecta eſt etas tua et in ſe
nium verſa: illum aūt iuuentutis gloria
quaſi leonem ſciunt eſſe magnanimū hu

ic duces tui et conſules tui familiarit͛ ob
ſequentur. Fac ergo vt ei⁹ gloria fiat in
ignominiam et ſuperbia hominis verta
tur in ruinã. Morte turpiſſima precipe
vt moriatur ⁊ de medio obprobriũ noſtre
gentis auferatur. Audiſti mi rex que ti-
bi neceſſaria ſunt tu autẽ preuide que no
bis ⁊ populo tuo profutura ſint. Hijs au
ditis: conuocatis magnatib⁹ ſuis ait oſ-
fa rex. Num inquit mea detrimenta et
dampna non conſideratis? Nonne vide-
tis gentes aduenas regis adoleſcẽtis in
ſipienter huc aduenisse et iam ſuper nos
exercere dominiũ firmo animo decreuiſ-
ſe? Quid hucuſq; fortes fuiſtis et liberi?
Siccine nationibus alienis tolerabitis
eſſe ſubiecti? Ne patiamini hãc nobis in-
ferri iniuriam qui vult vindicatur⁹ om̃e
genus veſtrũ accedat meq; larga manu
infinitas pecunias errogãte premia me-
ritis cõdigna que ad ſua ſecũ reportet ac
cipiat. Incautũ eũ per manũ apprehen-
dat et in tricliniũ meũ vt amicum indu-
cat. Ingreſſuſq; cũ fuerit domicilium
mortis ex abrupto patietur ſupplitium.
Proſilit ſtatim e medio Winebert⁹ auari
tie ſtimulis agitatus aſſum inquit rex fa
ctur⁹ quod precipis ⁊ accepturus qđ pro
mittis quoniã neminẽ poteris reperire
quem ad hoc exequendũ negotiũ melius
poteris accerſire. Nam in domo prĩs ei⁹
duodecim annis educatus et nutrit⁹ fui
et poſt mortem eius in ethelberti obſeqo
aliq̃diu inſudaui. Nemo ei vnq̃ famili-
arior/nemo amicitior fuit. Et accepta a
rege pecunia ad regem ethelbertũ perre-
xit et illi obuians vultu hilari dixit. Op-
time aduenisti princeps deſiderabilis q̇c
quid petiturus acceſſiſti gratanter obti-
nebis. Hec loquitur dñs meus et pollice-
tur. In accubitu ſuo regem offam inue-
niens cũ reſederis coram eo quelibet po-
ſtulata cũ amore percipies. Minuit enim
ſanguinem nec audet diei admittere cla
ritatem. Introibimus proinde ambo pa
riter ad aſpectum eius. Sit procul a no-
bis queq; frequentia militaris. Et acce-
dens ad regem oſculum ei dedit. Rex aũt
eius conſilio credẽs cũ illo ingredit͛ poſt
eos ianua obſtruitur. Cũq; ad oſtiũ tha-
lami accederẽt: depone inquit proditor que
ſo ethelberte rex balteũ ⁊ gladiũ ⁊ quo-
q̃ loco reconde: qm̃ ad tyrannũ nemo ar-
matus intrare valet niſi vt prouocet͛ ad
iram affectet. Et facto velociter prodito-
ris conſilio et ethelberto in thalamũ itro
ducto ligari precipitur et ante conſpectũ
offe ſine mora preſentatur. Ducib⁹ vero
et militibus non admiſſis oſtia recludũ-
tur: ſtat rex ethelbertus quaſi agn⁹ man
ſuetus ad victimam veram habẽs in hu-
militate patientiam. Cõmendat dño deo
aĩam ſuam ⁊ palam ait. Non eſt in homi
ne via eius multa ei ex inſpirato poſſunt
accidere que ſibi accidentia nequaq̃ fre-
quenter ſolet eſtimare. Heri ſecurus erã
et liber nunc miſerabiliter cathenis vin-
culatus ſum. Tenebre que me tanta ca-
ligine inuoluerũt hanc mihi mortis horã
deo terminante prodiderũt. Sol dũ ſuos
radios retraxit huius vite lucẽ mihi ſub
tractã eſſe ſignauit. Sperabã petitionis
mee bonũ preſtolari euentũ et ecce in cõ-
pedibus diris meipm̃ conſidero crudeli-
ter aſtrictum. Tanq̃ latro aut predator
expecto ſententiam dampnationis mee.
Dũ hec et huiuſmodi interſereret tyran-
nus non ferens diutius eũ viuere: quid
miniſtri inquit mei expectatis cur opus
deſideratũ non acceleratis? Irruite velo
citer in eum et perficite imperium meũ.
Quo audito: ſanctus martyr intimo cor-
dis affectu cũ magna deuotiõe orauit ad
dñm et ſe ante iuſticiam ei⁹ peccatorẽ eẽ
et reum cognouit. Tunc accurrens Wi-
nebertus cũ maximo impetu in ſanctu;
dei irruit et gladio caput eius amputa-
uit. xiij. kal. Junij. Quod videns filia re

gis offe: procidit ſe in terrā dicens. Gratias ago tibi dñe iheſu chriſte qꝛ ſeruū tuū ethelbertū carnis hodie ergaſtulo glorioſa morte eductū participem fieri voluiſti celeſtiū gaudiorū. Et ſtatim ad eos q̇ aduentū dñi ſui foris preſtolabantur exclamauit voce magna dicēs. Quid hic foris expectatis viri fortes: quid expectātes deſideratis? Reuertamini ad terrā natiuitatis veſtre: et ea que de rege eorū facta ſunt orientalib⁹ anglis nunciare properate. Amputato enim capite: dignū corā deo compleuit martirium. Quod illi audientes cū mortem dñi ſui vlciſci non valerent cū magno eiulatu ⁊ plāctu ad propria reuertūtur. Tunc virgo alftrida ſpiritu ſancto repleta ingemuit: pleraqꝫ matri ſue futura predixit q̄ ſibi poſtmodum contigiſſe manifeſtum fuit. Trienio inquit poſt hunc diem non viuet fili⁹ tuus nec ſtabilietur regnū illius. Tu autē ipa plus ꝙ menſibus tribus in cōfeſſione dei nō viues ⁊ linguā tuā a demonio vexata corrodes / morte peſſima morieris / ruet iuuentus filij tui nec diu viuet egfridus poſt mortē ethelberti. Vouit enim virgo illa votū deo dicens. Non accedāt inquit vlterius proci corrūpendā petituri virginitatem meā: qm̄ dño et regi angelorum ſacrandā et conſeruandā cōmendabo eā. Ipſum ſpōſum ⁊ ducē habere volo: cui⁹ omnis multitudo celeſtis militie deſeruire congaudet imperio. Croulaudie paludes xp̄o diſponente videbo ibiqꝫ ſolitariam vitam emulari incipiam ⁊ cōuentus hominū euitare diſcam. Precepit autem rex offa corpus truncū efferri cū capite ⁊ in ripa fluminis quod luggo dr̄ ignobili ſepulture tradi. Dum aūt miniſtri corp⁹ ſanctū ad tumulandū deferrent adeo lene factum eſt eis pondus ac ſi res illa tota celeſtis eſſet. Quidam vero ſanctū caput ſeparatim geſtantes vt maiori foret ludibrio ante alios precurrētes in terra

volutabant. Eadē aūt nocte magna gloria dni ſup glorioſū beati martyris ethelberti ſepulchrū appuit et luminis immēſi claritas effulſit. Videbatur adeo flamma immenſa vt tota regio igne putaretur accenſa. Nam colūpna lucis ſole ſplēdidior ab eius ſepulchro vſqꝫ in celū tendebatur: quam velut flamme omnia deuorantis in girum ſcintille ⁊ radij coruſcantes ſequebantur. Que regi offe relata: eum grauiter terruerunt et vt peniteret ad viam humilitatis reduxerūt. Qui decimam omnium rerum ſuarum eccleſie dei tribuit: agros etiam et rura ⁊ quecunqꝫ poſſedit decimauit. Tertia poſt illius martiriū nocte apparuit cuidā ſimplici viro quieſcēti in ſtratu ſuo cum magna luce in habitu claro et vt velocit̄ ſurgeret imperauit. Surge inquit brithfride ſurge et perge ad ſepulchrum meum et corpus meum iuxta monaſterium prope Waye fluuium conſtructum recondes ego ſum orientalium anglorum rex ethelbertus et vt hoc verbum facias: precepit tibi deus. Expergefact⁹ a ſompno vir ille oculos aperuit: et illuſtratā celeſti claritate totam domum proſpexit. Cumqꝫ brachia vt ſanctum comprehenderet extendere vellet: cum ſplendore claritatis martyr abcedens non comparuit. Exurgēs vir ille ⁊ aſſumpto ſecum vicino ſuo nomine egmundo corpus de terra eleuatum locum ⁊ albis veſtibus indutum in curru poſuerunt. Et occurrēs cecus quidam oculorum lumen ſancti regis meritis gratias agens impetrauit. Sepelierunt autem corpus ſanctum in loco qui antiquitus ferulega dicebatur id eſt ſaltus filicis nunc vero a prouincialib⁹ herefordia nominatur. Eadem tēpeſtate per plura annorum ſpacia vnaquaqꝫ nocte ſuper ſāctum ſepulchrū lux de celo emiſſa radiabat: que quidē in colūpna ignea glorioſum eius martyrium reuelabat.

Wilfridus demū rex: precepit cuidā epō
ſuo locum ſanctū adire et martyrē cū de-
uotiōe adorare Quo facto: magnalia dei
que audiuit: ſanitates infirmorū: cura-
tiones languorū quas oculis proſpexit:
innocētis regis interitū quē didicit prin-
cipi ſuo nūciare curauit. Wilfridus igit̄
rex ad eundē locum pecunias infinitas
delegauit: ⁊ eccleſiā miro ope lapideo ad
laudē et honorē beati martyris a funda-
mentis cōſtruxit: primuſq̄ oīm regum
eidē loco epm̄ ſubſtituit: ⁊ terrarū poſſeſ-
ſionibus atq̄ regalibus ornamētis deco
rauit. ¶ Narratio. Nō multū poſt hec
tempora inſtante die dedicatiōis eccleſie
beati dioniſij iuxta pariſi⁹ res digna cō-
tigit memoratu. Leproſus quidam vigi
liarū gratia ſecretū locū ī eccleſia cūctis
neſciētibus elegit. In ipſo aūt noctis cō-
ticinio tm̄ iubar totā illā eccleſiā illuſtra-
uit: vt multorū cereorū ſplendor illi iuba
ri cederet: vtpote quā ſol diuin⁹ illuſtraſ-
ſet. Inſompnē ducebat leproſus noctem
illam ⁊ pre claritate ineffabili obſtupuit
quid lumen ſequeretur expectauit. Et ec
ce dn̄s iheſus cū beatis apoſtolis petro ⁊
paulo: ⁊ ſctīs martyribus dioniſio: ruſti
co ⁊ eleutherio affuit Uidebat nāq̄ vigi
libus oculis dn̄m iheſum niueis veſtib⁹
indutū precedentē: ⁊ ſigna ſue dedicatio
nis luculenter parietib⁹ imprimentem
⁊ officiū epāle ſeriatim cōplentem. Com
pleto dedicatiōis officio: ad leproſum ſal
uator acceſſit ⁊ dixit. Intrepidus audi ⁊
foris expectātibus vr̄is epīs que vidiſti
⁊ que tibi mandauero aperi. Ne ſollicitē
tur de cetero pro dedicatiōis eccleſie offi-
cio: qm̄ ⁊ nos ei manū cōſecratiōis adhi-
buimus: ⁊ prout vidiſti totū cōſecratio-
nis officiū expleuimus. Et ille. Quis in-
quit domie dictis meis fidē dare poteſt:
Ego enim oīm hoīm miſerrimus ⁊ abie
ctio plebis factus: apud hoīes teſtādi lo-
cum nō habeo: qm̄ elephantina peſte de-
formiter laboro. Et acceſſit ei ſaluator et
leui tactu faciei eius manum admouit:
eiuſq̄ caput circūtegit: ⁊ ablata cū ipſis
horribilibus puſtulis cute: ipāq̄ ceſarie
leproſum ſanitati reſtituit: ⁊ ipſam quā
capiti eius carneā tunicā dextra erat: la-
pidi qui proximus erat depoſuit: eamq̄
ſicut erat effigiatim cū ipſis vlcerib⁹ ma
nere fecit: vt ipſam faciem excoriatā ve-
rā faciem putares: ⁊ de leproſa effigie ni
chil dubitares. Et adiecit dn̄s. Uade ſi
tibi non credent: iſtis viſis diſcredere nō
valēt. His dictis: tota illa beata viſio ab
oculis ei⁹ diſparuit. Mane aūt facto ad-
duct⁹ ad regē ait. Uere dedicationē iſti⁹
eccleſie a dn̄o deo factā hac in nocte vidi ⁊
audiui: ⁊ ita demū ſoſpitati reddit⁹ ſum
Et extendēs digitum: hic eſt inquit fene
ſtra per quā dn̄s aulā hanc introiuit Si
michi nō creditis ſaltē venite ⁊ ipis ope-
rib⁹ credite. Et adduxit eos ad lapidē no
bilibus eximijs inſignē. Quibus viſis:
lineamēta membrorū capitis aurium ⁊
palpebrarū: oris et nariū ita in ſuis ma-
nebāt locis imarcida vt omni ambigui-
tate depulſa etiā increduli nō dubitarēt
Albugines et impetigines elephantine
percuſſionis: ſic in illa pelle dinoſcebant̄
vt vlceroſe cicatrices humore intercuta-
neo ſudare viderētur. Parietes quoq̄ di
uinis inſigniti manib⁹ rei geſte teſtimo
niū perhibebāt. Repoſite ſunt ille eximie
inter reliquias: et quia nomen hominis
illius ignorabāt: ſanctū peregrinū eum
vocabant. Acta ſunt hec tempore regis
dagoberti.

## De ſctā Ethelburga virgīe ⁊ abbatiſſa.

Sancta ethelburga in prouin
cia lindeſeie in villa de ſtalīg
tofi origīnē duxit: cui⁹ pater
nomine offa nondū in xp̄o re
natus per filiā ſuā ad fidem
xp̄i cōuerti meruit. Hec enī virgo ſancta
a primeua etate carnis delicias et ſeculi

blādimenta abhorrēs: nō leuitati non io
co dedita fuit. Eiꝰ ſtudio hoſtis antiquꝰ
inuidēs patrem eius offam adhuc incre
dulū contra illā incitauit in furorē: vt de
patre ſeuiſſimꝰ fieret perſecutor. Puella
vero ſancta capellā in qua baptizata fue
rat ſecretius ſepe intrans crebris ſuſpi-
rijs ⁊ afflictionibꝰ deū inuocare ſtuduit:
vt ſuā caſtitatē carnali corruptela viola
ri nō permitteret. Via quā pedes virgi-
nis venerāde in tam ſctō propoſito eūdo
⁊ redeundo calcarūt nūq̄ marceſcens in
colore viridi vt fertur ſemper perſeuerat
Creſcēte aūt etate cū pater copule carna
li eam tradere vellet: penitꝰ renuit: vt po
te que a pueritia ſpōſum iheſum xp̄m ſi-
bi ex corde elegerat. Et parentū nō ſuſti-
nens moleſtias vnius ancille comitatu
cōtenta patriā relinquere cogitauit. Ar-
repto autē itinere: ancilla tam graui ſiti
ſubito eſt afflicta: q̄ niſi citius adiutoriū
adeſſet: mortē ſibi vicinā non dubitaret.
Hoc grauiter ferens ethelburga: flexis
genibꝰ oīm creatorē exorauit quatinꝰ ſi-
ti ancille ſue ſubueniret. Nec mora: fons
de terra erūpens ſitim ancille extinxit et
vſq̄ hodie manare nō deſinit. Cōtigit
illas tp̄e meſſis in domo mediocri hoſpi-
cio recipi: ⁊ poſt refectionē hoſpita cū ſua
familia ad agrū pergens: aſſignato vni
cuiq̄ opere laborem virgini ſctē aſſigna
uit: genibꝰ in terrā flexis ⁊ oratione fuſa
dei cooperāte gr̄a ſine manuū adiutorio
laboris impoſiti expletionē impetrauit.
Erkēwaldꝰ vero germanꝰ ſuus poſtea
londonienſis ep̄s de patrimonio ſuo am-
pliſſimo duo conſtruxit monaſteria vnū
ſibi in loco qui dicit̄ certeſeia: vbi ipſe pa-
ter monachorū cōuerſatiōe ſctiſſima exti
tit inſignis. Alterū vero monaſteriū mo
nialiū cōſtruxit apud berkingū: cui ſoro-
rem ſuā virginē deo deuotā p̄fecit ethel-
burgā. In ope enī inuenta eſt trabs vna
operi admodū neceſſaria ceteris breuior
⁊ ideo fabrice minꝰ apta. Sctūs ergo er
kenwaldus ⁊ ſoror eius aridā trabem in
ter manus ſuas arripiētes quouſq̄ cete
ris equaretur ip̄am in longū traxerunt.
Cōſtructo itaq̄ apud berkingū mona-
ſterio cū ſctā ethelburga habitū mona-
chalē ſuſcipe decreuiſſet cū in anglia nul
lum monialiū mōaſterjū fundatū erat:
ſctūs erkenwaldꝰ regularibꝰ diſciplinis
eruditā virginē noīe hildelithā de parti-
bus trāſmarinis accerſiuit: cui tradidit
ſororē ſuā ethelburgā moribꝰ imbuendā
Que in breui oēs ſorores ſctitate ⁊ mori-
bus trāſcendēs: cōgregatis multis ſoro
ribus abbatiſſa ⁊ mater oīm effecta eſt.
Carnē ſubiecit ſpūi: ieiunijs: vigilijs et
orōnibus die nocteq̄ deo ſeruire ſtuduit
oīa terrena velut caduca ⁊ friuola iudica
uit: ſclm contēpſit: ſororibus inceſſanter
p̄dicauit: ⁊ oēm vanitatē mūdi abhorre-
re docuit. Sūmus tandē arbiter vibrās
gladiū tendēs arcū: tenēs falcē acutā ex-
aminabat quos ad ſe colligeret. Ecce tē-
peſtas mortalitatis late vaſtās omia: ⁊
terrena diſpēdia celi faciens lucra: ſacer-
dotes ⁊ miniſtros mōaſterij beate ethel-
burge paſſim abſtulit a mundo: ⁊ terror
maximꝰ totū collegiū concuſſit. Quātis
tūc hortamētis virgo ſctā ſorores inſtru
xit: vt fide nō ficta ornarēt lāpades ſuas
⁊ tota vigilantia orōnum oīmq̄ opm bo
norū in occurſum dn̄i parate eſſent. Dul
ce enī ſane habebat poſt matutinas lau-
des ⁊ vigilias nō ad lectulos ſed ad ſepul
chra ſororū ⁊ fratrū choros ducere: et de-
functorū aīas orōnibus deo cōmendare.
Hac illis deuotiōe quadā nocte ibidē mo
re ſolito pſallētibꝰ ecce repente admirabi
lis claritas ſuper eā celitus effuſa: more
ingētis linthei late oēs operuit: et tanto
eas ſtupore p̄culit vt canticū qd̄ canebāt
tremefacte intermitterēt. Ipſe aūt ſplen
dor emiſſe lucis in cuiꝰ cōparatione ſol me-
ridianꝰ videri poſſet obſcurus: nō multo

poſt de loco illo eleuatꝰ: in meridianā mo
naſterij partē ſeceſſit et aliq̈diu loca illa
operiens: cūctis videntibꝰ ad celi ſe alta
ſubduxit: vt nulli eſſet dubium quin ipſa
lux que aīas famularū xp̄i eſſet ductura
in celis: etiā corporibꝰ earū locum in quo
diē reſurrectiōis eſſent expectature mon
ſtraret. Cuius radius lucis tantus erat
vt frater quidā ſenior in oratorio poſitus
vidit radios lucis per rimas oſtiorū ⁊ fe-
neſtrarū oēm diurni luminis ſupare ful
gorem. Quādam virginem monaſterij
ſui peſtis ſeua percuſſit et medio noctis
tpe ardētibus cādelis miniſtri ſeruabāt
moribundā. Cūq; illa maiori luce quam
mortalis aſpectꝰ caperet cōfortata eſſet:
⁊ zelo illius viſiōis accenſa crebro clamo
re orauit vt iſtā mortalem lucernā velut
inutilem extinguerēt. At illis qui nil pre
ter lucē materialē vidētes: dictis puelle
nō credētibus: illa ſubiūxit. Nūquid ob-
ſecro nō aſpicitis quātꝰ ſplēdor hic efful-
geat. Tanta eni claritate hāc domum vi
deo choruſcare: vt hec vr̄a candela videa
tur penitus deficere. Referebat eni quē-
dā dei famulū qui eodē anno obierat ſibi
apparuiſſe atq; illuceſcente diluculo ſuū
trāſitum ad ſupernā lucem ſibi nūciaſſe
Et factū eſt ita. Erat aūt in eius mona
ſterio virgo quedā nomine tortgitha ar-
dētiſſima virtutum emulatrix per mul-
tos annos dn̄o ſeruiēs in timore ⁊ humi
litate: iunioribꝰ ſtuduit prodeſſe tam do
cumento q̄ exēplo: exhortando obſecran
do ⁊ corripiendo. Hec tandē per nouē an-
nos velut aurum in fornace egritudinis
decocta: vt virtus in infirmitate perfice
retur: ⁊ ſanitatis offenſas vel negligen-
tias morbi medicina expiaret ⁊ tribula-
tio extollentiā reprimeret ⁊ patientia co
ronā augeret. Hec eni quodā noctis cre-
puſculo egreſſa de cubiculo vidit ſubito
humani corporis formā omni ſolis iuba
re ſplendidiorē a dormitorio ſororū in ar-
dua efferri. Lucebat ipſo nitore ſiderea
via ⁊ late choruſcātibus radijs clarū da
bat intuenti ſpectaculū. Interea appa-
ruerunt corde omni luce clariores in celū
tendentes quibus eadē glorioſa ſpecies
trahebatur. Nec multo poſt beata ethel
burga ad celeſtia regna migrās premō-
ſtrate imaginis oſēdit ſpectacula ſui trā
ſitus dediſſe indicia. Uirgo autē ſancta
ad extrema perueniēs plangentes ſoro-
res ⁊ eiulantes conſolata eſt dicens. No
lite flere filie mee dilectiſſime ſed potius
mecū gaudete ⁊ gratias deo agite: ⁊ vo-
cantē nos ad ſuā miſericordiā tota deuo-
tione ſequamur ⁊ toto corde. Fratres no
ſtri ⁊ ſorores abiere immo nos preceſſere
ploremus potius nos illis q̄ illos nobis
abeſſe q̄ ad beata ſecula migrauere: voſ-
q; mecum felicius optetis ire ad illa gau
dia q̄ me vobiſcū detineri in hac erūpna
Preueniamus faciē dn̄i in confeſſione et
iugiter ardentibꝰ ſupernorū deſideriorū
lampadibꝰ ſimus parate venienti occur
rere. Talia q̄plurima ſuggerēdo virgo
ſancta erectis ad celū manibꝰ animam
creatori ſuo reddidit. Prefata vero tort-
githa triennio ſancte ethelburge ſuper-
uixit: ⁊ prefatus languor illā ita exhau-
ſit vt conſumptis carnibꝰ oſſa pelli adhe
rere vel reſolui viderentur. Et ecce adeſt
ei ſancta ethelburga de ſuperna habita-
tione ſplendida inuitās anelantē ad ſua
cōuiuia. Que cū magna mentis iubila-
tione gratias agens deo: ſpiritū emiſit.
Regnāte ethelredo rege danorū exerci-
tus angliā intrās cede ⁊ incendio omnia
conſumēdo ad depopulādū mōaſterium
ethelburge venit. Approximātes aūt ſa
cro loco: proſpiciunt immanem lupū pre
foribus eccleſie vice ianitoris excubantē.
Qui velut cōtra tot pecudes ſubito inſi-
luit immaniq; rictu ac dētibꝰ infrendēs:
p̄cul oēs abſterruit: nec rebellare auſos
fugā iire coegit Querūt tutiores aditꝰ ſ3

ab alio oſtio acrius vrſus ꝓpugnator ex-
turbat. Tertiũ poſt hec ingreſſum tem-
ptantibus reſiſtit leo vaſtiſſim⁹ arcetqꝫ
lõge rugitu ⁊ impetu efferatus. Per be-
ſtias tandẽ a beſtiali feritate correpti et
intelligẽtes ſe diuinit⁹ extrudi: ſanctos
loci orãt ſe cum pace admitti. Et cum illi
ingrederẽtur pacis cultorib⁹ fere ingreſ-
ſum prebuerũt: ⁊ oblatis donis copioſis
⁊ iterũ egreſſis: beſtie nuſꝙ cõparuerũt
Alio tpe cum turba paganor̃ in mona-
ſteriũ ſctẽ virginis irruere niterẽtur qui-
dã ſcalam aſcendẽs protinus de alto ceci-
dit ⁊ fractis mẽbris velut cadauer exani-
me iacuit. Hoc ſocij videntes ad ſepulchrũ
ſancte virginis defunctũ deferũt: et ſibi
veniã ⁊ mortuo vitã flebiliter implorãt.
Nec mora reſuſcitato mortuo: abdicata
idolatria baptiſmũ ⁊ fidẽ ſuſceperũt xp̄i
Inundãtes iterũ dani ⁊ vt fluuius ſine
obice effuſi ⁊ omnia ſe armis cepiſſe rati
eccleſiã ſancte ethelburge ⁊ tumbã cõfri-
gere aggrediũtur. Et ecce continuo diui-
na percuſſi indignatiõe: alij rabie alij ce-
citate reliqui diuerſis cladibus ſunt per-
cuſſi. Hoc terrore compũcti: fuſis precib⁹
meritis ſancte virginis optatã ſanitatẽ
⁊ temeritatis ſue veniã conſecuti: leti re-
ceſſerũt. Mulieres tres cecitate percuſ-
ſe ad monaſteriũ ſancte virginis accedẽ-
tes meritis eius ſalutẽ ſibi dari implora-
bant. Quarum vna per ſanctã ethelbur-
gam: altera per ſanctã hildelitham: ter-
tia per ſanctã wlfhildã: erumpẽte ex ocu-
lis cruore amiſſam oculorũ lucẽ recipere
meruerũt. Puellã contractã ſanauit: ce-
cum illuminauit: preſbiterũ normannũ
qui librũ miſſalẽ quẽ virgo wlfruna con-
ſcripſerat: furtiue ab eccleſia auferẽs cũ
in mari quaſi naufragium pateretur ad
cor rediens ſatiſfactionẽ promiſit ⁊ fuſis
ad virginẽ ſctãm precib⁹ ad portũ opta-
tum peruenit. Viri duo ferreis nexib⁹
aſtricti: confractis iuxta tumbam virgi-
nis ſancte circulis ferreis et vſqꝫ in me-
diũ templi viſibiliter excuſſis: leti ad ſua
deũ laudãtes redierũt. Abbatiſſa que-
dam loci eiuſdẽ annis octo graui vexata
languore dum quodã veſpere ſermocina-
retur de libro vite ſctẽ ethelburge de quo
beda ſe memorat excepiſſe que indidit hi-
ſtorie ſue: nocte ſequente vidit ſe ad tũbã
ſancte virginis ethelburge ſedere a de-
xtris et wlfrunã virginẽ a ſiniſtris. De-
inde apparuit ipſa tumba aperta ⁊ glo-
rioſa virgo adiacere viſa eſt cãdidiſſimo
lintheo obuoluta: ⁊ in capite eius aureũ
diadema. Et ait wlfruna. Accipe a pedi-
bus huius ſub dependente lintheo litte-
ras quas inueneris ⁊ lege. Paruit illa ⁊
ſigillũ ſuſtulit litteris ita inſcriptum Re-
gnat ethelburga cũ xp̄o. Et ſoluto ſigillo
huiuſmodi ſeriem aureis litteris totam
inſcriptã reſpexit. In tribulatione in an-
guſtijs: in neceſſitatibus: in multa pati-
entia: in lõganimitate: in ieiunijs: in vi-
gilijs: in charitate: ĩ caſtitate: per arma
iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris: et libenter
gloriabor in infirmitatib⁹ meis: vt inha-
bitet in me virt⁹ chriſti. Cũqꝫ talia ⁊ plu-
ra virtutũ inſtrumẽta perlegiſſet wlfru-
na ita ſubintulit. He ſunt virtutes qui-
bus beata ethelburga ad hanc glorie ex-
cellentiam qua nunc preminet aſcendit.
Quaſi diceret. Queſiſti eius vitam: iſta
eſt: imitare cum patiẽtia. Obijt autem
virgo ſctã ethelburga quinto idus octo-
bris: circa annũ dñi ſexcẽteſimũ ſeptua-
geſimũſextũ. Mulier quedã offerẽs ſan-
cte ethelburge firmaculũ argenteũ mor-
tua ad iudicium rapitur: et cũcta tã ma-
la ꝙ bona excepto firmaculo ſtatere ap-
ponũtur. Et cum videret bona ſua ſatis
pauca: multũ timuit: ⁊ ſuperueniens ſctã
ethelburga firmaculũ in ſtatera poſuit:
et velut arena maris malis oĩbus q̃ illa
commiſerat grauius apparebat. Qui-
dam in extremis laborans ad iudiciũ ra-

pitur: ⁊ penis adiudicatus meritis ſancte ethelburge vite reſtituitur.

## ¶ De ſancta Etheldreda virgine.

Beata virgo etheldreda orientaliũ regis anglorũ anne filia extitit. Nati ſunt aũt anne regi adulph⁹ et ſctũs iurminus: et filie quatuor: videlicet ſexburga: ethelburga: etheldreda ⁊ witburga Uxor autem anne hereſwida filia fuit hererici nepotis regis edwini northãhumbrorũ. Etheldreda vero cum nubiles attigiſſet annos: auſtraliũ girwiorũ principi tonberto inuita traditur in vxorẽ. Sũt autẽ girwij oẽs auſtrales angli i magna palude habitãtes in qua eſt inſula de hely. Cõtigit beatã etheldredã noctis quieto tpe thalami cubiculum introire: quã ſe celeriter ſubſecuturũ princeps nũciauit Quo audito: virgo ſctã ſupra ꝙ dici poteſt cepit cõtriſtari et meſta eſſe: a deſiderio propoſiti ſui fraudari timens. Et cũ preces ⁊ lachrymas ad deũ pro ſua caſtitate ſeruãda deuota fudiſſet princeps cõcitus aduenit ⁊ in camerã introſpexit. Et ecce dom⁹ illa quaſi igne inflãmata intriſecus tota reluxit. Quo viſo: terrore nimio correptus: pedẽ pre ſtupore retraxit: atq; ad eã clamãdo receſſit dicens. Noli bona mulier noli eſtimare me tibi vlterius velle illudere: dñs deus protector tuus eſt et adiutor fortis. Non multo poſtea defuncto tõberto: traditur iterũ a parẽtibus northãhumbrorũ regi egfrido: cuius cõſortio duodecim annis vſa nõ vt coniunx ſed vt dña: nõ ſolum timore dñi ductus verũ etiã ſctitate ei⁹ allectus: venerata eſt ab eo ac dilecta. Petierat tamen rex prefatus btũ pontificẽ wilfridũ carnali titillatione ſepe tactus: multa donaria adijciens: ſi ad thorũ maritalẽ eam poſſet inflectere. Sciebat eni virginẽ plus oibus preſulẽ in deo diligere: ac ipm nõ minus paterno affectu deo dilectã refouere. Uir tamẽ ſctũs volũtati regie quaſi aſſentiens regine diſſuaſit futura pmia pro caſtitate cuſtodita ei renuncians. Aſſenſu tandẽ regis vix impetrato: monaſteriũ intrãs regina ſub abbatiſſa ebba egfridi ſpõſi ſui amita in loco quẽ coludi modo coldinghã vocãt: per wilfridũ epm habitũ ſctimonialiũ ſuſcepit. Poſt annũ vero cõuerſionis ſue conſtructo in regione elge monaſterio: abbatiſſa effecta eſt. In primitiua eni anglorum eccleſia in honore ſemp ꝟginis marie monaſteriũ ibi fuerat fundatum per btm auguſtinũ anglorũ aplm: cui⁹ opis rex ethelbertus fundator primus miniſtros deo ſeruientes ibidẽ inſtituit: quos pende regis merciorũ exercit⁹ patriã deuaſtans inde poſtea fugauit ⁊ locũ in ſolitudinẽ redegit quẽ vt premittitur virgo ſctã reparauit. Cũ autẽ in monaſterio ebbe deo ſeruiret: rex egfridus diuorciũ non ferens: de virginis abceſſu plurimũ contriſtatus ſuorũ ſuggeſtione et inſtictu illã de monaſterio eripere conabat̃ Quo audito: virgo ſancta pudicitiã ſuã deo commendãs: cũ duabus ancillis collem eminentẽ aſcendit. Deus aũt qui ventis imperat et mari: prece virginis ſctẽ: mare ſuũ alueũ egredi et locũ in quẽ virgines aſcẽderãt circuire fecit: et ſine cibo ⁊ potu virgines in oratione pſiſtentes occultauit. Quo viſo: rex rediit et preſumptiõis ſue penituit. Cũq; virgines monaſterij in rupis vertice degentes: ſitis ariditate ꝓpter penuriã aque ſepius laborarẽt: admonitiõe ebbe abbatiſſe ꝟgo ſctã etheldreda fuſa intentius ad deũ oratione: fons aque dulcis iuxta eã cõfeſtim erupit et veſtigia pedũ illius aſcẽdentis ⁊ deſcendẽtis in latere mõtis tanꝙ in calida cera vſq; in hodiernũ diẽ oſtẽſa ſunt. Etheldreda tandẽ aſſumptis duabus virginib⁹ verſus hely iter arripuit ⁊ trãſito humbrie flumine cũ ꝓpter eſtũ ſolis

in loco quodã laſſata quieſceret ⁊ parum
ſompni cepiſſet: euigilãs inuenit baculũ
itineris ſui: quē ad caput ſuũ fixerat viri
di amictũ coꝛtice fronduiſſe ac folia ꝓdu⸗
xiſſe. Creuit ergo lignũ illud ⁊ fctã eſt fra
xinus magna ⁊ vocatur locus ille ethel⸗
dꝛedeſtowe qd̓ ſonat repauſatio etheldꝛe
de: ⁊ eccleſia in honoꝛe virginis ſctē ibi fa
bꝛicata eſt. Uenit ergo ad poſſeſſionē ſuã
ſibi a tonberto ſpõſo ſuo collatã noīe elge
qd̓ interpꝛetaꝛ el deus: ge terra. id eſt ter
ra dei: modo vero hely vocatur ſcilicet di
gna dei domꝰ: ⁊ edificato ibi monaſterio
ſoꝛoꝛes multas deo ſeruientes cõgrega⸗
uit: anno dñi ſexcētesimo ſeptuageſimo⸗
Anni sa lutis
tertio. Ex quo eni monaſterium petijt: li
neis nõ eſt vſa: ſemel tm̃ in die cibũ ſum⸗
pſit: vigilijs ⁊ oꝛationibꝰ ita aſſidua exti
tit: vt a tempoꝛe nocturnaꝝ vigiliarum
vſqꝫ ad oꝛtũ diei pꝛecibꝰ intenta in eccle⸗
ſia perſeueraret. Pꝛedixit quoqꝫ obitus
multoꝛũ de ſuo monaſterio trãſeuntium
ex hoc mũdo. Finē inſuper ſuũ ⁊ qua fini
tura erat ſpũ ꝓphetico peſtem pꝛedixit.
Pꝛeſſa denium quodam maxille tumoꝛe
ac colli doloꝛe: delectata fertur plurimũ
hoc infirmitatis genere: ſolita ſuis dice⸗
re cũ virtute tolerantie. Pondus lãguo⸗
ris poꝛtãs merito in collo afficioꝛ me: re⸗
miniſcoꝛ in eo geſtaſſe moniliũ pondera:
qd̓ vltra ꝙ debuit etas iuuenilis facere
conſueuit. Laudetur ergo pietas deita⸗
tis ſuperne: ſi ſic abſoluar a reatu leuita
tis ſuperuacue: dũ pꝛo auro et margari⸗
tis nunc michi pꝛomineat de collo ruboꝛ
ardoꝛqꝫ tumoꝛis Hac itaqꝫ ingruēte moꝛ
bi moleſtia: medicus peritus accerſitur
qui fiducia artis ſue fiſus tumoꝛem illũ
pungens incidit ſub maxilla: vt pꝛurulē
tus humoꝛ efflueret tãti tumoꝛis. Cũqꝫ
leuiꝰ per biduũ ſe habere videretur: ter⸗
tia die pꝛioꝛibus aggrauata doloꝛibꝰ fe⸗
lici cõmertio doloꝛē oēm ⁊ moꝛtem cõmu
tans: cõpletis in abbatiſſe officio ſeptem
annis nono kal. iulij ad dñm migrauit:
⁊ in locello ligneo ſepeliri meruit. Cum
aũt ſexdecim annis in terra ſepulta iace
ret crebꝛeſcētibus circa tumulũ eius mi
raculis: ⁊ coꝛpus de terra leuari et ad lo⸗
cũ decentioꝛem trãſferri deberet: famuli
aptũ lapidē queſituri nauiculã aſcēden⸗
tes: ad vꝛbem grantceſtre deſolatã ex in⸗
ſperato deuenerũt: et pꝛope vꝛbis murũ
ſarcophagũ mire pulchꝛitudinis ⁊ mar
moꝛis albi reperientes aſſumpto ſecum
lapide: gaudētes reuerſi ſunt. Statuto
tranſlationis coꝛpoꝛis ſctē virginis die:
apertoqꝫ locello: ſine omni coꝛruptela vel
diminutiõe aliqua cũ veſtibus quibꝰ ſe⸗
pulta fuerat: ita incoꝛrupta et illeſa et in
tegra eſt reperta: ac doꝛmienti ſimilima
ac ſi eadē die fuiſſet ſepulta. Tumoꝛ aũt
colli eius ſola cicatrice inciſſure remanē⸗
te ſanus reperitur. Locus aũt ille ſiue ce
nobiũ a copia anguillarũ que in eiſdē pa
ludibus ſepiſſime capiũtur ab incolis el
ge vocabaꝛ: ſed a modernis mutato no⸗
mine hely modo nũcupatur. Anno aũt
dñi nongētesimo ſeptuageſimo: ⁊ ex quo
ſctã etheldꝛeda in loco illo monaſteriũ fa
bꝛicauit ducenteſimo nonageſimo ſeptio
⁊ a deuaſtatiõe per iniquitatis filios yn⸗
guar ⁊ hubba ⁊ loci deſolatiõe facta: an⸗
no centeſimo: ethelwoldus epſ de cõſen⸗
ſu ⁊ auxilio regis edgari locũ reparauit
⁊ expulſis clericis inſolenter viuētibus:
monachos introduxit. Erat ei inter ho
ſtes pꝛefatos nephãdus quidã cuiꝰ feda
cruenta manus crebꝛos toꝛqueꝛ in ictꝰ.
Ictibus ⁊ crebꝛis tumbã ferit ipſa bipē
nis. Efficit et tandē crebꝛo feriendo foꝛa⸗
men: qd̓ vſqꝫ hodie cũctis intuētibus ap
paret. Quo facto: nulla celeſtis indigna
tiõis fuit dilatio: ſed mox cũ intollerabili
doloꝛe: vtroqꝫ pꝛiuatus eſt lumine: ⁊ ſpi⸗
ritum miſerabiliter maligno cui ſeruie⸗
rat emiſit. Ethelwoldus aũt epſ bꝛith
nodũ pꝛepoſitũ ſuũ pꝛimũ abbatē loco ił

li oꝛdinauit Multas terras tam per ſe a rege emptas ꝙ ab ipſo rege gratis datas deo ⁊ ſctē virgini cōtulit: ⁊ tandem a rege emit quicq̄d in inſula obtinuit ⁊ monaſterio ſctō dedit. Cū pꝛeſbiter quidam ante monachoꝝ inſtitutionē loci regimē poſſidēs: incoꝛruptionis virginis ſctē fidē credulā nō adhiberet: cum quatuoꝛ ſociis ad tumulū accedit. Eſt aūt in ipſo tūbe lapide foꝛamē a ſiniſtro latere a perfido pagano vt pꝛemittitur factum vbi ſacerdos ſurculos maratri quo pauimenti ſuperficies compta fuerat arripiēs intromiſit: v̄ginea mēbꝛa attrectat. Et cādelā accendens virgule cuidā fixit: ⁊ per foꝛamen intromiſit: ſed oculoꝝ acie caligata: nulla pꝛeſumptoꝛi intriſecus aſpiciēdi datur facultas. Interea ſuper mūdiſſimas deo dilecte virginis veſtes candela decidit: arſit ſed ardēs nil leſit. Nec his ſaciat⁹ infelix virgā arripit: in extremitate acuit ⁊ findit virgā vt pꝛius immittēs veſtib⁹ infigit: ⁊ manū in girum voluēs foꝛas veſtes extrahit. Socij aūt manus apponētes veſtē nō dimittūt: donec particula a ſacerdote fuerat abſciſa. Et ecce cōfeſtim de manibus eoꝝ veſtis ablata: introꝛſum quaſi inuiſibiliter eſt retracta. His ita geſtis ſequitur moꝛ peſtis acerba que illicitā ſacerdotis cōiugē cū filiis ꝓſtrauit: ac totā eius ꝓgeniem diffuſa funditus cū ſacerdote extirpauit Nec ſic vibꝛat⁹ ferire ceſſauit celeſtis gladius quin duos eiuſdē facti conſcios vna die perimeret. Tertius vero litteris imbutus: ita mente pꝛoꝛſus alienatus eſt: vt nichil oīm que didicerat memoꝛia retinens: lunaticus miſere vitam finiuit. Quartus vero paraliſi percuſſus: meritis tandē ſancte virginis ſaluti redditur Quidā bꝛitſtan⁹ noīe vſuris et multis malis irretitus: infirmitate detent⁹ grauiſſima: ſub habitu mōaſtico reſiduum vite ſue in monaſterio ſctē virginis ſi cōualeſceret deo ſeruire ꝓmiſit. Cūq̄ʒ bona ſua illi monaſterio cōtuliſſet: miniſtri regis ne habitū indueret ex parte regia pꝛohibēt: aſſerētes eum furem eſſe pecuniā regis in latrocinio habere ⁊ celare: ⁊ vt penā euaderet: habitū querere. Ad iudiciū traditur: accuſatur et negans cōuiciis afficitur ligatis pedib⁹ ⁊ manibus: londoniis ducit̄ ⁊ in carcere vinculis ferreis cōſtrictus nō modico tp̄e coartatur: ſctām etheldꝛedā et ſctū̄ benedictū continuis gemitibus ſuſpiriis et lachꝛymis die nocteq̄ʒ inuocabat. Tandē cum magno lumine apparuerūt ei ſctūs benedictus ⁊ ſancta etheldꝛeda cū ſoꝛoꝛe ſua ſexburga Cui ſancta etheldꝛeda ait Quid nos inquit bꝛitſtane totiens lachꝛymis pulſas tantis clamoꝛib⁹ cōmoues. Ego ſum inquit etheldꝛeda quā tu totiens inuocaſti. Hic autē ſctūs benedictus cuius auxiliū popociſti. Tunc cōuerſa ad benedictū: eya inq̄t dn̄e bn̄dicte fac qđ iuſſum eſt a dn̄o. At ille appꝛopinquās digitum in anulo ferreo poſuit: ⁊ vincula homine nichil ſentiente extraxit de manuq̄ʒ quaſi indignādo cōpedes pꝛoiiciēs: trabē ſolarij tā foꝛtiter percuſſit: vt de ſonitu cuſtodes excitati: vinctos fugiſſe timerent lucernā accenderēt ſed carcerē intrantes hoīem illū ſolū eſſe ſolutū reperiētes: ſtupoꝛe magno replētur. Cūq̄ʒ cūcta ab illo hoīe audita regie matildi ſeriatim retuliſſent: iuſſu eius liber dimittitur: ⁊ vinculis ī eccleſia ſctē virginis in rei memoriam ſuſpēſis: ſub habitu monaſtico vir ille vitā finiuit. Uice comes quidā dapiferum habebat noīe geruaſium: cui pꝛo nequicia ſua totius vicecomitatus negocia cōmiſerat. Qui hoībus ſancte etheldꝛede valde infeſtus tanꝙ ſpeciale bellū contra eam ſuſcepit: ⁊ oēm eius poſſeſſionem ꝙtum potuit impugnauit. Cui ſancta virgo cū ſoꝛoꝛibus apparēs voce terribili increpauit eū dicens. Tunc es ille

qui hoīes meos totiens vexaſti ⁊ eccleſiā
meā inq̄etaſti? Habebis pro mercede vt
alij per te diſcant familiā xp̄i iniuſte non
grauare. Et cū baculo quem manu tene-
bat: loco cordis tanq̄ eum ꝑfoſſurus per-
cuſſit: ſororeſqꝫ eius ſcte baculorū ſtimu-
lis eum pupugerūt. Illo vero fortiter ex-
clamāte: dn̄a miſerere dn̄a miſerere: fa-
muli accurrentes cauſam ſtrepitꝰ inqui-
runt. Et ille. Nōne inquit vidiſtis ſctām
etheldredā cū ſororibus ſuis cum baculi
ſui aculeo me trāſſigentē? Et his dictis
oculos terribilit̄ voluēs expirauit. Mo-
nachus quidā helienſis religione ac pie-
tate ꝑditus: vidit nocte quadā ſe raptū
ante tribunal maieſtatis dei cui aſtabat
regīa quedā claritate ſiderea ſed gemēs
⁊ anxia pro ſuis famulis et filijs miſeri-
cordiā dei implorabat. Eminus enī quā-
dā cōſpicit perſonā arcū in manu haben-
tem cū ſagitta extēſum: miſſa a dn̄o ver-
ſus eccleſiā ad percutiendū. Motus tan-
dem prece virginis dilecte miſerator do-
minus quē ad vlciſcendū miſerat reuoca-
ri iuſſit. Euigilās turbatur valde: ⁊ per-
tractans ſecū ad diſperdendū non niſi ad
hely flagellū intellexit eſſe tranſmiſſum.
Eodē tp̄e plures de mōaſterio de preſen-
ti vita rapti erāt: ⁊ reliqua pars langui-
da morti iacebat Altera nocte vidit de tu-
mulis ſctārū ſctimoniali habitu quaſdā
ſurgere: īter quas que pulchrior videba-
tur lectos egrotantiū adijt: caput manu
ſuauiter tetigit cuiuſqꝫ: ⁊ ad illū qui hec
vidit accedēs dixit. Me quā cernis ethel-
dredam huiꝰ loci ſum aduocata ⁊ pro ve-
ſtris apud deū exceſſibꝰ interuentrix aſſi-
dua: quā inter choros beatorū maieſtatē
dei exorare vidiſti: et nunc huc progreſſa
ſum in hac mortis clade eis ſalutem fer-
re parata. Et factū eſt vt oēs languētes
ſanitate recepta gr̄as agerēt deo. Qui-
dam noīe picotus genere normānꝰ comi-
tatū cantabrigie occupās terras ſctē vir-
ginis in comitatu ip̄o īuaſit ⁊ tenuit. Cō-
monitus a quibuſdā ne libertatē virgi-
nis ſctē minueret ⁊ falcem in alienā meſ-
ſem non mitteret: reſpondit Que eſt illa
etheldreda de qua dicitis? Neſcio illam ⁊
terras nō dimittam. Nec mora: a nullo
prorſus hoīe quo deuenit vel qualiter in-
terierit ſciri potuit.

## De ſanctis Ethelredo ⁊ Ethelbricto martyribus.

Edbaldꝰ rex cancie filiꝰ ethel-
berti per ſanctū auguſtinum
ad fidē cōuerſi ex vxore ſua fi-
lia regis francor̄ noīe emma
genuit duos filios ermenredū ⁊ ercōber-
tum: ac vnicā filiā noīe enſtrithā que in
monaſterio de folkſtan qđ ipſa cōſtruxe-
rat ſepulta eſt. Mortuo aūt edbaldo: ſuc-
ceſſit filius eiꝰ ercōbertus qui ſororē ſan-
cte etheldrede ſexburgā noīe duxit in vxo-
rem: ex qua genuit filiū noīe egbertū: du-
aſqꝫ virgines ſctās erkengodam ⁊ erme-
nildā. Ermenredus vero frater ercōber-
ti ex oſlana vxore ſua: ſctōs ethelredū et
ethelbrictū: quatuorqꝫ filias dompneuā
ermenburgā atqꝫ ermengitham ꝓcrea-
uit. Tradita eſt autē dōpneua merwal-
do filio pende regis merciorū in vxorem:
qui genuit ex ea ſctās milburgā: mildre-
dam ⁊ milgitham: ſctm̄qꝫ puerū mereſi-
num qui dū adhuc pueriles gereret an-
nos ex hac luce ad deū migrauit. Ethel-
redus ſiquidē et ethelbrictus poſt mortē
parentū ſuorū adhuc puerili etate conſti-
tuti: regi egberto filio ercomberti ad edu-
candū cōmendati ſunt: ſed execrandꝰ ho-
ſtis oīs equitatis inimicus iniquū quē-
dam noīe thūnir: cōtra infantulos liuo-
re inuidie ſtimulauit: cui ꝓcurationem
regni egbertus impartiuit. Cunqꝫ eiſdē
ſeuiſſimꝰ ſatelles: beatos germanos ſan-
ctitate induſtria ac virtute indies ꝓfice-
re cōſpiceret: verens ꝙ ſi vita potirētur
longiori acceptiores illo regi haberētur
furore inſanie acriter contra eos exarſit:

atqꝫ ſedulo apḋ regē illos clanculo crimi
nari accuſareqꝫ ſolebat: ſimulqꝫ veneno-
ſo affirmans oꝛe: qm̄ ſi foꝛte hac pꝛeſenti
luce diu fruerentur pꝛofecto ipm̄ natoſqꝫ
ſuos terreno ſuo pꝛiuarent regno: inter-
pellareqꝫ regē cepit: pꝛecibus fraudulen
tis: vt ipſos interimere eū ſineret occul-
te. Rex aūt eo ꝙ affinitatis ac ſanguinis
ꝓpinquitatis cauſa eos non modicū dili
geret: nec petitioni ſue: nec volūtati deo
deteſtabili nullo modo cōſcientia ſcelus
abhoꝛrēte noluit cōſentire. Sed peſſim⁹
ille a cepto deſiſtere pꝛopoſito liuoꝛe agi-
tante nō valens: aſſidue regē crebꝛis im
ploꝛās flagitationib⁹ blandimento falſe
adulatiōis vt ſuo annueret affectui inſe
ſtabat. Tandē vero cū rex ſimulata voce
ſe nolle pꝛoꝛſus ſcire reſpōdit. Nouit ille
crudelis carnifex quid ageret. Cōfeſtim
vt atra obtexit nebula noctē caligine: fe-
lices illos iuuenes in loco qui eſtrige dici
tur cruēta interemit nece: ac clam ſub re
gia nō deſtitit ſepelire. Et ecce inſtar fla-
grātis facis emicuit ſup ſctōs ꝓlixe im-
menſeqꝫ lucis radius qui per ſummū re
gie aule culmē vſqꝫ ad celū ꝓtendere vi-
ſus eſt. Poſt gallicinīū vero rex a ſopoꝛe
euigilās ſurrexit: reſeratoqꝫ oſtio foꝛas
egreſſus: vidit cominus iubar ipſi⁹ cho-
ruſci fulgoꝛis radiaſſe Stupet nec mirū
ingētiqꝫ pauoꝛe cōcutitur. Impat mox
accerſiri ad ſe celerime impiiſſimū ſatel-
litem thūnir: quē minaci vultu ſciſcita-
batur indignādo quidnā de ſuis adoleſ-
cētibus ⁊ ꝓpinquis actū foꝛet. Quo tan
dē cūcta cōfitēte: rex irā diuine indigna-
tionis pꝛo conſenſu tante iniquitatis ad
modū ꝑtimeſcēs: cōcito cogi imperat cō-
ſiliū epoꝛū et pn̄te archiepo theodoꝛo in-
quirit quid ſibi optimū eſſet agendū. Ti
meo inquit ⁊ valde pertimeſco ne iuſtam
⁊ debitā dn̄i irā pꝛo tante iniquitatis cō-
ſenſu incurrā. Nec enī de conſenſu necis
eoꝛū me excuſare valeo. Et cūcta ꝗ de ra-
dio viderat referens: de cōſenſu cūctoꝛū
pꝛo dn̄a dōpneua martyꝛū ſoꝛoꝛe ꝙtoti⁹
mittere nō tardauit. Ueniente itaqꝫ illa
ante pꝛeſentiā regis: benigno volūtatis
affectu cōceſſit ei efficaciā mētis ſue pꝛo
meroꝛis afflictione quo afflicta erat pꝛo
germanoꝛū ſuoꝛū deletione. Elegit itaqꝫ
ſcdm̄ deū diſpoſitionē pꝛo eoꝛū pꝛecio ter
ram quadꝛaginta aratroꝛū in loco ꝗ ap-
pellat̄ tenet. Cūqꝫ amne tranſito ad locū
peniſſet: ait rex. Quāti ruris partē pꝛo
nece fratrū tuoꝛū affectas habere? Illa
rn̄dit. Nō amplius expeto ꝙ cerua mea
ſuo curſu luſtrare vult in eundo aſſerens
ſic diuinitus ſibi eſſe inſinuatū: vt tm̄ ad
vſum ſumere deberet ꝓpꝛiū ꝙtum pꝛe-
peti curſu cerua giraret. Agilis quippe
cerua celerē ante illos agebat motū: cur-
ſu directo cui⁹ veſtigia cūcti ſequētes do-
nec ad locū qui thunreſlan dicitur deue-
nirēt. Cui⁹ loci vocabulū a maligno illo
thūnir ſumpſit exoꝛdiū. Nā ille in loco il
lo regi appꝛopiās fraudulēta mēte adu-
lāter illū taliter eſt affat⁹ Glioſe rex quā
diu aīalis hui⁹ bꝛuti greſſum ſequi nō de
ſinis? Et ſi hec indocta fera oēm hanc cir
cuire terrā diſcurrēdo ſatagit: nū tu totā
huic immoderate femine largiri molia-
ris? Vix v̄ba cōpleuit: ⁊ ecce a tergo fren
dētis equi cecidit: ⁊ fractis ceruicibus ex
pirauit: ibiqꝫ ſepultus eſt: ſup quē maxi
mus lapidū extruct⁹ eſt aceru⁹ ꝗ ab in-
colis vſqꝫ hodie thūnirlan vocitat̄. Quā
grata enī deo eoꝛū extitit conuerſatio cū
poſt internitionē impiā mūdo eoſdē tam
micanti declarauit radio vt vndiqꝫ notū
foꝛet quātus in eis flagraret amoꝛ diuīe
equitatis quos iniuſta ferijt vltio cruēti
toꝛtoꝛis. Tpe autē regis ethelredi filij
edgari oſſa eoꝛū apud monaſteriū de ra-
meſeia trāſlata vſqꝫ in hodiernū diem re
quieſcūt. Dū vero in pꝛioꝛi monumento
martyꝛis ſcti quieſcerēt: crebꝛis eos mi-
raculis dn̄s decoꝛare dignat⁹ eſt. Inter

q̄ latro quidā ouē cuiuſdā paupis rapiēs per cimiteriū vbi martyres quieſcebant tranſitū fecit. Et ecce cōtinuo humi proſtratus ouem in manib⁹ geſtās vitalem ſpm̄ amiſit. Inſequente aūt viro cui furtum fuerat illatū recipit propriū: dimittit reū vltione ſctōrum innocentiū morte ſubetanea preuentū. Facta eſt aūt eoꝝ trāſlatio de loco wakering dicto ad cenobiū rameſeie ſextodecio kal. nouembris

¶ De ſctō Ethelwoldo epō et confeſſore.

ERāt enī parētes ſcti ethelwoldi ex ingenua xp̄ianorū ꝓpagine oriūdi wētane ciuitatis vrbani: tpe ſenioris edwardi regis anglorū florentes in mādatis fideliter incedebāt. Felix eius genitrix cū eū in vtero cōceptū gereret intempeſtā nocte ſompniū vidit. Uiſum nāq; ſibi eſt ſe pre forib⁹ domus ſue ſedere ⁊ obtutibus ſuis adeſſe qddam ſublime vexillū cui⁹ ſummitas celū tangere videbat. Qd ſe inclinādo honeſte ad terrā fimbriaꝝ ſuarum velamine circūdedit impregnatā. Rurſum ꝓcera altitudine erectū ⁊ inflexibile ſtabilitate rōbuſtū: ipm vnde inclinabatur repetijt celū. Expgefacta autē mulier rurſus ſopore deprimit: ⁊ ecce repēte vidit ex ore ſuo ꝓſilire ⁊ auolare quaſi aureā mire magnitudinis aquilā que volādo cūcta wentane ciuitatis edificia auratis pennarū remigijs obumbrauit ⁊ in alta celorū ſe eleuādo diſparuit. Accidit enī quadā ſolempni die cū more ſolito nutrix illius ad eccleſiā pergere ⁊ orationi incūbere decreuiſſet: tam validā inundantis pluuie tempeſtatē erūpere: vt extra loci limen vbi puerū tenebat: pedē mouere nō poſſet. Que dū merens amariſſime fleret: caput humiliter oīpotentē dn̄m rogatura declinauit. Et ecce nullā moleſtiā tēpeſtatis ſentiēs: ſubito inuenta eſt cū infantulo ſedens in eccleſia quā adire diſponebat: ⁊ ꝙ nulla ratiōe credere potuiſſet vt fieret: factū vehemēter expauit. Cū aūt creuiſſet puer tradit⁹ eſt ſacris litteris imbuendus. Erat enī natura agilis atq; acutus ingenio: ita vt quicqd didicerat tenaci memorie cōmendaret. Cū aūt adoleuiſſet et famam eius ethelſtanus rex audiſſet: eū feſtinātet accerciri precepit ⁊ ſecum manere fecit Demū iubente rege ad gradū ſacerdotij promotus eſt. Cōtigit eū tunc elphegū epm̄ ordinaſſe ſimul dunſtanū: ethelwoldū et quēdam vocabulo ethelſtanū. Completa aūt miſſarū ſolēpnitate ait epſ. Hodie corā deo trib⁹ viris manus impoſui: quorum duo ad epalem pertingēt apicē: tertius aūt per lubrica voluptatū blādimēta miſerabili fine tabeſcet. Tūc ethelſtanus interrogauit ſctm̄ antiſtitē propinquum ſuū dicens. Nū ego ero pontifex? Cui ille. Nō erit tibi pars in ordine illo: neq; in hac veſte diu permāſurus es. Et factū eſt ita: nā poſt modicū ad lubrica ſeculi lapſus eſt. Ethelwoldus tandē glaſtoniā adijt ⁊ ſub abbate dunſtano habitū monaſticū ſuſcepit: vigilijs ⁊ orōnib⁹ inſiſtēs ⁊ abſtinētia ſeipm edomās: ſemper ad ardua virtutū anelabat. Qui cū ab oībus amaretur: ⁊ ab abbate decan⁹ monaſterij cōſtitueretur: nullū elatiōis periculū incurrit: ſed tante ſubiectis prebuit humilitatis exemplū: vt quotidiano manuū ope ortū excolēdo laboraret: ⁊ fratrib⁹ ad prandiū poma ac diuerſi generis legumina prepararet. Audiens aūt rex edredus ſctitatem hui⁹ viri inſtinctu matris ſue edgine tradidit ei quēdā locum abendonia noīe quo modicū antiquitus habebatur monaſteriū: ſed tunc neglectū ac deſtitutum. Cōtulit ei rex ad reparationē domorū de theſauro ſuo: ac mater eius largius ſolatia munerū ei direxit. Factus autē abbas loci illi⁹ monachos cōgregauit ⁊ in magna vite ſctitate illos rexit. Uenit ergo rex quadā die

ad monaſteriū ⁊ mēſus eſt oīa fundamē
ta monaſterij ꝓpꝛia manu rogauitqꝫ eū
abbas vt cum ſuis ſecū pꝛandere digna
retur. Annuit rex ⁊ iuſſit abbas habun⸗
de pꝛopinari oībus idꝛomellū. Hauſerūt
ergo miniſtri tota die ⁊ vix liquoꝛ ipſe ad
menſurā palme inebꝛiatis oībus immi
nutus eſt. In eiꝰ nāqꝫ cōgregatiōe erat
frater quidā elſtanus noīe ſimplex ⁊ ma
gne obedientie vir: quē abbas iuſſit pꝛe⸗
uidere cibaria artificū monaſterij. Qui
quotidie carnes coxit ⁊ operarijs ſedulꝰ
miniſtrauit focū accendēs ⁊ aquā appoꝛ
tās. Accidit aūt vt abbas quadā die il⸗
lū fratrem iuxta caldariā feruentē ſtan⸗
tem aſpiceret: ⁊ videret oīa vaſa munda
ac pauimentū ſcopatū hilari vultu dixit
ad eum. O mi frater elſtane hāc obedien
tiā michi furatus es quam me ignoꝛāte
exerces. Sed ſi talis miles es xpi: qualē
te oſtendis: mitte manū tuā in bullientē
aquā ⁊ vnū fruſtum de imis michi impi
ger attrahe. Qui ſtatim ſine moꝛa mit⸗
tens manū ſuam ad imū lebetis abſtra⸗
xit fruſtū feruidū aque nō ſentiens calo⸗
rem. Hic poſtmodum abbas effectus ad
gradū epalē wiltonie ꝓmoueri meruit.
Erat nāqꝫ ethelwoldus eccleſiarū ac di⸗
uerſoꝛum operū edificatoꝛ eximius. Te⸗
tendit ergo ei cōmunis aduerſarius ſoli
tas ſue malignitatis inſidias vt eum ſi
vllo modo poſſet extingueret. Nā quadā
die dum vir dei in ſtructura laboꝛaret in
gens poſtis ſuꝑ eum cecidit et in quādā
foueā deiecit: oēs pene coſtas ex vno eiꝰ
latere confregit: ⁊ niſi fouea illum ſuſce⸗
piſſet: totus cōquaſſatus extitiſſet. Vir⸗
tute dei ab hac moleſtia cito conualuit.
Iubēte tandē rege edgaro: vir dei ethel
woldus a ſancto dunſtano epſ wintoniē
ſis cōſecratur. Erāt aūt in veteri tūc mo
naſterio canonici nephādis moꝛibus im
plicati: elatiōe inſolētia atqꝫ luxuria pꝛe
uenti adeo vt nōnulli eoꝛū dedignarent
miſſas ſuo oꝛdine celebꝛare: repudiātes
vxoꝛes quas illicite duxerāt ⁊ alias acci
piētes gule ⁊ ebꝛietati iugiter vacabāt.
Quod minime ferēs epſ accepta a rege
edgaro licentia expulit eos ⁊ monachos
de abendonia introduxit quibꝰ ipſe ab⸗
bas ⁊ epſ fuit. Miſit autē rex miniſtros
ſuos clericis pꝛecipiēs vt cōfeſtim loco re
nunciarēt aut habitū monaſticū ſuſcipe
rent. Qui nimio pauoꝛe cōterriti et vitā
execrātes monaſticam intrātibꝰ mona⸗
chis illico exierūt: ſed tamē poſtmodū il⸗
loꝛū tres habitū induerūt. Nā vſqꝫ tunc
in gente angloꝛū non erant monachi niſi
in glaſtonia et abendonia. Clerici tunc
pꝛedicti liuoꝛe ⁊ inuidia ducti venenum
foꝛtiſſimū epo pꝛopinarūt: ⁊ ſtatim facie
ī palloꝛē mutata: viſcera illiꝰ ingraſſan⸗
te veneno cruciātnr. Surrexit a mēſa et
poſuit ſe ſuper lectū dicens in coꝛde ſuo.
Ubi eſt modo fides tua: vbi ſunt cogita⸗
tiones ſenſus tui. Nōne verba xpi vera
ſunt quibus in euāgelio pollicetur dicēs
Et ſi moꝛtiferum quid biberint credētes
non eis nocebit. Nōne ipſe qui hec loqui⸗
tur pꝛeſens eſt diuinitate licet abſens ſit
coꝛpoꝛe: Ipſe ꝓculdubio hoc virus in te
euacuare poteſt. His dictis: oēm letiferū
hauſtū quē biberat fides ſua ꝓtinus ex⸗
tinxit: ⁊ hilari vultu fugato doloꝛe ſurre
xit. Annuente aūt rege edgaro canoni⸗
cos de nouo monaſterio nūc hida vocato
expellens: monachos cū abbate introdu
xit. Oꝛdinauit aūt illis abbatē ethelga⸗
rum qui poſtea auſtraliū ſaxonū epſ fa⸗
ctus: poſt ſctm̄ dunſtanū in archiepatū
ſucceſſit. Apud wintoniā quoqꝫ mona⸗
ſterium monialiū in honoꝛe beate virgi⸗
nis conſtruxit. Locū quēdam modo hely
vocatū fiſco regio redactū dato nō modi⸗
co pꝛecio emit: monachos ibidem oꝛdina
uit bꝛithnotū pꝛepoſitū ſuum abbatem
inſtituit: ⁊ locū edificijs reparauit Emit
quoqꝫ a rege locum modeſhamſtede: mo

do burgh vocatū: baſilicāq; cōgruis edi-
ficijs ornatā in honore beati petri conſe-
crauit: mōachos cōgregauit: eadulphū
eis abbatē inſtituit: qui poſt ſctm̄ oſwal-
dū eboracenſi eccleſie in cathedrali in ho-
nore reſidebat. Tertiū nichilominꝰ locū
precio acquiſiuit qui propter ſpineta cir-
cūquaq; ſuccreſcentia thorneia vocabat
et monachos ibidē ſtatuit et godmannū
abbatē eis prefecit. Sicq; factū eſt cōſen
tiente rege vt partim dunſtani cōſilio et
actione: partim ethelwoldi ſedula coope
ratiōe monaſteria monachorū ⁊ monia-
liū vbiq; ingēte anglorū conſtruerentur
Circuiuit vir dei ſingula mōaſteria mo-
res inſtituens: obediētes vt in bono pro-
ficerent verbis admonēdo ⁊ ſtultos ⁊ ob
ſtinatos vt a malo diſcederēt verberibꝰ
corrigendo. Erat nāq; terribilis vt leo
diſcolis ⁊ peruerſis humilibꝰ ⁊ obedien-
tibus ſe quaſi agnū mitiſſimum exhibe-
bat: ita ſerpentine prudentie tēperās ſe-
ueritatē: vt columbine ſimplicitatis nō
amitteret lenitatē. Quē ſi quando zelus
rectitudinis cogeret vt iura diſciplīe ſub
iectis imponeret: furor ipſe non de crude
litate ſed de amore proceſſit: et intus pa-
terna pietate dilexit quos foris quaſi in-
ſequens caſtigauit. Pater erat et paſtor
monachorum: peruigil ſanctimonialiū
protector ⁊ virginū: viduarū conſolator:
peregrinorū ſuſceptor: defenſor eccleſia-
rum: correctoꝛ errātium: recreator pau-
perum: pupillorū et orphanorū adiutor.
Accidit enim vt acerba fames vniuer-
ſam britanniam vehemēter premeret: ⁊
inopie magnitudo pleroſq; dira clade ex
tingueret. Uir aūt dñi omnem pecuniā
quā habebat in vſus pauperū expendit
Cūq; pecunia deficeret: tolli iuſſit orna-
menta queq; ⁊ argentea vaſa perpluria
de theſauris eccleſie confringi iuſſit et in
pecunias redegit intimo cordis ſuſpirio
proteſtans ſe equanimiter ferre nō poſſe
muta metalla integra perdurare: homi
nem vero ad imaginem dei creatum pre
cioſo ſanguine xp̄i redemptum mendici
tate et inedia perire. Suſtentauit itaq;
innumerabilē multitudinē egenorū: qui
periculum famis euadere cupientes ad
eum vndiq; confugerāt: in plateis omni
ſolatio deſtitutos refocillādo ſubleuauit
ſingulis neceſſaria miniſtrās donec mi-
ſericordia dei de celo in terrā proſpiciens
et humano generi ſolita pietate ſubueni
ens: malum inopie temperaret. Uerū
quia dominus (ſicut ſcriptura dicit) quē
diligit corripit ⁊ omnē filium quem reci-
pit flagellat: vir dei frequenter infirma-
batur in viſceribꝰ morborū tumores in
cruribus ſuſtinebat noctes plerumq; in
ſompnes pre dolore ducens: ⁊ in die licet
pallidus tamen quaſi ſanus et nil mole-
ſtie ſentiret ambulās: memor apoſtolice
conſolatiōis qua dicitur: quia virtus in
infirmitate perficitur. Et rurſum. Quā
do infirmor tūc fortior ſum ⁊ potens. Et
iterum. Libenter gloriabor in infirmita
tibus meis: vt inhabitet in me virtꝰ xp̄i
Et q̄uis acri pulſaretur moleſtia: mini-
me tamen eſu carniū vſus eſt: niſi ſemel
cogente maxima infirmitate iuſſu dun-
ſtani archiepiſcopi: ⁊ iterum in infirmi-
tate qua obijt. Contigit aliquando cle-
ricum ſancti epiſcopi cui ſanctuz criſma
fuerat deſignatum: minus olei q̄ neceſſi
tas expoſcebat accepiſſe ⁊ hoc parū quod
acceperat in ip̄o itinere perdidiſſe. Cum
autem epiſcopus pueros cōfirmare vel-
let: ⁊ clericus ampullā non haberet: tur-
batus ⁊ anxius repetit iter quo venerat
huc illucq; diligenter circūſpiciens inue
nit ampullā in via iacentem oleo plenā:
cuius nec medietas pauloante fuerat re
pleta. Qua aſſumpta: cū timore et gau-
dio reuerſus eſt. Cum monachus qui-
dam furti reatū perpetraſſet: ethelwol-
dus ep̄s mandauit: vt qui rem abſtules

rat ꝙ totius redderet cũ ſua benedictiõe:
aut ī tali loco pꝛoiiceret vbi inueniri poſ
ſet. Quod cũ induratus frater facere ne
gligeret intrauit ep̃s capitulũ et ait. No
luit ſacrilegus pecuniã quã furatus eſt
reddere cũ benedictione reddat eam mo⸗
do cũ dei omnipotentis maledictiõe ⁊ ſit
ipſe ligatus non ſolum in anima ſed etiã
in coꝛpoꝛe noſtra auctoꝛitate. Et ecce mo
nachus ille ſedẽs inuiſibiliter ligabatur
bꝛachijs ſibi inuicem adherentib⁹ ſub cu
culla. Oĩa reliqua membꝛa mobilia et
ad vſum habebat apta. Tandẽ exiẽs poſt
epiſcopum confeſſus eſt ei ſe fuiſſe reum
nihil tamen de ligatione indicauit. Cui
epiſcopus blando ſermone reſpõdit. Mo
do ſaltem bene feciſti licet ſero confitẽdo
peccatũ tuũ habeto nunc noſtrã benedi⸗
ctionem. Et ſtatim ſoluta ſunt bꝛachia il
lius epiſcopo neſciẽte. Cũ eni magno co⸗
namine veterem renouaret eccleſiam et
fratres freqũter laboꝛarent cõtigit quẽ
dam fratrẽ a ſummo culmine vſqꝫ ad ter
ram cadere. Qui mox vt terrã attigit in⸗
columis ſurgens ſtetit nil mali de tanta
ruina paſſus. Cũ nocte quadam lectio⸗
ni operam daret cõtigit eũ ob nimiam vi
gilãtiam obdoꝛmiſſe et candelam arden
tem ſuper libꝛũ decidiſſe. Cõſumpta vo
candela et expergefacto epiſcopo liber il⸗
leſus repertus eſt. Cũ aũt ſanctus dũſta
nus eſſet abbas glaſtonie vidit in ſomnis
quandã mire celſitudinis arboꝛem q̃ ra⸗
mos ſuos expandere viſa eſt ad oꝛientem
⁊ occidentẽ/ſeptẽtrionem/et meridiẽ ſu⸗
per vniuerſam bꝛitannie regionẽ. Cui⁹
arboꝛis rami innumeris erant maioꝛib⁹
et minoꝛibus cucullis onuſti. Ipſa vero
arboꝛ in ſummo cacumine geſtabat vnã
pꝛegrandem cucullam que manicarũ ve
lamento ſupereminens pꝛotegebat cete⸗
ras ⁊ ingenti pꝛoceritate ſupergrediens
vniuerſas ipſum contingebat celũ. Uir
autem domini dunſtanus vehement at⸗
tonitus interrogabat hec ſibi demonſtrã
tem canis angelicis decoꝛatũ dicẽs Que
ſo venerande ſenioꝛ que eſt hec robuſta ⁊
ſublimis arboꝛ cuius rami lõge lateqꝫ ex
panſi tam innumerabiles cucullas ſuſti
nent. Cui ille. Arboꝛ hec quam vides ab⸗
ba dunſtane ſitum deſignat huius inſu⸗
le magna autem cuculla que huius arbo
ris ſummitate erigitur ipſa eſt monachi
tui ethelwaldi qui in hoc monaſterio de⸗
uote chꝛiſto famulatur. Relique vero cu⸗
culle quibus hij rami vidẽtur onuſti mul
titudinem deſignant monachoꝛũ qui ei⁹
eruditione ſunt inſtruẽdi ⁊ vndiqꝫ in hac
regione ad dei ſeruitium ꝯgregãdi eiuſ⸗
qꝫ ducatu peruenturi ſunt ad gloꝛiam re
gni celoꝛũ et ad ſocietatem eũ chꝛiſto re⸗
gnãtium ſpirituũ beatoꝛũ. Ipſe namqꝫ
ethelwoldus ſompniũ quod ipſe viderat
quibuſdam monachis ſuis referebat di⸗
cens. Putabam me ſtare iuxta littus ma
ris vbi mihi videbatur adeſſe quedã ma
xima nauis in qua multitudo copioſa pi⸗
ſcium ⁊ maxime anguillarũ concluſa te
nebatur ab imo vſqꝫ ad ſummum. Cũqꝫ
mecũ tacitus cogitarem quid ſibi vellet
hec viſio repente audiui vocem dicentem
mihi. ethelwolde ethelwolde hoc tibi mã
datum celitus a deo miſſũ eſt: excita hos
piſces quib⁹ hec nauis impleta eſt ⁊ oꝛa⸗
tionib⁹ tuis effice vt ſit homines ſicut an
tea fuerunt. Cuius iuſſioni mox ego ob⸗
temperans ſteti pꝛo eis ad oꝛationẽ ⁊ la⸗
chꝛimarum ymbꝛe perfuſus ingemiſcẽs
dixi. Domine iheſu chꝛiſte cui nihil eſt i⸗
poſſibile reſpice pꝛopitius ad animas dia
bolica fraude deceptas que a ſẽſu huma
ne rationis alienate ſunt et moꝛe beſtia⸗
li ī lubꝛico hui⁹ ſeculi ceno mirabiliter in
uoluuntur ne queſo bone iheſu permit⸗
tas vt de eis triumphans gloꝛietur hũa⸗
ni generis inimicus ſed per tui ſancti no
minis omnipotentiam reſuſcitentur ad
vitam vt ſompnum eterne moꝛtis euadẽ

tes te verum et vnicum mundi ſaluato-
rem agnoſcāt et deinceps ſemper ad trā
quillum ſalutis tue portum confugien-
tes ab omnibus mundi perturbationi-
bus immunes exiſtant et ſub tua guber-
natione ſecuri permaneant. Tuū eſt eniꝫ
chriſte mortuos viuificare et ymaginem
tuam quam creaſti in decorem ſuum pri
ſtinum reformare qui veniſti in hūc mū-
dum peccatores ſaluos facere ⁊ dira mor
tis ſupplicia paſſus in cruce fundere di-
gnatus es ſanguinem tuum precioſum
pro ſalute omnium noſtrum. Cum hec et
hiis ſimilia cōpuncto corde et ſpiritu hu
militatis effunderem ecce quos antea pi
ſces videram ſubito homines effectos et
a morte reſuſcitatos vidi et perrexerunt
feſtinanter ad terram copioſa hominum
multitudo quorum multos agnoui inter
quos vnus retrorſum cadens iterū in an
guillam verſus eſt ille videlicet ethelſta
nus qui mecum quondam preſbiter fue-
rat ordinatus quem deinceps nullo mo-
do excitare nec vt homo fieret poterā effi
cere. Reliqui omnes leuauerunt vocē in
celum manibus plaudētes ⁊ gratias deo
referentes quia per ineffabilem eius cle-
mentiam et per mee peruitatis interuen
tum meruerunt a morte ad vitam reuo-
cari et humane rationi quam amiſerant
reſtitui. Ego autem gaudens in domino
et ꝯgratulās illis euigilaui et hanc viſio
nem vobis o filioli mei iccirco refero vt ⁊
vos cū bonorum operū fructu in ſancto
propoſito perſeueretis quo per gratiam
dei poſitis in eorum numero cōputari q̄
mihi licet indigno cōmiſſi ſunt. Hic ſan-
ctus epiſcopus kalēdis auguſti anno do-
mini nongēteſimo octuageſimo quarto
epiſcopatus ſui viceſimoquarto regnan
te ethelredo rege migrauit ad dominum
cuius corpus ſubita immutatiōe fuit re-
nouatum lacteo cādore perfuſum roſeo-
qꝫ rubore venuſtatū ita vt quodammodo
ſeptennis pueri vultum pretendere vi-
deretur et apud Wintoniā in veteri mo-
naſterio in cripta ad auſtralem plagam
ſancti altaris ſicut olim ſibi celitus oſtē
ſum fuerat cum magno honore ſepelit.
Anno duodecimo poſt obitum eiꝰ cui-
dam ceco apparuit precipiens vt Winto-
niam pergeret et ad eius tumbam viſuꝫ
reciperet. Iccirco inquit te viſito et q̄ ti-
bi ventura ſunt prenuncio vt per tue ſa-
lutis ſignum manifeſtetur quia me opor
tet leuari de tumulo ī quo nūc iaceo. Qui
cum locum tumuli ſe neſcire diceret: ſan
ctus ait. Cum illuc veneris monachū ac
cerſiri faceas nomine Wlſtanum hic cuꝫ
verba tua audierit mox te ad meum per-
ducet tumulum et ibi recipies lumē ocu-
lorum tuorum. Qui cum omnia vt iuſſū
fuerat perfeciſſet ſanitatem integrā re-
portando ad propria remeauit. Tranſla-
tum eſt corpus quarto idus decembris ⁊
in choro eccleſie collocatū vbi meritis eiꝰ
multa miracula vſqꝫ in hodiernum diem
operari dignatus eſt deus. Puer quidā
peruulus in infantia lumine oculorū pri
uatus cum ad ſancti ſepulchrum perdu-
ctus eſſet: mox caligo ſue cecitatis abceſ-
ſit: et oculos pueri veniens ſplendor lu-
cis apparuit. Quēdam furem pro mul-
tiplici reatu ſanctus elphegus epiſcopꝰ
flagellis ceſum mitti iuſſit in cippū acrio
ribus ſupplitijs cruciādum. Cumqꝫ diu
ſic in penis iacuiſſet: quadam nocte appa
ruit ei ſanctus ethelwoldus dicens. Mi-
ſer cur tanto tempore ſic in trunco iaces
extenſus? Et ille. Dignas domine ſuſti-
neo penas quia frequēter in furtis depre
henſus ab eis non ceſſaui ſed mala que fe
ci iterum atqꝫ iterum repetiui. Cui ſan-
ctus ait. Ceſſa vel modo a furtis ⁊ ſis ſo
lutus a nexu compedis huius. Qui illico
ſurgens et exiens procidit ſe ad pedes ſā
cti elphegi epiſcopi narrauitqꝫ ei rem ge
ſtam per ordinem et ille pro honore tanti

patris ſinit eū abire indēpnem. Hic vt i
cronicis inuenitur inter pꝛofuſa cōuiuia
que tunc in anglia a danoꝛū aduentu ex
hibebantur: pane et aqua vtebatur vir p
oīa beate marie et ſancto cuthberto de
uotus cuius ſedem poſt obitū eius nūꝗ̄
potuit aliquis impune doꝛmitando pꝛe
mere quin tetris ymaginibus territus re
ſiliret increpantibꝰ illis cur ſedem epiſ
copi indignꝰ vſurparet. Dū ſemel que
dam ſimultas anxia inter ipſum ⁊ god
winū comitem eſſet ſuboꝛta nec pacifica
ri poſſent iratus epiſcopus recedendo di
xit. Per dominā meam mariam male ſi
bi erit. Nec ab illa hoꝛa quieuit godwinꝰ
a viſcerum toꝛtura donec benedictionem
ab epiſcopo perciperet. Ad dunelmū tā
dem pꝛofectus eſt vbi quod magne vide
batur audatie reuulſo ſepulchꝛi opercu
lo cū ſancto cuthberto quaſi cum amico
loquebat̄ munꝰ amoꝛis depoſuit ⁊ abijt.

## ¶ De ſancto Felice epiſcopo et cōfeſſoꝛe.

Hiſtoꝛiographus gētis anglo
rum beda venerabilis ſacer
dos mētionē memoꝛia dignā
de ſancto felice epō facit. In
decens quippe eſſet vt tā ſan
cti viri opinionē ſub ſilentio tranſire de
buiſſet. Fuit eni admodū doctus: et que
docuit bonis operibus aſſidue executꝰ eſt
Cū omni dulcedinis ſuauitate que doce
bat pꝛoferre ſolebat. vt eo leuiꝰ iugo xp̄i
ſuos auditoꝛes poſſet ſubiugare. Erat ei
oꝛtus ⁊ educatꝰ atq̄ apicis pōtificalis in
fula ſublimatꝰ i burgūdie partibꝰ ⁊ dn̄o
ducente ad anglie partes tempoꝛe hono
rij pape honoꝛijq̄ archiepī cantuarie per
uenit. Cū eni in terra ſua nulliꝰ cōmotus
turbine plurima mūdi pompa circūual
latus eēt hec oīa mundana cū pꝛopꝛia pa
tria diuino fragrans amoꝛe poſtponens
dereliquit. Nā vulgante fama cognouit
plurimā gentis angloꝛū partē adhuc pa
ganiſmo ſubditā nimio iccirco deſiderio
hāc adire anelabat vt i ea aliquē iuſticie
fructum acquirere poſſet. Mari eniꝫ pꝛo
ſpere tranſcurſo: ad honoꝛij archiepī pꝛe
pꝛeſentiam incolumis peruenit. Cūq̄ eū
cū oīm charitatis officio excepiſſet ⁊ mul
ta ſibi inuicem que dei ſunt conferrēt: fe
lix tandem ſecreta ſui pꝛopoſiti ⁊ affectū
voluntatis ſue denudauit. Quo cognito
pꝛo tanti viri deſiderio ac ſponſione qua
ſe perſeuerare in pꝛedicatione pꝛomiſit:
magno gaudio repletꝰ eſt. Adijt ergo qua
ſi audaciſſimꝰ pꝛeliatoꝛ campū certami
nis de hoſte inuiſibili triumphaturus et
mitis vt agnus lupine genti ſe immerſit
lupine inꝗ̄: quia necdum agnino vellere
circūamicta totamq̄ in bꝛeui pꝛouinciaꝫ
oꝛientalium angloꝛum ad fidem cōuertit
Regno itaq̄ oꝛientaliū angloꝛū poſt erp
waldū ſucceſſoꝛem redwaldi frater eius
ſigbertus pꝛefuit homo bonus ac religio
ſus. Qui dudū in gallia dū inimicitias
redwaldi fugiens exularet: lauachꝛū ba
ptiſmi percepit et ſic patriam redijt. Ubi
vero potitus eſt regno mox ea que in gal
lia bene diſpoſita viderat imitari cupiēs
inſtituit ſcolam in qua pueri litteris eru
direntur iuuante ſancto Felice epiſcopo
quā de cancia acceperat. Uerū dū adhuc
ſigbertꝰ regni inſulas teneret crebꝛo ſā
cti felicis monitu in tātum celeſtis regni
amatoꝛ factus eſt vt relicto regno mona
ſterium quod ſibi fecerat accepta tonſu
ra chꝛiſto militaturus intraret. De mar
tirio vero eiuſdem regis i vita ſancti fur
ſei habetur. Accepit autem ſanctus fe
lix ſedem epiſcopatus in ciuitate dōmok
⁊ cū decem et ſeptem annis eidem ꝓuin
cie pꝛefuiſſet: octauo idus marcij plenus
bonis operibus in pace quieuit et in eo
dem loco ſepeliri meruit. Euoluto auteꝫ
aliquo tempoꝛe ſanctiſſimum eius coꝛpꝰ
magno cum honoꝛe ad regiā eximiamq̄

villam de ſeham transfertur ⁊ in eccleſia quam viuens lapidea ſtructura dño con ſtruxerat reconditur. Non minima namq̧ cōgregatio monachorum ſub abbate regulariter degentium tunc ibi floruit q̄ poſtea a nephando duce ynguar prouintiam illam vaſtante trucidantur. Tempore q̄q̧ canuti regis abbas rameſeie ethelſtanus oſſa ſancti felicis cum magno honore ad eccleſiam ſuam tranſtulit vbi vſq̧ in hodiernū diē xpo donāte requieſcit.

¶ Narratio. Iohānes preſbiter damaſcenus grecis literis eruditus infra ſeptē annos omnem liberaliū artium ſcientiā apprehendit et monaſticum habitum aſſumens miſſas de ſancta maria frequenter celebrare conſueuit. Orationes/ antiphonas/ reſpōſoria/ et proſas fecit quas in eius feſtis ad ipſius laudē decantabat Traditos ei nobilium filios erudiendos literis inſtruxit et ad dei timorem ⁊ amorem in omni morū honeſtate diligēter informauit. Egreſſus demū cum ſcolarib⁹ vrbis muros ſpaciandi gratia a sarazenis capitur et in perſidem ductus cuiuſdam nobilis filiū literis et morib⁹ inſtruendū ſuſcepit et infra paucos annos ita informatum reddidit vt inter magiſtrū et diſcipulum nulla differentia inueniri potuit. Audita tandem fama iohānis imperator theodoſius miſſa legatiōe ſub pena capitis dño ſuo mandat vt ei q̄totius mitteretur. Venienti ergo iohanni cōſtātinopolim dedit imperator monaſteriuꝫ in quo deo ſeruiret ⁊ ipſe ſepius veniens de ſtatu regni et ſalute anime ſue cum eo tractaret. Iuuenis autem ille in perſide relictus nequitie ſpiritu agitatus epiſtolam dictauit et ſcriptam conſtantinopolim furtiue mittēs in loco vbi a miniſtris imperatoris inueniri potuit iactari fecit eratq̧ talis. Dilectis amicis qui ſunt in perſida damaſcenus iohannes monachorum minimus ſalutem. Noueritis imperatorem robur exercitus ad diuerſa bella in nationes extremas miſiſſe vrbemq̧ regiam et finitimas hominibus vacuas remanſiſſe. Quoniam ergo ſapientes eſtis ſecum congredi poteritis ⁊ victoriaꝫ vobis paratam abſq̧ mora vtiliter obtinere Inuenta igitur a miniſtris epiſtola ⁊ coram imperatore perlecta traditio ab omnibus exclamatur forma littere: et mod⁹ ſcribendi reſpicitur et iohannis eſſe imperatori nunciatur. Trahitur ergo cum iniuria multa ad imperatorem ⁊ popul⁹ ipſum non ſacerdotem ſed proditorē non monachum ſed apoſtatam proclamās et furibundus vix ab eius oculis eruendis continebat. Tunc imperator facto ſilentio ſuſpirans ait. O nequiſſime iohānes beneficijs meis ingrate malum mihi pro bono reddidiſti ſarrabaita peſſime quantum eſt in te patriaꝫ perdidiſti mihiq̧ ac meis libertatem auferens in captiuitatē nos retruſiſti. Oſtenſa autem ei epiſtola reſpondit ita. Vere domine formam ſcribendi ac dictandi genus meum hic eſſe cognoſco ſed teſtis eſt mihi deus ꝙ eam omnino non feci. Cumq̧ omnes eum veritatem occultare velle dicerent et abſq̧ dilatione eum morte puniri exclamarent iudices pari aſſenſu dicunt ipſum quia ſpecialis imperatoris amicus fuerat nō debere occidi ſed manus que tantum facinus perpetrauerat abſcidi. Quo facto iohannes gratias deo egit et abſciſa manu ad deteſtationem ſceleris et monachorū obprobrium ſuſpenſa eſt in monaſterio eius. Jahannes mox ante imaginem beate marie mancus adueniens diſcooperto vulnere et extento brachio cum ea pie rixabatur dicens. Eccine domina noſtrorū premia ſunt meritorum ecce tuorum beatitudo ſeruoꝝ:? Eſto domina mea digne pro meritis peccatorem flagellare voluiſti ſed vt quid inſtrumentū officij tui permiſiſti penitus abſcidi:? Hec quippe ma-

nus hymnorum laudis tue cantica ſepi-
us ſcribendo parabat et deo patri ſacra-
tiſſimum corpus et ſanguinem filij tui in
honore tuo ad peccatorũ ſalutẽ offerebat
Et ecce tandem regina virginũ affuit cũ
ingenti lumine et hilari facie ait. Quid
agis puer meus fideliſſime? Heu inquit
ille domina q̄d me interrogas? Quinim-
mo interrogo ego te. Ecce ad meum im-
mo ad tuum dedecus in eccleſia pendet:
abſciſa clientuli tui manus. Et illa. Con
fortare fili in domino manũ tibi reſtau-
rare poteſt qui totum hominem plaſma-
uit ex nihilo. Et eo vidente manum ab ec
cleſia delatam brachio in momento reſti-
tuit. Tunc ille gratias agens manũ fra-
tribus oſtendit et miſſam beate marie ce
lebrauit. Quo audito imꝑator pedes ad
eum venit et ore manum deoſculãs ſi ſu
um dictandi genus et formam ſcribendi
quiſquã haberet inquirit. Quod ille qui-
dem eidem retulit. Queſitus calumnia-
tor capitur et peccatum confitens ſuſpẽ-
dio iudicatur. Sed iohanne interuenien
te mors in exilium connuebatur.

¶De ſctõ Fiacrio heremita et cõfeſſore.

SAnctus fiacrius cõfeſſor vir
vita mirabilis ĩ hibernie ꝑti
bus nobiliſſimus extitit na-
talibus oriundus ſed a ꝓpin
quorum cura ſolutus ⁊ ſecu
li tumultu expeditus ſolitariam cupiẽs
vitam ducere: parentes patriamq̄ reli-
quit et domino ducẽte in francie partes
aduenit. Eo tempore quo ſctũs pharo re
licta ſeculi militia meldorum pontificiũ
poſſidebat eum ſanctus fiacrius cum ſo-
cijs ſuis hoſpitalitatis gratia expetijt.
Quem piiſſimus pharo libenter ſuſcepit
et vt mentis illius affectum indagare va
leret q̄diu vellet ſecum manere conceſſit
Cuius vultum ſimplicem et religioſum
intuens ait. Obſecro chariſſime vt mihi
originem tuam patriamq̄ et archanum
tue mentis affectum quo tendis ⁊ quo no
mine vocaris innoteſcas. Si deinde con
ſilium tibi congruum prebere queo teſte
deo libenter donabo. Cui ſanctus fiacri-
us reſpondit. Reuerẽtiſſime pater hiber-
nia ſcotorum inſula mihi meiſq̄ genito-
ribus originem dedit et quia ſolitariam
vitam ducere concupiſco patriam parẽ-
teſq̄ fugiens dereliqui locum quemlibet
congruum heremitis expetã ſed nomine
fiacrius vocor. Nunc ergo tuam almifi-
cam paternitatẽ ſupplicit̄ efflagito qua-
tin⁹ ſi locum quempiam nemoroſum in
hijs partib⁹ ineſſe noueris quo ſacris ora
tionibus inſiſtere queam mihi indulge-
re non differas. Hijs auditis beatus pha
ro gaudens effectus ait ad eũ. Habeo vti-
q̄ nõ procul hinc nemus quoddam in iu-
re proprio quod incole brodilum vocant
ad exercendam vitam ſolitariam vt cre-
do ſatis ydoneũ. Quod ſi cõtemplari de-
ſideras illuc vſq̄ pergamus. Quo oſten-
ſo ait epiſcopus. Frater chariſſime locus
iſte iure hereditario ad me ſpectat ⁊ ſi ad
habitandum in hoc loco tibi placuerit tã-
tũ ex eo quantũ tibi neceſſe fuerit deuo
tus offero et alacriter concedo. Quo di-
cto beatus fiacrius mox ad eius veſtigia
proruens et obortis lachrimis decollato
ſibi beneficio gratias referens ait. Bea-
tiſſime pater ſolo ĩtuitu locus iſte nimiũ
me delectat. Satis enim eſt et ab oĩ pro-
ſus hominum frequentia remotus. Di-
greſſis ab inuicem ſanctis vir dei fiacri-
us auulſo nemore monaſterium in hono
re beate marie conſtruxit et de die in diẽ
virtutibus accreſcens et ſibi auſter⁹ effe
ctus ſe chriſti ſeruitio arctius ſubdebat:
et quod famelico corpori quotidie ſubtra
xit peregrinis ⁊ pauperibus miſericordi
ter errogabat. Si quiſq̄ lacertorum ro-
bore priuati aut elingues effecti ſine nec

[ho]norum ariditate ꝯtracti aut maligni ſpiritus infeſtatiōe vexati vel etiā toti⁹ corporis incomoditate detenti ad eū veniebant vel deferebantur ſola manus ipſi⁹ īpoſitione dei ſuffragio incolumitati priſtine reddebantur. Fragrabat igitur vndiq3 opinio illius ſancta et multi ad eum veniebant et vt haberet vnde neceſſitatibus aduenientium ſubueniret et de laboribus manuum ſuarū inopiam pauperū reuelaret viſum eſt ei ꝙ amplior et ſpacioſior locus foret vtilis et neceſſari⁹ ad hortum faciendum ad plantandū olera ⁊ aliarum herbarum diuerſarū genera. Et ꝗuis beatus pharo prius ei tantū ſui nemoris conceſſiſſet quantū ſuis neceſſitatibus cōueniret tamen locū ampliare et hortum facere ſine licentia pontificis humilis heremita non preſumpſit. Acceſſit igitur ad epiſcopum et rogauit eū vt circa domum ſuam liceret ei tantum nemoris auellere ꝙ ibidem hortū facere poſſet Cui epiſcopus tātum terre conceſſit quātum in giro circa domū ſuam propria manu fodiendo in vna die foſſato circundare poſſet. Tunc ſanct⁹ inclinato capite gratias agens et ad locum ſuū rediens facta oratione baculum ſuum per terram trahebat et tactu baculi terra dehiſcens patebat et nemus hinc inde corruebat. Mulier interea quedam aduenit que viſo terre hiatu rei nouitate ſtupefacta hoc epiſcopo nunciare feſtinando celeriter properauit heremitā aſſerēs eē maleficū nō dei cultorem ſed magū et incantatorem. Reuerſa igitur mulier ſancto viro conuitia contumelias atq3 blaſphemias irrogare preſumpſit et eum auctoritate epiſcopi ab incepto opere ceſſare p̄cepit ipſūq3 epiſcopū aduenire nunciauit. Uir ergo ſanctus ab incepto opere ceſſans irat⁹ ⁊ triſtis ſuper petrā reſedit. Et ecce petra duriſſima diuino nutu mollita vt ſeſſiōi ſcti viri eſſet habilior ſub ipſo cōcauū eidem preſtitit locum. Eadē eni petra in eiuſdez ſancti monaſterio conſeruatur et locus ſeſſionis eius demōſtratur cuius tactu debiles et infirmi reſtituti ſunt ſanitati. Uidens ergo epiſcopus lapidem cōtra naturam cauatū ⁊ tactu baculi terram patuiſſe ⁊ nemus hinc inde corruiſſe foſſataq3 profunda ſubito facta fuiſſe heremitā deinceps feruentius dilexit et ei familiari⁹ adheſit. Ad irā ſiquidem a muliere ꝓuocat⁹ uir dei orauit vt de⁹ vlcionū dñs iniuriam ſuam ita vindicaret ꝙ om̄is mulier monaſteriū ei⁹ ingrediens ſui corporis infirmitatē incurreret. Quedā poſt hec mulier diues et nobilis cupiens videre quid accideret mulieri que in monaſteriū p̄fatū intraret in illud ancillā ſuā manib⁹ impulit ⁊ dña illa oculū amiſit ⁊ ancilla illeſa permanſit. Mulier altera pedem in monaſterio poſuit vnū qui ſtatim pes intumuit ⁊ tumor aſcendēs tibiā genu ⁊ crus occupauit. Beatus igitur fiacrius ſignis et virtutibus in vita ſua claruit et ad ei⁹ tumulum mēbra languētū modo ſanitati quolibet morbo fuerit grauata reſtituuntur. Tranſijt aūt ad gaudia celeſtia quintodecimo kal. ſeptēbris et floruit circa annū domini ſexcēteſimū viceſimū ſecundū.

## ¶ De ſeruo dei Finano epō et confeſſore

Reuerentiſſimus pontifex finanus qui ⁊ Wallico nomine Winninus appellatur: patre capreo matre vero laſſara aradeorum gēte ⁊ nobili proſapia de nudia oriundus fuit. Quem beatus patricius hibernienſium epiſcop⁹ venerandū inſignemq3 epm futurū eſſe predixit Cū eni cena magna qua parētes ei⁹ totam familiā ſuam per tres noctes ſatis habūde procurauerāt vinū deficeret de pueri ſctitate ſcdm beati patricij vaticiniū confidētes tria vaſa debili ceruiſia

plena per manū eiuſdem infantis ſignā-
tes in colorem et ſaporem optimi vini cō
uerſa ſunt. Adueniente poſt hec colmā-
no antiſtite ad erudiēdū docilis puer tra
ditur cū quo in omni obedientia et humi
litate aliquot annis inſtructus eſt factuꝫ
eſt aliquādo dū beatus antiſtes manum
ſuam ad ſanctū puerū iam legente qua-
dam de cauſa percutiendū cum flagello
ſurſum extēderet angelus domini ipam
in aere ſuſpenſam retinuit. Quo facto fi
nanus in terra proſtratus ait. Pater mi
cur me nō cedis? Et ille fili hoc volo face-
re: ſed tamen diuinitus impeditus ſum.
Ergo ſi vis flagellari ad alium magiſtrū
ire te oportet. Ego enī ab hac hora nunq̄
te corripiam. Et miſit eū ad venerabilem
ſenem coelanū noendrumenſem abbatē
⁊ vt corporis illius ac aīe curā haberet di
ligenter cōmendauit. At ille faciem iuue
nis intuens ſtatim dixit. Iſte meus nun
q̄ erit diſcipulus vere enim in celo et in
terris honore et merito longe me precel-
lit. Nam epiſcop⁹ erit ſapientia clar⁹ et
religione ac ſanctitate conſpicu⁹. Hoc au
dito finanus prophetico ſpiritu tact⁹ ait
Nec mora videbitis huc venire quem ſe-
quar ⁊ ſub quo erudiar qui mihi in omni
b⁹ neceſſitatib⁹ ſuccurrat. Et ecce naues
quib⁹ ſctiſſimus pontifex nomine nēnio
cū ſuis inerat de britānia venientes por-
tum inſule coram monaſterio tenuerunt
Quibus cum gaudio ⁊ honore ſuſceptis
prefati patres iuuenē finanū venerabili
epo cū omni diligentia commēdarūt. Cū
eodē repatriantem nauigauit ⁊ in ei⁹ ſede
que magnū vocabatur monaſteriū regu
las et inſtitutiōes monaſtice vite alquot
annis prob⁹ monachus didicit atq̄ in ſā
ctarū ſcripturarū paginis nō parū profi
ciens inſudauit et per inuocationem no-
minis chriſti multa miracula fecit Quē
dam hoiem genere grecū pro immaniſſi-
mis ſceleribus ſuis multis annis vexa-
tum quem legio demonū dum per qua-
cunq̄ mūdi partes ſanitatē querēs ibat
infeliciter ſequebatur ab omni corporis
et anime lāguore ſua pce liberauit. Re
gis britannie filiā ipm carnali amore ni-
mis diligentē ⁊ quadā die ad illicitū actū
impudēter alicientē ⁊ iuſto dei iuditio co
ram pr̄e et pplo poſt peruū interuallum
ob hoc defunctā parentū ⁊ aſtantiū gemi
tib⁹ cōpaſſus ad vitā caſtā ⁊ ſanctā reuo
cauit. Vas aque cuiuſdā hoīs inuidia ve-
neno infectum confidens in dn̄o bibit et
nullum oīno nocumentū poſtea inde ſen
ſit. In monachorū itaq̄ regulis ⁊ in ſā-
cte ſcripture paginis non mediocriter in-
ſtruct⁹ apoſtolicā petere ſedem decreuit
vt quicquid ſcientie ſalutaris forte min⁹
haberet illic ad plenū haurire poſſet. Ibi
enī annis ſeptē ſtudioſus indagator per-
manens ad ſacerdocij gradū aſcēdit Cū
enī populo romano in eccleſia quadā ver
bum dn̄i predicaret quorundā clericoꝝ
inuidia ne a populo vox illius audiretur
organa et tubas ceteraq̄ muſice modula
tionis inſtrumēta ſimul ſonare fecit. Hec
tn̄ om̄ia altitudine mirabili virtute diui
na vox ſua ſuperans cōmendātur et de⁹
in ſancto ſuo glorificat̄. Duos poſt hec
numeroſe mltitudinis populos ydola co
lentes predicatione ſimul ⁊ miraculis ad
fidem xp̄i iuxta italiā conuertit ⁊ quorū-
dam pedes ipſorū in eum irruentiū terre
herere fecit. Cumq̄ rex corū lignū ad cru
cifigendum virū dei terre infigi iuſſiſſet
eidem ligno altera eius manus adheſit/
altera ſuo lateri iuncta fuit. Om̄es tn̄ pe
nitentes et ad fidē cōuerſos illico ſoluit.
Duo inſuper leones de ſilua prima vi-
ro ſctō precedēte venientes ipmq̄ catulos
corū in ſinu portantē quaſi vacce vitulos
corā oī populo ſequebātur p ciuitatē. Si
enī hoc faceret deo ſuo ſe credituros ſpo-
ſponderūt. Inſuper et virū quēdā ab eis
occiſum vite reſtituit. Hiis itaq̄ pera-

ctis: famulus dei cũ ſanctoꝝ reliquijs al
tariqꝫ marmoꝛeo ac tribus rotundis la-
pidibus angeloꝝ miniſterio ſibi traditis
quibus vite ſue ſpacio legendo/ſcribẽdo
et oꝛando vice lucernarũ nocturnis fun-
gebat̃ hoꝛis repatriare feſtinauit. Ac-
cepto poſt hec pꝛeſulatus officio quantis
in hibernia miraculis effulſerit hominũ
vere nemo nouit. In eccleſia q̃ cella mõ-
tis vocatur quandam monialem a moꝛte
ſuſcitauit miniſtrũ cuiuſdã epiſcopi ſub
merſum ad vitam reuocauit et epiſcopũ
nomine nathũ a moꝛtuis reuocauit q̃ ſa
lutari viatico de manu finani ſuſcepto:
in pace quieuit. Filium cuiuſdã vidue
triduo defunctum et reſuſcitatum bapti
zauit. Iniquitatis filium qui diſcipulū
eius haſta vulnerauit excomunicans di-
xit. Carnem tuã volucres celi comedent
et oſſa vndiqꝫ diſperſa terra non ſuſcipi-
et animaqꝫ infelix ad inferna ſine fine de
ſcendet. Modico poſt hec elapſo tempoꝛe
illum dei inimicũ ventus ab auſtro flãs
in pꝛofundam vallem mari pꝛoximã de-
truſit vbi lignea ſude trãſfoſſus pẽdens
interijt. Filium dameni regis ſeruum
dei dum coꝛpus domini conſecraret ni-
mis inequitantem ac ne ſanctum opus fi
eret irreuerenter pꝛohibentem: per eius
oꝛationem ad dominum extenſis mani-
bus pꝛofuſam malleus ingens de celo in
caput eius iam deſcendens pꝛout meru-
it interemit. Duas quoqꝫ matronas no-
biles et ſteriles cõcipere ⁊ parere ſua pꝛe
ce effecit. Regem diarmeſium pꝛo quo-
dam amico ſuo ſupplicaturus acceſſit.
Cumqꝫ rex oſtia opidi obſerari iuſſiſſet:
illico diuinitus aperta ſunt. Quo audito
rex aſcenſu curru hominem dei deuitare
nolens confracto curru cecidit et cecita-
te percuſſus virum ſanctum ad ſe addu-
ci iuſſit. Quod ille renuens dixit. Si me
is acquieuerit petitionibus a deo qđ vult
impetrabit. Tunc nuncius regi agit. Ve
re rex negocium pꝛo quo me miſeras in
tuo iuditio ponit. Illo acquieſcente vir
dei aquam benedictam qua aſpergeret̃ ⁊
zonam ſuam qua cingeretur ad eum iuſ
ſit deferri. Qui aqua cõſperſus et cingu
lo cinctus: ad pꝛiſtinam redijt ſanitatem
Tuatalus quoqꝫ dicti regis pꝺeceſſoꝛ
butiri elemoſinam quam ſtudioſus diui-
narum ſcripturarũ tam noctibus q̃ die-
bus lectoꝛ ad opus lucernarum ab eo pe
tierat negauit. Tunc finanus futuroꝝ
pꝛeſcius aliquod pꝛopheticum materna
lingua de eo verbum pꝛotulit quod illū
non longo poſt tẽpoꝛe pꝛecinebat eſſe mo
riturum. Quo ille audito penitentia du-
ctus flexis genibus veniam petijt et ait.
Domine indica mihi qua moꝛte moꝛiar.
Et ille. Unus inquit de miniſtris tuis in
terficiet te. Uir autem ille in oculis ſuis
ſapiens atqꝫ ſuperba inflatione nimis tu
mens auſus eſt yꝛonice famulum dei ad-
huc interrogare dicens. Quantum ſpaci
um eſt inter nos et dei regnum. Et ille.
Non inquit nimis longum. Habitatoꝛes
enim illius: vocem viri humilis audiunt
Quo audito adhuc in ſua perſiſtens ſu-
perbia ait. Ubi eſt infernus: in celo vel in
terra vel ſub terra aut quante latitudi-
nis et pꝛofunditatis eſt lõgum ve eſt ſpa
cium inter nos et illum. Cui doctoꝛ egre-
gius aliquantulum dei zelo commotus
reſpondit. Infernum ego nõ menſuraui
tu vero pedibus tuis menſurabis. Uia
autem que ducit ad illum q̃ ſit longa et
bꝛeuis ex hoc perpenditur q̃ pꝛiuſq̃ hu-
ius diei aduenerit finis tu ĩ eo eris. Que
pꝛophetia repentina moꝛte ipſius ante
veſperam eſt completa.

Hec pauca de maximis magni hui⁹ ſan
ctiſſimiqꝫ pontificis virtutibus ad edifi-
cationem legentium defloꝛare decreui:
qui poſt obſeruationem mandatoꝝ dei
omnipotentis poſt angeloꝝum pꝛeſenti-
am ad ſe cõſolandum ſibiqꝫ cõſulendum

crebro venientium aliaſqȝ diuinas reuelationes ꝙ plurimas infirmitate correptus totius anni circulo in doloris decubuit lecto. Imminente vero diſſolutiōis eius hora ſacramēta dñica corporis ꝛ ſāguinis xp̄i ſumpſit et ſpiritum in manꝰ creatoris ſui emiſit quarto idus ſeptembris. Sepultum eſt autem corpus eiꝰ ſcotia apud cunighā in loco qui ab eis Wallico nomine kilwinin appellatur.

## De ſancto Foillano ep̄o et martyre.

Beatus foillanus in hibernia ex regali proſapia ortus nobilitatem generis generoſitate mentis eximie nobilitauit. Ab ipſis eniȝ pueritie annis diuinis ſe iugiter mancipauit obſequijs Per incrementa aūt etatis ac probitatis adultus dum vite preſentis peregit incolatum ſeip̄m in omnibus exemplū bonorum operum prebuit. Hic enī cū patriarcha abraham audita domini ſui voce exi de terra et de cognatione tua imitator fidei et operis libenter paruit. Reliquit igitur cognationē et patriam vt filius abrahe terram repromiſſionis terram inꝗ viuentiū hereditauit. Cuius quaſi firmiſſimū pignus tenuit dū honore pontificali ſublimatus cū beato petro apoſtolo ligādi ſoluendiqȝ gratiam ſortitus eſt. Temporibꝰ enim regis francoꝝ ſigiberti cum grimoaldꝰ eſſet maior domꝰ regie ꝛ herkenaldus quaſi patricius poſt exceſſū fratris ſui furſei qui olim ſecundum reuelationē angelicā in frāciā veniēs cū preclaris fulgeret virtutibꝰ a predicto erkenaldo cū magno ſuſceptus ꝛ habitus etiam ſepultus fuerat honore ſocio ſeniore fratre eoꝝ vltano et ipſe peregrinatiōis gratia franciā adiit. Cūqȝ plurima euāgelizando peragraſſēt loca tandē ducēte dño nobiliſſime tunc temporis matrone itu-berge eiuſqȝ filie geretrudis ſanctiſſime ſancta adepti ſunt contubernia. Beatus itaqȝ preſul foillanus ſancte geretrudis contubernalis effectus fidei feruorem et charitatis dulcedinē illius iugiter inſerebat mentibus. Sancta aūt virgo agnita tam eius ꝙ fratris ſui vltani ſanctitate per manus eorum deo obtulit partem hereditatis ſue villam ſcilicet quam foſſas vocant vt monaſterium conſtruerēt ad perpetuum peregrinoꝝ hoſpitiū. Edificato autem monaſterio: vltanus rector ſedit in eo foillanus vero beate virginis ſe reddidit officio. Quod cū plurimo peregiſſet tempore deuotaſqȝ fideliū mētes ad virtutū culmen erigere et ad perfectionis ſtuduit faſtigia concitare. Cum autē fratrem ſuum vltanū necnon fratres in cenobio degentes viſitare decreuiſſet celebratis miſſarum ſolempnijs virgini geretrudi valedicens et fratribus ꝛ ſanctimonialibꝰ eorumqȝ ſe commēdans precibus corporis ſui ſepulturam quadā animi perſpicacitate attentius cōmendabat Et aſſumptis ſecum tribꝰ fratribꝰ dum vie neſcius per quendam ſaltū iret: adeſt quidam miniſter diaboli qui falſam hoſpitij ſimulās hūanitatē illis necē parat. Neqȝ enī latere poterat virū ſpiritu ſancto plenū doloſum ſatellitis ſathane machinamentum. Vñ ad om̄ia aduerſa animum habens paratū more ſolito in ſpiritualibꝰ canticis pernox quibus nocte ac die deo ſoli vacans nō ceſſabat euentum rei imperterritus expectabat ſe ac ſocios diuine pietati cōmendans. Poſt matutinarū ergo expletionem cū vir ſanctꝰ videret cōmilitones ſuos pauentes confortās eos dixit. Nolite q̄ſo fratres mei turbari nolite mortis formidine concuti oportet quidē hec fieri oportet nos ſtare ante tribunal xp̄i. Memētote filij chariſſimi verborū dñi: nolite inq̄t timere eos qui occidunt corpꝰ animā aūt nō poſſunt occide-

re. Quod ſi appꝛopiquauit tempꝰ ⁊ ideo
nunc dñs ſuo iuſto iuditio licet nobis oc
culto nos in manus tradidit iniquoꝝ lau
dantes eũ in quo nõ eſt iniquitas qꝛ iuſtꝰ
eſt in omnibus vijs ſuis coꝛũ verbis qui
pꝛo teſtamento ipſius in moꝛtem ſua tra
diderunt coꝛpoꝛa humiles atqꝫ intrepidi
dicamus. Moꝛiamur ⁊ nos in ſimplicite
noſtra et teſtes erunt ſuper nos celum et
terra qḋ iniuſte perditis nos. Nã nos ſer
ui inutiles cur moꝛtis viam ingredi per
timeſcamus ſine qua ad verã vitam neqͭt
fieri tranſitus cũ deum ⁊ dominũ noſtrũ
ipſam ſubiſſe veraciter credamꝰ ? Quin
potius ipſuꝫ benedicẽtes iuxta illud apo
ſtoli ſedule mente voluamꝰ quia nõ ſunt
condigne paſſiones huius tẽpoꝛis ad fu
turam gloꝛiam que reuelabitur in nobis
Cumqꝫ ſanctos fratres dominicis vbis
conſolatus fuiſſet pꝛefatus diaboli ſatel
les non iam hoſpes ſed hoſtis non multo
ſtipatus milite ſed multo demone plenꝰ
epm ſanctũ cũ ſocijs decollauit: ⁊ abdita
ſiluarũ petentes in viliſſimo loco ſancto
rum coꝛpoꝛa relinquũt et veſtes ⁊ equos
ſanctoꝛũ in longinquis partibꝰ vendide
runt. Migrauit autẽ ad dñm martir dei
foillanus pꝛidie kal. nouẽbꝛis. Admi
rans aũt virgo geretrudis tantã viri dei
moꝛam ad cenobiũ quo vir ſanctus ten
derat nuncios mittit cui vir dei vltanus
ſcti epi frater talia verba remiſit. Tua in
quit virgo pꝛudentiſſima perſpicax vide
rit induſtria quid poꝛtẽdat ſignũ nõ abſ
qꝫ certi cauſa pꝛeſagij mihi taliter oſten
ſum. Aſſiſtẽti ſiquidẽ mihi in oꝛationũ in
ſtãtia affoꝛe viſa eſt colũba ſuper niuẽ cã
dida ſꝫ fuluido roſeoqꝫ ſanguie alas per
fuſa ac leuiuolatu ſcãdẽs ſupera. Quid
iſta ſignificent tua beata virgo pꝛoſpici
at ſolertia: nã de chari fratris mei pꝛeſen
tia nulla alioꝛſum patẽt inditia. Hec au
diẽs illa ſtatim vbiqꝫ nũcios dirigit nulli
us certitudinis reſponſa ferentes. At illa
triduano omniũ fratrũ ⁊ ſctimonialium
indicto ieiunio pꝛe omnibꝰ magis ſe af
fligit inedia pꝛece inſtat aſſidua quatinꝰ
de doctoꝛe et inſtructoꝛe ſuo a deo ſibi cer
ta darentur inditia. Et ecce poſt vigilias
rũ ſolempnia aſtitit ei angelꝰ a deo miſ
ſus dicens. Uirgo geretrudis deo deuota
vidit quem pie colis lachꝛimas tuas oꝛa
tiones tuas ſuſcepit: fidelis domini ſer
uus foillanꝰ ſuper quo ſollicita es quem
tue ſalutis neceſſarium et augende gra
tie uoluit foꝛe miniſtrũ peractum fideliṫ
commiſſum ſibi officiũ peregit felici mar
tirio tempoꝛalis vite ſtadiũ ⁊ permeruit
vite perhennis bꝛauiũ. Egrediens ergo
diligenter attende ſignũ tibi per me oſtẽ
ſum et in loco vbi ſignũ videris coꝛpꝰ ſer
ui dei inuenies. Egreſſa confeſtim virgi
ne maximi ſplendoꝛis oſtenſa eſt illi coꝛo
na ſuper ſanctoꝛũ coꝛpoꝛa a terra ad celũ
vſqꝫ poꝛrecta. Inuentis igitur in loco il
lo coꝛpoꝛibus ſeptuageſimo octauo poſt
martyꝛiũ illoꝛum die qui eſt ſeptimuſde
cimus dies kalẽdaꝝ febꝛuarij quo ⁊ bea
tus furſeus frater eius huius vite fecit fi
nem. Accidit eo tempoꝛe grimoaldum
qui erat maioꝛ domus regie et didonẽ pi
ctauẽſem epm illis partibꝰ imoꝛari. Cũ
qꝫ oꝛãdi grã ſctoꝝ frequentarẽt limina il
lo die quo beati foillani ſocioꝛũqꝫ eiꝰ coꝛ
poꝛa ſepeliẽda eẽnt delata ꝑfatꝰ epꝰ poſt
vigiliarũ officia cũ ſopoꝛi membꝛa dediſ
ſet talia per viſum accepit monita vt ꝗ̃
totius occurreret ad helie ꝓphete coꝛpis
obſeqa. Qui ꝯurgẽs audiuit voces pſal
lentiũ deũqꝫ collaudantiũ. Percũctatus
aũt qḋ hoc eſſet: cõpit eos viroꝝ dei obſe
quijs inſeruire ſicqꝫ intellexit qḋ ſibi im
peratũ ſit de coꝛpoꝛe helie pꝛophete. Se
pultũ eſt aũt coꝛpꝰ eiꝰ cũ maximo hono
re in monaſterio qḋ frater eiꝰ vltanꝰ edi
ficauit ſuper fluuium qui beruenna dici
tur ⁊ ex exitu loci foſſas nũcupatur. Ubi
uſqꝫ hodie ad declarãdũ ſancti martiris

meritū per orationis eius interuentū exaudiuntur preces humiliū et perficiunt deſideria fideliter poſcentium.

## ¶ De ſancto Fremundo rege et martire.

TEmporibus regū antiquorū fuit in anglia quidā rex noīe offa qui a primeua etate cum vxore ſua botilda paganicis detent⁹ ritib⁹ viuēs prolis inter ſe conſolationē vſq; ad decrepitā etatem habere non poterant. Eadē vero tempeſtate in eadem prouintia quidam noīe algarus ex coniuge ſua thoua filiū ꝓcreauit qui tertia die natiuitatis ſue cōtra nature modū dei voluntate id agēte loquelam edidit et de prefato rege offa prophetare cepit. Aſſeruit enī ꝙ in vltimo ſenectutis tēpore ex vxore ſua filiū a deo electum procrearet qui et patrem ſuum incredulitatis errore detentū vna cū matre ⁊ maxima gētis ſue multitudine ad fidei veritatem veriq; ſaluatoris agnitionem conuerteret. In infātia aūt ſua leproſos mundaret/cecos illuminaret ⁊ eandē patriam ab hoſtiū irruptione ſimul et ſtrage liberaret. In cuius ortu ſuper domuʒ in qua naſceretur arcū celi nouem dieb⁹ et totidem noctibus ad ſanctitatis ei⁹ indicium iugiter cōſtare predixit: ⁊ ꝙ Fremundus vocaretur inſuper inſinuauit. Quo dicto in ſctē trinitatis nomine idem puer baptiſmū petijt et baptizatus ſtatī ſpiritū emiſit. Cōcepit tandē regina et ſicut etiam in ſumpnis ſibi precoſtēſum fuerat promiſſum a deo fremūdū ſine magno dolore peperit. Super domum autē in qua nat⁹ eſt puer lucis colūpna apparens illius notitiam ⁊ ſctitatis laudē circūquaq; diffūdebat. Cū enim ad intelligibiles etatis annos perueniſſet cū pluribus alijs predictis ſignis prouocat⁹ ab epō heſwi baptiſmi gratiaʒ ſuſcepit. De virtute in virtutē quotidie excreſcēs leproſos mūdauit et varie infirmitatis incomodo depreſſos inuocato chriſti nomine curauit parentes ſuos gētilitatis errore vſq; tunc detentos tantorū prodigioꝝ magnitudine allectos ad xp̄i fidem cū infinita nobiliū et plebis multitudine conuertit. Parentes vero eius etatis grauitate preſſi ⁊ corporū infirmitate inualidi poſt acceptam xp̄i gratiaʒ regi celeſti militare volentes filium ſuum fremūdum iuſticie cultorem/pacis ⁊ concordie amatorem: licet plurimū renitētem ad regni regimen promouerunt. Neceſſitate igit̄ compulſus non ſue ſed parentū voluntati ſatiſfaciēs regni gubernaculo anno integro et dimidio ſuſcepit/paupes fouit/pacis gratiam auxit et rebellium proteruiam potenter depreſſit. Deitatis tandē amore preuentus: hui⁹ honoris culmen quaſi nihilū et inane ducens ne curis terrenis deditus ſalutis eterne detrimentū incurreret parentib⁹ ſuis et regni incolis inſcijs cū duob⁹ clericis ſcʒ burghardo qui eius vitam conſcripſit et vſq; ad vite finem cum eo manſit ⁊ edebrido clā fugiens heremi loca queſiuit. Et cum in littore maris nauem modicam et neglectam ſine omni nauali inſtrumento repperiſſet: in dei clementia confiſus illā intrans intrepidus non ventis ſed dei auxilio ſe commiſit et quo eam man⁹ dei impelleret ire precepit. Quinto itaq; nauigationis die ſine omni remigio cum duobus ſocijs ad loca in quibus ante eum nemo propter demonum ibideʒ habitantiū infeſtationē viuere potuit incolumis peruenit. Hec inſula mari vndiq; circumfuſa ꝓpter altitudinē ei⁹ nimiam vno tātum in loco aditum prebet. Hec alonge eā cernentibus inſtabilis et vaga creditur: dū nunc hac nunc quaſi alia parte nauigantibus eſſe conſpicitur et ideo ylefage appellatur. Hec ſitu paruula nemoris alti-

tudine circumquaqꝫ decorata pratorum viriditate venuſta fontis ad hauſtū habilis amenitate irrigatur. Hunc locū a deo ſibi donatum rebus omnibus mundi ac delicijs prepoſuit/thezaurorū copijs plꝰ dilexit. Septem vero annis ab hominuz ſequeſtratus conſortio ibi viuens: ſylueſtrium pomorū fructu radicibuſqꝫ ꝗbuſdam necnon auiū ouis que ibi habundabant ad victum quotidianum vſus fuit. Veſtimenta autem ſua per ſeptem annorum curricula ita deus incorrupta cōſeruauit vt ipſorum decorem vſu aſſiduo diminui non permiſit nec vetuſtate in aliquo lacerari. Tugurium paruulū ſibi cōſtruxit ⁊ cellulam in honore ſancte marie in qua diebus et noctibus orationi incūbēs ſeipſuz ſacrificiū deo offerret cū ſuis ſocijs velocit edificauit. Diaboꝰ eni ſancti fremundi ſanctitatem non ferens nec coronatur niſi qui legitime certauerit eiꝰ patiētiam ſepius aggreſſus omnimodis temptationibus eum a ſtatu rectitudinis deijcere conatur pre oculis cordis gloriam terrene dignitatis pro chriſti amore ſpretam ſepius obijciens et quantū ſibi ſuiſqꝫ ſub iuuenili flore proficere poſſet cordi immittens: innumeris temptationibus eum decipere ſatagebat. Chriſti tamen miles qui cordis ſtatum in ſublime erectum habens que mundi ſunt ꝑ chriſti amore contempſerat retro reſpicere et contempta iterum amplecti dedignatur. Et qui ſolum celeſtia feruenti deſiderio penitus tranſitoria calcando cōcupiuit: diaboli temptationibꝰ fatigari nō ſuperari potuit. Illis enim diebus paganorum exercitus ex tranſmarinis partibus adueniens angliam cum habitatoribus ſuis cede et incendio conſumens idolatrie illorum ſubijci nolētes diuerſis penis precipue afflixit afflictos crudeli morte dampnauit non ordini/ſexui/ dignitati parcens nec etati. Horum exercitui yngwar et hubba crudelitate nimia duces effecti regiones anglie occidendo perluſtrantes ſanctum edmūdum ſuis legibꝰ ſubijci nolentem poſt plurima penarum genera fera morte occiderunt. Huiuſmodi enim fama vbiqꝫ diuulgata ad aures offe regis perueniēs ⁊ legem dei religioniſqꝫ cultum inhumana hoſtium feritate deperire expaueſcēs accepto a ſuis cōſilio vigintiduos legatos nobiles filium ſuuz Fremundū per mare per terras vndiqꝫ ꝗſituros mittit fidei chriſtiane cultum hoſtium depopulatione citius periturum mandat: niſi ipſe pro chriſto pugnaturus adueniens fidei hoſtes expugnet fidelibus auxilium ferat ⁊ cultores chriſti potenter defendat. Peragrata tādem tota anglia ad maris inſulas exquirendas nuncij regis perluſtrare moliti ſunt. Aſcenſis itaqꝫ nauibus quo eū quererent quo pergerent ignorantes diuino nutu magis ꝙ humano ad inſulam qua vir dei cū ſuis degebat ex inſpirato perueniunt et eum per loca varia et nemorum occulta querentes eius celle tādem approximant et more ſolito orationi vacantem reperientes habitu conſiderato et vultu ipſius annotato eum recognoſcunt. Genibus igitur eius prouoluti patris et amicorum neceſſitatem/ hoſtium aduentum/ chriſtianorumqꝫ necem palam annunciant/ parentum interitum/ fidei religionem ab hoſtibus deperire coram eo deplorant. Quibus auditis miles chriſti qui ſeculo renunciauerat quomodo ad ſeculi certamen redeat? Quomodo chriſti tirones pro chriſti amore perire conſpiceat? Quomodo ſuorum interitum vindicare preſumat? Quomodo mala ſibi vel ſuis inferentibus mala bonus ipſe rependat: cum niſi mala ſibi inferentibus bona rependat bonus eſſe nō valeat? Si profecto ad virum hunc beatiſſimū ſolum hoſtes ferociſſimi xpiane

qua ꝙ amplius in angliam redeat cum

tot illi videam⁹ imminere cõtraria. No
dico inquit godricus tẽpore patietur exi-
liũ: ⁊ ſpacio penitẽtie tũc peracto reuerte
tur honorabilior ꝙ̃ diſceſſit. Monachus
quidã ciſterſiẽſis peccati cuiuſdã grauio
ris mole depreſſus pernicioſa nimis pec
candi cõſuetudine tenebatur. Multotiẽs
enĩ cõpũctus ⁊ lachrymãs ad cõfeſſionis
remediũ veniebat; ſed iterũ quaſi canis
ad vomitũ rediit ad peccatũ: ⁊ ita qđ vno
tpe mundabat altero maculabat. Hic ad
virũ dei veniẽs dixit. Dñe quidã notus
michi grauiſſima tẽptatiõis moleſtia fa
tigatur laqueis dyaboli miſerabiliter ir
retitus: poſt penitẽtiã et confeſſionẽ ſepe
relabitur in qđdã grãde peccatũ: ⁊ cũ la-
chrymis poſtulauit vt eũ tuis orõnibus
cõmendarẽ. Ad hec ſctũs cũ ſilenter oraſ-
ſet: ita rñdit. Quãdiu frater huiuſmodi
perpetrabis: qñ a tam deteſtabili opera
tione ceſſabis? Ceſſa iam ceſſa: te magis
⁊ magis tanti peccati vinculo innodare.
Ille cõfuſus: alius eſt inquit dñe de quo
loquor. Immo tu ait vir ſctũs hoc feciſti
quia ſic ⁊ ſic agens hactenus in tali dede
core volutaris et modũ ſue cõſuetudinis
ei diligẽter expoſuit. Tũc ille ꝓcidẽs ipſi
us miam flagitauit. Quẽ vir dei erigẽs
et benedicẽs ſpero inquit qđ deus te ĩ hoc
peccatũ ampli⁹ cadere non permittet: tu
operibus penitẽtie deuot⁹ inſiſte. Frater
ille deinceps a poteſtate diaboli liberat⁹
in abbatem poſtea promot⁹ eſt. A par-
te aquilonari eccl'ie prodierũt quaſi tres
viri de pariete: qui velut orãtes corã alta
ri genua flectebãt: pectoraq₃ tundebãt:
⁊ cõuerſi aliqñ ad ſctm̃ dei tanq̃ venerã-
tes illũ: genib⁹ curuatis capita inclina-
bãt. Cum ſic diutius agẽtes aduerterẽt
illũ nõ eſſe deceptũ excreſcẽtes in altũ ſu-
per trabes capita efferebãt: ⁊ iuſſi a viro
dei in auras euanuerũt. Miles quidam
cauſam habẽs corã iuſticiarijs deciden-
dam pro terra ſibi violẽter ablata: ⁊ mit
tens godrico negociũ ſuũ eius orõnibus
cõmendabat. Cũq₃ rediſſet domũ eadem
nocte ſecreto ꝑcepit vxori ſue vt duos ſoli
dos mitteret viro dei. Quos illa ſuſcipi-
ens viro neſciẽte retinuit: et ſuis vſibus
reſeruauit. Cauſa militis per biennium
nõ terminata: miſit ad eũ godricus ꝙ du
os ſolidos ꝓmiſit ſctõ iohanni quos vxor
eius accepit ⁊ adhuc non trãſmiſit. Ego
inquit ſi veniſſent illos pauperibus erro
gaſſem ⁊ cauſa ipſius que adhuc pro iſta
trãſgreſſione ſuſpẽditur finẽ ſortita eſſet
idoneũ. Qui mirantes pecuniã reddide-
rũt: ⁊ ſtatim ad militis voluntatẽ lis per
cõcordiam eſt ſopita. Morbo correptus
acerrimo per ſuperficiẽ corporis liuidus
tumor extenderat: et interius dolor eda-
ciſſimus quaſi vermiũ interiora paſcen-
tiũ diſcurrebat. Et nocte quadã cum iace
ret velut exanimis: cepit elata voce diu
cũctis admirãtibus iubilarẽ et tanq̃ ſa-
nitati reſtitut⁹ apparuit hilarior. A mo
nacho vero interrogatus cur ceciniſſet:
ait. Dulcia fili fuerũt que vidi ⁊ ideo me
a cantu cohibere nõ potui. Tanta michi
lux per feneſtrã illuxit ⁊ tantus odor dul
cedinis cũ hac luce me perfudit vt michi
priſtinã recuperaſſe videar ſoſpitatẽ. Au
diui quidẽ Kyriel. xp̃el. a ſupnis ciuib⁹
decãtari: ⁊ ideo eadem verba cõſequẽter
ego cãtaui. Miles quidã ſtrenuus cum
ſocijs militib⁹ in ſcotiã ꝓficiſcẽs apud ty
nemuthã hoſpitatus eſt. Ubi de nocte vi
dit in ſompnis xp̃m veniẽtem in nubib⁹
crucifixũ ⁊ recentia vulnerum ſtigmata
preferentem. Et ecce vir ſtatura modic⁹
⁊ canicie venerand⁹ aſcẽdit ad eum. Pri
mo ad pedes: poſt ad genua: deĩde ad ſuc
cinctoriũ: et tũc cum crucifixus benigne
reſpiciens ſalue ait godrice noſter amice
qđ mõ poſtulas conſequeris. Poſtea diu
aſpectu blãdo: vultu ſereno: ſermone io-
cundo adinuicẽ ſunt locuti. Miles q̃ hec
videbat dei clementiã inuocabat: ⁊ acceſ

ſit ad eum quidā circūſtantiū dicēs. Si
feceris ea que audieris a godꝛico: ſalutē
cōſequeris optatā: qm̄ ⁊ ipſe tui meminit
apud deū. Interea vidit crucifixum in ſe
oculos cōuertentē: et manus in ſublime
ꝓtendens dn̄e inquit iheſu xp̄e miſerere
mei: tm̄qꝫ clamoꝛē edidit ꝙ ſocios exper-
geſecit. Et excitatus et queſitus cur cla-
mauerit: cuncta ſeriatim retulit: ⁊ quis
eſſet ille godꝛicus inquirit: ⁊ ad eum per-
rexit. Quē videns: ipſum eſſe quē in ſom
pnis viderat exclamauit. Tūc vir ſctūs
ego inquit fui quē vidiſti cum dn̄o loquē-
tem ⁊ pꝛo tuo crimine depꝛecantē. Tu ve
ro faciē eius in cōfeſſione pꝛeueni vt mea
poſſis interceſſione iuuari. Ille accedēs
ad ſacerdotē ꝙ antea pꝛe confuſione cela
uerat: cōpunctus aperuit et viro dei ab-
ſolutus aſſedit. Qui de lineo panno cru-
cē fecit et ait. In noīe iheſu xp̄i hoc ſignū
crucis accipies: quoniā ipſe ad hāc pere-
grinationē te vocauit qui tibi crucifixus
apparuit. Et factū eſt ita. Apparuerūt
ei tres viri de celo deſcendētes quoꝛū ille
qui ſtabat a ſiniſtris ita eſt locut⁹ ad me-
dium. Dn̄e hic noſter godꝛicus ꝙ̄diu hoc
modo cruciabitur ⁊ a nr̄o collegio diſiun
getur? Adhuc ait ille eſt in eo aliquid ex-
piandū necdū venit hoꝛa eius vt trāſeat
ex hoc mundo. Et vultu placido cū reſpe
xerunt: ⁊ verba que hoīs lingua explica-
re nō poteſt ab eis audiuit. Medius illo-
rum fuit dn̄s iheſus a dextris celi claui-
cularius a ſiniſtris iohannes baptiſta.
Tūc flere vehemēter incepit: adeo vt ſin
gultus atqꝫ ſuſpiria loquēdi adimerent
facultatē. Die quadā raptus in extaſim
ab hoꝛa diei pꝛima vſqꝫ ad nonā palmas
in celū tenebat erectas: lachꝛymiſqꝫ fluē
tibus īuocabat dei piiſſimā genitricem
quaſi pꝛeſentialiter aſſiſtētē. Sepe pſal-
lebat: frequēter oꝛabat: ſemperqꝫ ploꝛa-
bat: canticū plerūqꝫ dulciſſimū decanta-
bat. Et adiecit. Sancta maria miſerere
ſuccurre: auxiliare: ⁊ pꝛotege ⁊ de hoc er-
gaſtulo erutū ad te perducito ⁊ tecum in
perhenni gloꝛia collocato. Nō me vlteri⁹
in pꝛeſenti miſeria derelinquas quia ti-
bi coherebo: nec te aliter abire permittā.
Poſt hec quaſi cū aliquo ſecreto diuti⁹ eſt
locut⁹. Deinde vocatis fratrib⁹ quibuſ-
dam ait. Grauis eſt michi coꝛpoꝛalis pu
gna milicie: multoqꝫ meli⁹ diſſolui ⁊ eſſe
cum xp̄o. Nā ſenio pꝛegrauat⁹ cōſuetas
oꝛōnes nequeo ꝓſoluere nec ſpūalibus et
iocundis meditationib⁹ aīm diu tenere
ſuſpēſum. Cū beata inquit virgine ſum
locutus que mecū ſedens de patria cele-
ſti multa narrauit. Pꝛomiſit etiā ꝙ me
nō deſereret ſed habitaculū vite perhen-
nis michi opoꝛtuno tp̄e ꝑpararet. Alia
vice vidit celos apertos et beatoꝛū ſpiri-
tuū choꝛos ſummā trinitatē laudantes:
⁊ pꝛo ſalute humani generis exoꝛantes.
Uidit etiā patrem oīm creatoꝛē ⁊ filium
oīm redēptoꝛē: ⁊ ſpiritū oīm cōſolatoꝛem
adeſſe pꝛeſentes: vnde pꝛe nimia iocūdi-
tate vocē ⁊ linguam cohibere nō potuit.
Poſt hec tundēs pectus cum lachꝛymis
ait. Miſerere dn̄e miſerere: ꝙ̄diu in iſta
calamitate relictus a tāta gloꝛia ſepara-
boꝛ. Tanta quidē fuit vehemētia cōpun
ctiōis illi⁹: vt vltra effari nō poſſet. Mo
nachus quidā a ſctō thoma archiep̄o ad
godꝛicū miſſus dixit. Quare dn̄e diſſen-
tio regis ⁊ dn̄i cātuarienſis tot ānis nul
la cōpoſitiōe ſopitur? Quia vterqꝫ illoꝛū
inquit godꝛicus in huius honoꝛis colla-
tione peccauit: diuina ſeueritas vtrūqꝫ
flagellādo caſtigat. Elicit vero deus ple-
runqꝫ de malis bona ⁊ que malo ſunt in
choata pꝛincipio bono fine cōcludit. Dic
inquit archiep̄o ne nimis moleſte ferat ſi
ad tēpus durioꝛa ſuſtineat: nā tanto erit
coꝛona gloꝛioſioꝛ: ꝙ̄to pena fuerit pꝛoli-
xioꝛ. Infra ſex nempe mēſes verboten⁹
reconſiliabitur ſed godꝛicus tūc non erit
in vita ⁊ infra nonū menſem ablatis om

nibus reſtitutis ad ſedē ꝓpriā remea-
bit. Ibi finē totius negotij ſorcieť ad ho-
norē dei: ⁊ ſalutē ſui cōſolationēq; multo
rum. Hec aūt verba nouiſſima ⁊ eorū ar-
chanū archiepſ bene perpendet. Dixit
aūt monacho qui miſſas ei celebrare con
ſueuit. Ego fili ſpūs angelicos ſepe vidi
⁊ cū illis verba cōſerui ⁊ ab illis frequen
ter auxiliū: conſilium: ſolaciūq; percepi.
Sed eorū tam crebrā viſitationē poſt in-
quietationem hui⁹ infirmitatis amiſi:
quia cogente moleſtia compellor ⁊ vana
ꝓfari: ⁊ de tēporalib⁹ meditari. Dixitq;
eorū ſpeciē non poſſe hoīs intelligētia cō-
prehendi ſe nuper eorū interfuiſſe collo-
quio ſibi cuiq; aperire ſecreta q̄ dixerant
nō licere. Altera die ſubito excelſa voce
dulciq; modulatiōe cātauit et hec verba
ſepius iterauit: welcome ſymund. Uer-
ba quidē plura nō protulit: ſed quotiens
ea repetijt: totiens cātandi modulos per
mutauit. Moderata demum voce ſubri-
dens ait. welcome ſymund. Sūt aūt diu
tiſſime collocuti: et tandē godric⁹ oculos
in celum tanq̄ aliquid aſpiciens erexit ⁊
poſtmodū an aliquis preſens eſſet inqui
ſiuit. Et accedētes ad eū aliqui ipm vul-
tu ſolito ſereniorē eſſe cōſpexerunt. Et di-
xit: filij ſymonē petrū celi clauicularium
a longe vidi venientē: ⁊ cecini ad eius ad
uentū. Iuxta me ſedit et mecum loquēs
multa michi retulit ſecreta que mēs hu-
mana nō capit: nec humanis poſſunt ſer
monib⁹ explicari. Ipm abeūtem primo
ad alias regiones deinde celū penetrare
conſpexi. Clericus quidā beato godrico
valde deuotus acceſſit ad eū et ad pedes
eius reſidens multis ſermonibus cepit
perſuadere ꝙ vtile foret: actuū ipſius no
ticiā ad poſteros peruenire. Nouiſſime
adiecit: ꝙ libēter ſi annueret vitā ipſius
eo docente cōſcriberet. Ille cōticuit: et in
clericū oculos cōuertens: poſt ſilentiū tā
dem ait Ita quidē facturus eris verum
hoc nequaq̄ in p̄ſenti tpe cōſequeris. Cle
rico vero curioſius inſiſtente: vt que ſcri-
bere poſſet ediceret: ſic vir dei rn̄dit. Ui-
tam godrici talē eſſe cognoſcas. Godric⁹
primo ruſticus pinguis: fornicator: im-
mundus: fenerator: falſarius: deceptor:
periurus: adulator diſcurrens: petulās
⁊ guloſus. Modo pulex mortuus: canis
fetidus: vilis vermiculus: nō heremita
ſed ypocrita: nō ſolitarius ſed mente diſ-
fuſus: deuorator elemoſinarum: faſtidio
ſus deliciarū: cupidus ⁊ negligens: ocio
ſus ⁊ ſtertens: ambicioſus et prodigus:
⁊ qui nō eſſet dignus alijs ſeruire: quoti
die ſibi miniſtrātes verberat ⁊ obiurgat
Hec ⁊ his peiora ſcribere poteris de god-
rico. His dictis velut indignat⁹ obticuit
⁊ clericus cū confuſione diſceſſit. Inter-
iectis aliquot annis: vir dei illius clerici
miſertus: vltro cepit exponere que vole
bat. Librū quē ſcripſerat profecturus ar
ripuit: ⁊ tenēs eū manu ad ſancti genua
ꝓuolutus dixit. Obſecro pater vt ad dei
honorē ⁊ fideliū vtilitatē: hūc libellū bn̄-
dicere: ⁊ deo cōmendare digneris. Tunc
ad illū cōuerſus ait. Sterili quiſnam li-
ber eſt iſte? Et ille. De geſtis cuiuſdā reli
gioſi hoīs: qui multa pro deo ꝑtulit i hac
vita: ipm vera narratiōe cōpoſui Cumq;
libellū aliquātulum cōtrectaſſet: tenens
eum inter manus erectas: et oculos ele-
uans in celū ait. Pater oīps ⁊ tu mi do-
mine iheſu xp̄e: ⁊ tu ſctē ſpūs oīm conſo-
lator: et tu piiſſima dei genitrix et virgo
perpetua: ⁊ tu ſctē iohannes baptiſta cū
oībus ſctis obſecro vt benedicere digne-
mini hūc libellū: quatinus vobis fiat ac-
ceptus: ⁊ poſteris profuturus. Et ſigno
crucis illū cōſecrans bn̄dixit: ⁊ deoſcula-
tum clerico tradidit dicēs. Adiuro te fili
per nomē iheſu xp̄i: et per dilectionē qua
michi cōiungeris: vt nemini me viuente
hoc detegas: nec ſcriptum iſtud oſtēdas.
Scio eni te ꝓpter hunc librum aſpera et

amara eſſe paſſurū ab emulis tu vero ne
mouearis: q̄a veritas liberabit te. Cū
annos ſexagita in heremo peregiſſet: tā
tus faciem ipſius ⁊ membꝛa tumoꝛ obſe
dit: vt vix foꝛme pꝛioꝛi ſimilis appareret
Doloꝛē nimiū interi⁹ ſentiebat tanq̄ ver
mes viui circūquaqꝫ diſcurrerent et me
dullitus cūcta conſumerent. Agebat au
tem gr̄as deo q̄ eū ſic a peccatis munda
re dignaret̄ et ait. Vermes iſti recte coꝛ
pus comedūt in hac vita: vt vermis ille
perpetuus aīam non laceret in iehenna
Per annos fere octo in lecto languid⁹ de
cubuit nec vnq̄ niſi aliene manus auxi
lio exurgebat. Interea venerūt duo za
buli deferētes lectulū ⁊ dicentes. Huc ve
nimus vt te ad inferos depoꝛtem⁹: quia
ſenex delirus es ⁊ de ſapiente factus inſi
piens. Ille crucis ſignaculo ſe muniuit:
⁊ oꝛās demones ꝓtinus effugauit. Po
ſtea folliculi ipſi⁹ intumuerūt inſtar mu
liebꝛiū mamillarū: ⁊ ex eis fere omni die
quaſi venenoſus humoꝛ expꝛimebatur
manibus miniſtroꝛū. Ibi eni velut apo
ſtema diruptū fiſtule patētis vlcus effe
cerat vnde liquoꝛ iugiter emanabat: nec
ante ipſius obitū ſanari potuit. Hoſtis
interim antiquus videns poſt quietem
ſompni illum tepidius agentem lecti hu
mentia declinātem ⁊ ſicca querentē: ſub
ito pepulit impꝛouiſum de lctō ⁊ ſcamno
caput illi⁹ alliſit. Oſtēdit aūt gibbum in
capite ad quātitatē oui colūbe: ⁊ hec ver
ba ſubiūxit. Ita celeriter me pꝛeuenit q̄
me non potui pꝛemunire ſigno crucis: ⁊
ait. En godꝛice ruſticane de quo per me
os ſatellites hactenus triumphare non
valui nūc a me occideris: dum lecti mol
lia queris et ſicca. Quid ergo nobis tuti
ſupereſt: cum tantas cōtra nos vires ha
beat inimicus? Perpēdamus q̄ pericu
loſum ſit delitias adhibere coꝛpoꝛi ⁊ mol
licie delectari: cū deus non poſſit in terra
ſuauiter viuentiū inueniri. Ingraueſ
cente aūt moꝛbo lucis auroꝛa dixit mini
ſtro. Cito excita fratres illos vt migran
tem ſpm̄ veniāt cōmendare. Illi feſtinā
ter occurrunt ip̄m in cilicio cineribus ſu
periecto deponūt ⁊ induūt ſtamina ⁊ cu
culla quia iam dudū fuerat monach⁹ du
nelmenſis. Obijt aūt duodecimo kalen
das iunij anno dn̄i milleſimo centeſimo
ſeptuageſimo ⁊ tranſijt ad claritatem ſo
lis eterni perpetue iocunditatis gaudiū
poſſeſſurus. Nobilib⁹ de ſancto coꝛpoꝛe
quaſcūqꝫ reliquias exigentib⁹ coacti fra
tres vnguiū excremēta de pedibus pꝛeci
derūt. Dum min⁹ caute hoc quidā face
ret: carnis particulā ſecuit: ⁊ ſtatim ſan
guis effluxit ⁊ manū ſecātis madefecit.
In omni nemoꝛe circūiacēte frondes et
folia roꝛe melleo ſunt compluta et ſapoꝛē
optimum per duos menſes integros ſer
uauerunt. Hoꝛa qua migrauit a ſeculo
audiuit puella quedā que oues minabat
ad paſcua dulciſſimas in aere cātilenas
de finkale ad celeſtia cōſcendētes. Poſt
obitū vero viri dei infra paucos ānos du
centa vigintiocto miracula pꝛo viro dei
godꝛico dominus operari dignatus eſt:
que bꝛeuitatis gratia omittere decreui.
Scolares dunelmi admirantes loque
bantur in ſcola de ſanctis thoma ⁊ godꝛi
co adinuicē in hūc modū. Ecce q̄ bꝛeui tē
poꝛe beatus thomas tā excellentē gloꝛiā
pꝛomeruit: ⁊ ſctūs heremita godꝛicus q̄
tot annoꝛū deo militans tot ⁊ tanta ſuſti
nuit: nichil v̄tutis oſtēdit. Nocte ſequē
te ſctūs godꝛicus doꝛmiēti magiſtro ſco
larium aſtitit ita dicēs. Heri multa dixi
ſtis in ſcola de me ſctōqꝫ collega meo tho
ma: q̄m pꝛo ipſo magna fiunt miracula:
pꝛo me nulla. Reuera cū ip̄e fuerit archi
ep̄s et multarū cuſtos aīarū pꝛo quibus
etiam libenter occubuit: decet vt multis
opem cōferat ⁊ ſalutem. Godꝛico aūt qui
fuit aīe tm̄ ſue pꝛepoſitus ſufficit eſſe cū
deo: vt quemadmodū vixit ignotus: ita

nec poſt obitũ fiat notus. Et tamẽ ſctũs thomas ⁊ beatus cuthbertꝰ ⁊ ego venimus in finkale: vt indigentibus et infirmis auxiliũ cõferamꝰ. Poſt hec dicta diſparuit ⁊ magiſter ille diſcipulis ſuis viſionẽ in craſtino propalauit.

¶ De ſancto Grimbaldo abbate.

SAnctũ grimbaldũ monachũ litteratura et cãtu peritũ de partibꝰ gallie acciuit rex alfredus weſtſaxonũ ⁊ cõſtructo apud wintoniã nouo monaſterio eũ abbatẽ cõſtituit. Qui cõgregata monachorum caterua abbas ⁊ doctor eoꝝ venerabilis effectꝰ litteris ⁊ moribꝰ diſcipulos inſtruxit. Elemoſinis deditus: orõnibꝰ deuotus: vigilijs aſſiduꝰ ⁊ oĩbꝰ bonis exẽplis plenus in ſenectute bona octauo idus iulij terras reliquit et pro opibus deo placitis p̃mia in celo recepit. Apud wintoniã in mõaſterio ab euẽtu hida vocato: corpꝰ eius in magna veneratione habet. Floruit aũt circa annũ dñi octingẽteſimũ octuageſimũoctauũ.

¶ De ſancto Gudwalo epõ et confeſſore.

SAnctus gudwalus britãnie finibus ortus ex nobili ꝓſapia eius tempus natiuitatis erat quo ſe mucro furoris dñi a terra illa ſuſpendit: q̃ eo vſqꝫ gladio fame et peſte afflixit. Gudwalus in infantia lr̃is imbuẽdꝰ traditur: ⁊ cũ adoleuiſſet ad ſacerdotij gradũ ꝓmouetur ⁊ tandẽ ad ep̃atũ aſſumit. Hic eñi que in mũdo ſunt abhorrẽs: quicq̃d ſibi mũdane ambitiõis arriſit: ad gloriã dei cõuertit. Vidẽs ergo ſe ex paſtorali cura ac ſi cathenis quibuſdã ſcõo innecti: ab his abſolui et exonerari ſtuduit. Unde electo a ſe idoneo ſucceſſori eccleſiã commendãs: quoddam ſue dioceſis monaſteriũ expetijt. Cõtigit eñi vt mare monaſterio ꝓximũ e medio ſinꝰ ſui rupẽ vaſtam prominẽtem inſtar habitabilis inſule oſtentaret: quã marmoree ſoliditati innitentẽ mare quaſi in giro cõcludebat et nullo inter ſe compugnãtium fluctuũ turbĩe quaſſabat. Vir aũt dei vno tm̃ comite cõtentus illuc properans: anguſtã ſibi in petra manſionẽ excidit: ⁊ cũ aque penuria laboraret: fuſis cum lachrymis ad deũ p̃cibus baculo rupẽ percuſſit ⁊ ſtatim ſtillã limpidiſſimam deſudare vidit In illo eñi loco a fratribꝰ exciſo: centum octogintaocto fratres cõgregauit. Et q̃a locus ille tante multitudini nimis anguſtus eſſet: cũ mare die quadã ex more in ſinum recederet ⁊ reflueret et vaſtã arenarũ ſuperficiẽ ꝓprio receſſu detegeret: vir dei illuc acceſſit ⁊ paſtorali virga arenã tangens: cũ magna fiducia dixit. In nomĩe iheſu xp̃i accipe interdictũ quo tibi idẽ dñs termini huius interdicit trãſgreſſum. Ipſius auctoritate legem tibi deſcribo: quã teſtamẽti vice ratã ſtatuo: vt fluctus tui intumeſcẽtes in te reſileãt ⁊ in te remanẽdo penitus diſpereãt. Dixit ⁊ mox elementum maris imperio paruit diuino Videres indomabile pelagꝰ mitigari: poteſtatẽ arcere: impetus retinere: tumores deponere: ſtatutũ ſibi terminũ trãſgredi nõ preſumens. Cum ei diſcipulos ſuos ad quẽdam locũ miſiſſet et maxima pluuia de celo caderet: meritis ſancti gudwali via per quam incedebant ab omni pluuiarũ gutta immunis fuit. Quidam artifex de pina templi cadens ad mortẽ precipitatus: pauimenti ſaxis irremediabiliter cõtritus ⁊ cõquaſſatus eſt. Orãte aũt pro eo viro ſctõ: anima in corporis ſui domiciliũ regreditur: ⁊ homo viuens in ſtatũ priſtinũ fauente deo reſtituitur. Mulier quedã filiũ habens a natiuitate mutũ venit ad virum dei ⁊ dixit Homo dei ſcio quia quecũqꝫ popoſceris a deo dabit tibi deus. Filio igit muto tacẽtis lingue queſo vincula diſſolue: vt creatorẽ oĩm quem corde cõfitetur: cõmuni etiã ſermõis vſu bñdicens vene

retur. Tūc vir ſctūs ait. Oīa quecūqꝫ vo
luit dñs fecit in celo ⁊ in terra in mari et
in oīb⁹ abiſſis: ipm̄ fideliter roga ipſi vo
ta ſponde pꝛeces funde: ſolus eni potens
eſt filiū tuū ſaluare: ⁊ lingue eius retina
cula laxare. Ad pꝛeces tandē mulieris ex
tenſa manu: digitū in oꝛe pueri poſuit et
plectrū lingue tetigit dicēs. Repleti ſunt
omnes ſpiritu ſancto ⁊ ceperūt loqui. Et
ſtatim mutus natus loquelam recepit.
Contigit vnā ex ouiculis ab ipſis pene
lupi faucib⁹ ereptā ante pedes ſancti vi
ri extinctā a paſtoꝛe deponi: quā fuſa pꝛi
us ad deū humili pꝛece baculo tetigit: et
ad vitā reſtituit. Et ad dñm rurſus cōuer
ſus ait. Jube domie cruentū gregis nr̄i
inuaſoꝛem adeſſe: vt et in ipſo qđ tue gra
tie eſt operemur. Quo dicto: lupus pla-
cito cane blandioꝛ recēti adhuc pꝛeda cru
entus adeſt: quaſi cōſcius cōmiſſi vtō vi-
ro ſatiſfaciēs: et eius pedibus in terrā ſe
pꝛoſternēs. Cui ſctūs. Recede inquit cru
enta beſtia recede: nulla deinceps leſiōe
oues nr̄as inquietare pſumas. Que ad
imperiū ſancti cū manſuetudine illico re
ceſſit. Videns vir dei lupū in cāpeſtrib⁹
tam ambulandi ꝙ etiam currēdi inuali-
dum eius incomodo cōpaſſus leuata in
altū voce clamauit. Siluatice ſimpliciū
gregum inſidians innocentie: quid ſini-
ſtri cōtigit: quid aſperi accidit vt natura
lis a te recederet celeritas: ⁊ non natura
tarditas ſuccederet. Ad quē ſermonē ac-
ceſſit ad ſanctū ⁊ ceruicē ſupplex reflexit:
⁊ vngulā pedis perfoꝛati oſtendēs: nutu
quo poterat quaſi pꝛeces fundebat. Sā-
ctus aūt extenſa paſtoꝛali virga qua ouē
moꝛtuā ſuſcitauit: claudū beſtie pedem
leui attactu contingens: ait ad dñm. Ho
mines ⁊ iumēta ſanabis domine. Et ſta
tim ſan⁹ factus eſt. Cui ⁊ ait. Nulli vnꝙ̄
creature ledas: ſed oībus diebus tuis fe-
nū quaſi bos carpas: feno inꝙ̄ vtere: ſili-
quis ſaturare: ⁊ ſeruata natura innocen
tie ad ſoluendū cōmune moꝛtis debitum
tende. Et factum eſt ita. Cū pauperes
elemoſinā ab eo peterēt: ⁊ nichil qđ poꝛri
geret eis haberet: equum quēdam dedit
illis. Et facto mane: cōquerētibus opera
toꝛibus de equo pauperibus dato: ⁊ ocu
los leuātibus equus apparet in campe-
ſtribus depaſcens: quē eundē effigiabat
ſimillima membꝛoꝛū ⁊ totius molis ha-
bitudo. Et cum vere alius eſſet eſſentia:
idē ipſe tamen videbatur in ſpecie. Quē
ſtatim accipiētes operi imponunt. Ap
paruit autē ei angelus dñi iocundo aſpe
ctu de celis elapſus dicēs. Athleta dei in
clite gaudiū dñi tibi ſemper accreſcat: et
pax eius tecū permaneat. Eſto paratus
quia poſt modicū diuina vocatione hinc
trāſiturus regi tuo cum palma victoꝛie
eris occurſurus. Diuqꝫ cū eo moꝛatus il
le ſuperni regis nuncius: ſoli deo notam
ſuauitatē eructauit mellificā. Alia vi-
ce apparuit ei angelus dñi dicens. Ego
ſum inquit michael archāgelus legatio
ne dñi mei funct⁹ ex ipſius imperio: que
tibi in pꝛoximo ſunt ventura innoteſco.
Ecce hoꝛā tranſit⁹ tui pꝛenuncio quia ab
hinc ſolari oꝛbita decies in ſe reuoluta de
carnis ergaſtulo letus exilies: et mundi
huius carcerem liber euades. Occurſu-
rus igit̄ regi tuo ineſtimabili leticia pꝛo
cedes qui te nr̄o ſubuectū auxilio cū glo-
ria ſuſcipiet ⁊ ciuem aulicū ſibi in regno
ſuo conſcribet. Adhuc eo loquēte petrus
clauiger regni dei: paulus quoqꝫ apoſto
lus eidem viro ſancto gloꝛioſe apparen-
tes immoꝛtalitatis deſiderio fatigatum
blande demulcent. Obijt aūt ſctūs gud-
walus octauo idus iunij ⁊ cū coꝛpus ei⁹
in plauſtro ad ſepeliendū poneretur: bo-
ues immobiles irriguere nec pedem mo
uere poterāt vllo impulſu. Jnito igitur
conſilio diffinitū eſt vt due indomite vac
ce plauſtro iungerentur ⁊ vbicunqꝫ eas
dei gratia impelleret greſſus liberos ha

verent. Quo facto: a pꝛioꝛi itinere ſuſpē-
dentes greſſus ſuos erga locū inſule no-
mine plecit recto tramite faciem dirige-
bant: vbi honoꝛifice ſepultus eſt. Per-
actis demū annoꝛū multoꝛū curriculis
ob infeſtationē barbaroꝝ ⁊ paganoꝛum
gens bꝛitannica magna ex parte hinc et
inde diſperſa relictis ſedibus per oꝛbem
diffuſa eſt. Hinc fratres aſſumpto coꝛpo-
re ſancto mare tranſeūtes franciā adeūt
⁊ apud clarū montem in monaſterio blā
dinio locū perpetue reliquiarū ſanctarū
quietis eligunt. Anno autē dñi milleſi
mo quadꝛageſimotertio in feſto ſcti gud
wali cū coꝛpus eius in pꝛoceſſione defer-
retur imago crucifixi que in medio eccle-
ſie exaltata erat cum ingenti fragoꝛe fi-
xura clauoꝛū cedente: manibuſq; ſubla-
tis a cruce: toto ad oꝛientē cōuerſo coꝛpo-
re quaſi in obſequiū ſancti gudwali viſa
eſt tertio humiliter ſe iclinare. Poſt an-
nos vero inde quadꝛagitaunum in feſto
eiuſdem ſancti hoc idem ⁊ oꝛdine eodem
accidit. Cum autē ſiccitas magna eſſet
in regiōe illa: ⁊ plebis pꝛoceſſio cū ſancto
coꝛpoꝛe per campos diffuſa dñi clemen-
tiā exoꝛaret: ſubito quaſi ſacrū loculū tri
coloꝛi pulchꝛitudīe coꝛona reſplēduit: in
cuius medio ſignū crucis intermicās ap
paruit: quod oculos intuentiū pariter et
animos admiratiōe ſuſpendit: faculaq;
quaſi ignea de celo lapſa eſt. Et cuꝫ ad ec-
cleſiam coꝛpus ſanctū deferrent: ⁊ cimi-
teriū luſtrarent: ſignū vſq; ad oſtiū eccle
ſie ſecutum eſt et pluuias ſtatim largiſſi
me celū dedit. ¶ Vincentius in ſpeculo.
Legitur in vita henrici imperatoꝛis ꝙ
cū ipſe ⁊ radegundis vxoꝛ eius virgines
inſimul permanerēt: dyabolo inſtigante
de quodā milite vxoꝛē ſuſpectā habēs ſu-
per candētes vomeres quindecim nudis
pedibus incedere eā fecit. Qua aſcēden-
te dixit. Sicut me ab hērico ⁊ oībus inta
ctā noviſti: ita xp̄e me adiuua. Cui vox
dixit. Virgo maria te virginē liberabit.
Cū igitur ceſar obiiſſet multitudo maxia
demonū ante cellā cuiuſdā heremite trā
ſibat. Qui aperta feneſtra interrogauit
vltimū quinā eſſent ⁊ quo pergerēt. Le-
gio inquit demonū ſumus qui ad moꝛtē
ceſaris pꝛoperamus: ſi foꝛte aliquid pꝛo-
pꝛiū in eo reperire poſſimus. Adiuratus
autem vt ad ſe redeat: reuerſus dixit. Ni
chil pꝛofecimus quia dū falſa vxoꝛis ſuſ-
pitio ⁊ alia bona ⁊ mala in ſtatera fuiſſēt
poſita: aduſtus ille laurētius ollā aureā
immenſi ponderis attulit: et dum ſupe-
raſſe videbamur illa iactata pars illa ſta
tere plurimū ponderauit. Tūc ego irat⁹
vnam aurem olle pꝛerupi. Ollā calicem
vocabat quē dictus ceſar eccleſie euiſten
ſi in honoꝛe ſancti laurētij fecerat cui pꝛo
pter magnitudinē due aures inerāt. Re
pertūq; eſt ⁊ imperatoꝛē tūc obiiſſe: ⁊ vnā
aurem calicis fractā eſſe.

## ¶ De ſancto Gundleo rege ⁊ confeſſoꝛe.

SAnctus enī gūdleus fili⁹ re-
gis auſtraliū bꝛitonū extitit
⁊ poſt moꝛtem patris regno
in ſeptē partes diuiſo ſex ei⁹
fratres poꝛtiones ſuas acce-
perunt: ⁊ ipſi quaſi ſenioꝛi in oībus par-
cebant. Gundleus vero ex vxoꝛe ſua gu-
laduſa filiū ſuū noīe cadocum genuit vi-
rum ſanctū ⁊ deo placētem. Cum enī no-
cte quadā dum in thalamo ſopirent: vox
angelica illos alloquitur dicēs. Rex cele-
ſtis rectoꝛ terreſtriū huc me miſit: vt con
uertemini ex toto coꝛde vr̄o ad ſuū mini-
ſteriū. Vos inuocat ⁊ inuitat: vos elegit
⁊ redemit aſcendens in patibulū. Oſten
dam vobis rectū tramitē quē tenere de-
betis ad hereditatē dei: erigite mētes ve
ſtras: ⁊ pꝛo caducis ne cōtempnatis ani
mas. Circa ripam fluminis eſt quidam
mōticulus: ⁊ vbi ſtare videbitur bos cā-
didus: ibi erit loc⁹ habitatiōis tue. Ma-
ne aūt ſurgens regale palaciū deſeruit ⁊

regno cadoco filio ſuo cōmendato: ad mō
ticulū ſibi ab angelo nunciatū peruenit.
Et inuento boue candido: eccleſiā cōſtru⸗
xit: ⁊ ibi in magna abſtinentia ⁊ vite ſcti
monia viuere cepit. Utebat̃ aūt cilicio ⁊
pane oꝛdeaceo ⁊ cinere in tertia parte ad
mixto: aquāqꝫ potare cōſueuit. Nocte ve
ro media ſurgens in aquam frigidam ſe
immerſit: ⁊ nichil de alieno ſumens: pꝛo
pꝛio laboꝛe vitā duxit. Sanctus autē ca
docus filius ſuus abbas nancarbanen⸗
ſis effectus: ipſum ſepe viſitans cōfoꝛta
bat: aſſerens nō inchoantibus coꝛonam
eſſe pꝛomiſſam: ſed perſeuerātibꝰ in bo⸗
nūm. Gundleus aūt pꝛo ariditate mon⸗
ticuli oꝛationes ad deum fundens: ⁊ ari⸗
dam terram baculi cuſpide tangēs: fon⸗
tem in eodem loco perlucidū ⁊ iugiter de
currentem manare fecit. Appꝛopinquā⸗
te tandem termino vite ſue: miſit ad du⸗
bꝛiciū laudanenſem epm ⁊ filiū ſuum ca
docū vt eum viſitare dignarentur. Qui
cum eum confoꝛtaſſent: ⁊ eius animā ſa
cra cōmunione muniſſent: migrauit ad
dn̄m quarto kal. apꝛilis. Et ſepulto ho⸗
noꝛifice coꝛpoꝛe eius: crebꝛa viſitatio an⸗
gelica circa locū ſepulture eius viſa eſt:
⁊ egroti eius ſuffragiū imploꝛantes: ab
omni languoꝛe curati deū in ſctō ſuo glo⸗
rificabāt. Griffinus autē rex venedocie
a finibus bꝛitannie per regem willelmū
ſenioꝛē expulſus ⁊ timens inſidias ad oꝛ
chades nauigauit inſulas: ⁊ congrega⸗
tis vigintiquatuoꝛ nauibꝰ rediens: pꝛe⸗
das multas egit. Cuius ſerui eccleſiam
ſcti gundlei infringētes: quicq̄d in ea pꝛe
cioſum repertū fuit rapuerunt. Et dum
ad oꝛchades inſulas redire vellent: vide
bant virū terribilē die et nocte equitantē
⁊ perſequētem illos. Et q̄nto remiges di⸗
ligentius naues regebāt: tanto amplꝰ
maris vnde retrudebāt per trāſuerſum
Una queqꝫ pꝛoꝛa ruebat in alterā: ⁊ tota
claſſis pꝛeter naues duas exigentibꝰ de⸗
meritis ſubmerſa eſt. Rex autē griffinꝰ
rapine conſcius non erat: ſed cum ſuis ſo
cijs piratarū aduētum expectauit in lit⸗
toꝛe. Qui poſtea regi willelmo pacifica⸗
tus mirabilia que viderat cūctis enarra
nit. Tēpoꝛe enim ſancti edwardi regis
haraldus comes wallenſibꝰ offenſus: cū
exercitu veniēs vbiqꝫ combuſſit ⁊ vaſta⸗
uit: nulli parcens: totū rapuit quod inue
nit. Quidā enim eccleſiam ſancti gūdlei
ſera fracta intrantes: omnia reperta ra⸗
puerunt. Cumqꝫ caſei rapti inciderētur:
intrīſecus ſanguinei apparuerūt. Stu⸗
pefactus ergo exercitus: omnia que ra⸗
puerat vna cum oblationibꝰ multis re⸗
ſtituit. Fur quidā nocte quadā eccleſiā
ſancti gundlei intrans: calicē ⁊ veſtes ſa
cras auferens ad ſua redire cepit. In iti
nere aūt videbat mare ſibi obuiū fluctu⸗
ans ⁊ ſupereminēs contra vultū ſuum.
Intm̄ tandē reuertebatur ex viſa mari⸗
na occupatiōe: donec remearet ad limina
eccleſie. Et intrās in eccleſiā: vſqꝫ mane
ibi permāſit. Et compꝛehēſus: per epm
laudanēſem a moꝛte tempoꝛali liberat̃.
¶ Narratio. Eo tpe ſanctus antidius
in tertia feria poſt dn̄icā palmarū cū no⸗
ctem orōnibus peruigilē ducēs ⁊ cimite
ria circuiens pontem quēdam tranſiret
vidit agmen demonū geſta ſua pꝛincipi
ſuo referentiū: ⁊ inter eos ethiopē in ma
nu ſcādalum pꝛeferentē ad iudiciū: qđ ro
manū pꝛeſulē per ſeptē annos impugna
uerat: ⁊ tandē ad lapſum traxerat. Qui
vocās ad ſe ethiopē ⁊ in virtute dei ⁊ ſctē
crucis ſuper eum aſcendens: pꝛecepit vt
eum rome ſub manu dn̄i eadem veloci⸗
tate qua venerat: ſaluum ⁊ incolumē de
ferret. Itaqꝫ demoni ſuppoſitus illū ver
ſiculū iterās. Deus in adiutoꝛiū meū in
tende ⁊ cetera. eo velocitāte romam perue⸗
nit: hoꝛa celebꝛandi officij feria quinta.
Et demone pꝛe foꝛibus expectante pape
rem retulit: negantē per ſcandalū ad pe⸗

nitentiam mouit. Et miſſa vice eius celebꝛata et parte criſmatis a ſe cõſecrati aſſumpta demone reducẽte ſabbato ſancto hoꝛa celebꝛandi officij ad eccleſiam ſuam redijt. Hic ſanctus epiſcopꝰ poſtea a Wãdalis martirizatus fuit. Hec vincentius

## ¶ De ſancto guthlaco confeſſoꝛe.

Diebus autem regis merciorum ethelredi nobilis quidaꝫ noĩe penwaldꝰ ex regali ꝓgenie oꝛtus ex vxoꝛe ſua noĩe tecta ſctm̃ guthlacũ ſeruuꝫ dei pꝛogenuit Ea enĩ hoꝛa qua eũ dominꝰ vocauit et ſegregauit de vtero matris ſue: celeſti pꝛonoſtico deſignatus eſt: manus enim quaſi hominis rubꝛi nitoꝛis celitus miſſa et ad oſtium domus extenſa ineffabili fulgoꝛe choꝛuſcare viſa ẽ. Que ſignaculo crucis hoſtiũ muniẽs felici ꝑfigurauit auſpicio qđ ille ad oꝛtũ ꝓcederet ꝙ finali perſeuerantia xp̄i crucem in ſuo coꝛpoꝛe circumferret. Hoĩm ſiquidem multitudo miraculi nouitate ſtupefacta accurrens tam inaudite viſionis pꝛodigiũ magnum diuine diſpenſationis foꝛe miſterium aſſerebat. Cumqꝫ ſtupoꝛe magno ſecundũ varios animi motus opinionibꝰ ambiguis fluctuarent: vna obſtetricum de domo egrediens infantẽ iam natũ pꝛoclamat. Nato itaqꝫ puero et baptizato: guthlacus vocatur qđ ſonat belli donum ſiue bonũ donum iuxta ydiama angloꝝ. Adeo donatus eſt parentibus ſuis vt cõtra opꝛeſſoꝛes eoꝛũ bella gereret ac de illotum victoꝛia triumphales titulos repoꝛtaret: vel quia iuxta datum optimuꝫ donumqꝫ perfectũ deſcendens a patre luminum cõtra ſpirituales neqͣtias bella geſſit et foꝛtiter eos vicit. Erat enĩ puer facie ſerenus et oĩbus gratus et acceptus vt coꝛda hominũ ſolo aſpectu ſibi cõciliaret in gratiã et fauoꝛẽ. Cũ enĩ viceſimũ quartũ annũ attigiſſet ⁊ ſui generis inimicos inualuiſſe ꝯſpiceret cepit ad militares actus eſtuare decoꝛatuſqꝫ ſingulo militari: et adiũctis ſibi copijs militaribus cepit in hoſtiles populos immaniter deſeuire vꝛbes impugnare caſtella ſubuertere ac de bellicis actibus ineſtimabilis fame titulos obtinere. In ipſa tamen crudelitate armoꝛum hoſtibꝰ ſuis miſericoꝛs erat eiſqꝫ de rapinis et pꝛedis tertiã partem refundebat. Ad memoꝛiam tãdẽ diuino iuſtinctu reducebat exitus dampnabiles regũ magnoꝛumqꝫ pꝛincipum de quoꝛũ ſtirpe deſcenderat et ꝙ pompa gloꝛie ſecularis fumꝰ eſt et vapoꝛ ad modicum apparẽs. Sciebat qꝛ bꝛeues ſunt dies hominis finis vero dubius/exitꝰ hoꝛribilis/iudex terribilis/pena ſine fine. Vocatis autem cõmilitonibꝰ ſuis ait. Hactenus inqͥt amici mei chariſſimi vanitatibꝰ huius ſeculi militaui: amodo ſaluatoꝛi meo militare decreui. Eligite vobis ducem cuiꝰ ſigna ſequamini: ego eniꝫ ſequar dominice crucis ſignũ. Et cum nullis pꝛecibus a pꝛopoſito reſilire vellet abiectis armis ſuis repẽdoſi. venit vbi erat monaſteriũ inſigne et accepto clericalis tonſure caractere monaſticis diſciplinis ſe mancipauit: ⁊ nihil omnino bibit quod ebꝛietatis occaſio eẽ potuit. Pſalmos autem et hymnos didicit atqꝫ in ſciẽtia ſanctoꝛũ infra biennium mira facilitate pꝛofecit. Erat enĩ vultu iocundꝰ/humilis in geſtu ⁊ in inceſſu/in operibꝰ timoꝛatus/fide firmꝰ/ſpe lõganimis/charitate pꝛofuſus/manſuetus ⁊ mitis conſilio pꝛouidus: et circũſpectus in verbis. Eſt enĩ in bꝛitannia ſpacioſe magnitudinis palus que a grõte flumine incipiẽs diuerſis nemoꝛibꝰ ſtagnis inſulis et carectis variiſqꝫ fluuialiũ viaꝝ flexuoſis amfractibus diſtincta ab auſtro ꝓtenditur: ⁊ in aquilone circa maris confinia tractu longiſſimo limitatur. Illuc ergo accepta a fribꝰ

licentia veniens cognouit ab incolis inſulam eſſe noīe croulande vbi aliqui quandoq; inhabitare temptauerant: ſed eos mōſtra herimi ⁊ laruales forme demonū territos effugabant. Scapha piſcatoria in inſulam vect⁹ terram horroris ⁊ vaſte ſolitudinis ingreditur in die ſancti bartholomei apoſtoli de cuius meritis ſpecialiter confidens ſolus habitare cepit cuꝫ duobus iuuenib⁹ quos ſecū adduxit. Et edificato modico tuguriolo pellibus ſolū crudis et rudibus ꝓ indumētis vtebatur Pane ordeaceo et aqua luculenta poſt ſolis ſemper occaſum cū maxima moderatione parcimonie veſcebatur. Inuidens igitur humani generis inimic⁹ humilitati viri dei adeo vehementē ſpiritū tēptationis immiſit vt eum in deſperationis foueam deuoluiſſet: niſi ipm dn̄s per beati bartholomei merita mīe oculo reſpexiſſet. Animo itaq; cōſternat⁹ ⁊ ſupra q̄ credi poſſit turbat⁹: fugere ⁊ deſertū deſerere diſponebat. Sed beatus apoſtolus dei bartholomeus viſibiliter ei apparēs dixit. Confortare inquit fili ⁊ eſto robuſtus manū tuā miſiſti ad fortia: non decet tanti propoſiti profeſſorem modico temptationis turbine ſubuerti Viriliter ergo age ⁊ confortetur cor tuū ⁊ ſuſtine dominum qui ⁊ ſi temptari permittat: faciet tibi cū tēptatione ꝓuentū. Impulſus euerſus es vt caderes ſed oraui pro te vt non deficiat fides tua et adiutus es. Etenim dn̄s ſuppoſuit manū ſuā. Vult dominus tēptari quem diligit: ideo viſitat eum diluculo et ſubito probat illum. Operatur equidem temptatio probationem probatio vero ſpem ſpes autem non confundit Beatus vir qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius ⁊ brachium ipſius in tempore tribulationis. Exhibe te fili ſicut dei miniſtrum in multa patiētia. Si habundat pro chriſto tribulatio tua: habundabit et per ipſum cōſolatio tua. Noli ergo de infirmitate tua timere ſpiritus dei eſt qui adiuuat infirmitatem tuam. Si exurgat aduerſus te preliuꝫ ſi caſtra demonum iacta in eo cogitatum tuū confide in eo ipſe enī eſt ſalus populi ſui: ipſe erit tibi turris fortitudinis a facie inimici. His dictis et ſimilib⁹ apoſtolus ab oculis eius diſparuit. Ille vero confortatus in domino ab illo die ſpiritus deſperationis nunq̄ eum in aliquo temptare preſumpſit. Die quadam duo filij tenebrarum transfigurantes ſe in angelos lucis ei multa perſuaſionis inſtantia ceperunt conſulere vt continue per hebdomadam ieiunaret et ſic gradum ſumme perfectionis attingeret. Biduana enim ieiunia ⁊ triduana reprobantes proponebāt ei ieiunium moyſi et helye atq; importabiles abſtinētias venerabilium patrum qui olim conuerſabātur in ſithi. Erat enī diabolice perſuaſionis intentio vt ille ꝓſus a comeſtione ceſſaret: ſibiq; mortis exitium diuturnitate ieiunij prouocaret Si enim ieiunium regulam modeſtie et diſcretionis excedit: ſubito languet corpus / deficit ſpiritus / aufertur orationi affectus / operatione effectus / caligat cōtemplationis oculus. Et intelligēs guthlacus diabolice temptationis aſtutiam: inuocata chriſti virtute pſallebat. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Illis ergo flebili vlulatu et meſtuoſis plāctibus aerem implentibus: guthlac⁹ omnia deinceps diaboli temptamenta contempſit eiuſq; ſuggeſtiones omnes conculcauit. Elapſis deinde paucis dieb⁹ noctis intempeſte ſilentio irruit in hominem dei guthlacum īfinita demonū multitudo: a terra vſq; ad celum totum aeris elementum implebāt preſtigioſis et larualibus demonum formis. Rapiūt eum monſtruoſi diabolorum ſpiritus / extra cellam ducunt / membra eius aligant /

ipſumqꝫ paludibus cenoſis ⁊ pꝛofundis immergunt. Jllum iterū aſpoꝛtātes per aſperrima loca trahunt et per inextricabiles vepꝛiū denſitates. Cumqꝫ pars noctis adhuc maxima ſupereſſet inſtāt verberibus et toꝛmentis vt inſulam feſtināter deſerat: moꝛtis ſupplitiū eidem terribiliter intentantes ſi a loco dominationis ſue tempeſtiue non recedat Jlle autē minas eoꝛum peruipendens chꝛiſtum inuocans cum pſalmiſta dicebat. Pꝛouidebā dominum in conſpectu meo ſemper: qm̄ a dextris eſt mihi ne commouear. Uidentes autem ſpiritus maligni ꝙ nihil pꝛoficerent aduerſus conſtantiam eius aſſumentes eum flagellis ferreis et hoꝛrēdis alarum ſtridoꝛibus ipſum toꝛquēt ⁊ cruciant eundem deniqꝫ ſubiectū ad nubes in ſeptentrionali plaga celi conſtituunt Et cepit tota celi facies nube caliginoſa ingreſſere īnumerabiles turbe malignorum ſpirituum confluūt captum rapiūt et ad fauces inferni miſerabiliter affligēdo perducūt. Sanctus vero gutglacꝰ ſentiens fetoꝛem gehēnalē et eſtuātes ignis ſulphurei globos omnia que paſſus fuerat reſpectu illius anguſtie leuia reputabat. Hinc inde gurgites igneos inde toꝛrentes grandine glaciali teterrimos celū et terram occupare conſpiciees: videt non ſine doloꝛe et gemitu inter ſulphureos vapoꝛes ignium interuoꝛagines fauillarum inauditos hominum cruciatꝰ: et ineffabilium facies toꝛmētoꝛum. Demones vero hijs qui cruciabantur hoꝛribiliter inſultantes: quaſi de viro dei pꝛo ſuo libitu triumphaſſent ſuperbe et pꝛocaciter intonabant. Ecce nobis traditꝰ es ad cruciatus eternos ecce in hijs doloꝛibus ſine fine toꝛqueberis quia ſedes noſtras inuadere pꝛeſumpſiſti. Jlle autem patienter cuncta tolerans dicebat. Dn̄e deus meus in te ſperaui ſaluū me fac ex omnibus perſequentibus me ⁊ libera me. Cūqꝫ eū in toꝛmenta detradere ſperarēt: acceſſit beatꝰ bartholomeus apoſtolꝰ et cū eo lumen mirabiliter fulgens cuius ſplēdoꝛem cū demones ſuſtinere nō poſſent: fugam arripiunt et ab oculis eius euaneſcunt. Quibꝰ iuſſu apoſtoli reuocatis: diſtricte iniungit vt eū ſine omni coꝛpoꝛis moleſtia referant ad locū vnde rapuerāt eum. Quod cum ſuauiſſime per aera facerent et ſine moleſtia auditus eſt choꝛꝰ pſallentium in excelſo. Jbunt ſancti de virtute in virtutem videbitur deus deorum in ſyon. Hoſtibus triumphatis in loco habitationis ſue repoſitus ex ipſa vexatione factus eſt humilioꝛ/feruētioꝛ/ſolicitioꝛ/foꝛtioꝛ/et cautioꝛ. Dū circa matutinas laudes ſolicitus vice quadā excubaret reſpexit a ſiniſtra duos demones ſibi ceteris notioꝛes. Qui cum miſerabiliter flerent et ille cauſā fletus inquireret: reſponderunt. Quia pꝛeuales cōtra nos in omnibus teqꝫ attrectare aut tangere non audemꝰ factoqꝫ ſigno crucis euanuerunt ab oculis ſuis. Quadam nocte viro dei contemplationi ⁊ oꝛationibus vacante vndiqꝫ turbarum ſtrepitus et clamoꝛ quaſi exercitꝰ irruētis auditur. Jllis enī diebus bꝛitones angloꝛū gentē hoſtili crudelitate vaſtabant et cellam vir dei egrediens et aures erigens audit quaſi populum innumerabilē lingua bꝛitānica quā olim iuuenis in exilio didicerat loquentē Demū certatim irruunt populi et habitaculo eius ignē ſubijciūt illum rapiunt acutis haſtarū ſpiculis in aera leuant eiqꝫ nunc igne nunc ferro moꝛtem intemptant. Jpſe vero demonū has eſſe illuſiones intelligens dixit. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipentur inimici eius. Et ex quo verſum illum attigit ſicut deficit fumus deficiant ſicut fluit cera a facie ignis tota illa hoꝛrenda multitudo cū ſuis illuſionibꝰ quaſi fumus euanuit. Erat quidam clericꝰ nomine bertelinus qui ſub doctrina bea-

ti guthlaci diuinis mancipatus obſequi-
is deo in ſpiritualibꝰ exercitijs militabat
Uidens ergo ſpiritus nequitie ꝙ virum
dei nulla poſſet temptatione ſubuertere
in iam dictū clericū tantū cupiditatis ar
dorem immiſit: vt dn̄m ac magiſtrū ſuū
ferro cogitaret appetere vt ſecretius illo
interempto labores illius introiret ipſi-
uſqꝫ habitationem quaſi iure ſucceſſorio
poſſideret. Pius tamen chriſti famulus
quicquid moliebatur aduerſus eū iniqui
tas ſpiritu ſancto reuelāte cognouit. Et
clericum ad ſe vocās conceptū animi ſui
ſeriatim manifeſta reuelatione depinxit
quando et vbi: quare et qualiter facinus
illud exequi decreuiſſet expreſſit. Ille au
tem deprehenſum ſe ſentiens penitentia
ductus pedibꝰ viri dei humiliter ſe pro-
uoluit veniam petijt et obtinuit. Qui po
ſtea beato guthlaco fidelis valde fuit ⁊ ſe
cum vſqꝫ ad finē vite ſue permanſit ⁊ eū
ſepulture tradere meruit. Nocte quadā
cū vigilijs et orationibꝰ deuotius inſiſte
ret tota inſula tremuit infinita demonū-
multitudo aſſumptis brutorū aīaliū for
mis locū intrauit et intrando circūquaqꝫ
concuſſit. Ingrediebantur domū innu-
mere facies beſtiarū leo rugiēs taurus
mugiens vrſus frendens aper gruniens
lupꝰ vlulans equus hinniēs aries balās
aſinus rudiens coluber ſibilans vnum-
quodqꝫ animal iuxta nature ſue faculta
tem dentibus ſiue pedibus aut cornibus
minas et terrores intentans. Uir aūt dei
ſigno crucis ſe muniens dixit. Cur me in
quit tēptas ſathana? Dn̄s mihi adiutor
eſt et ego deſpiciam inimicos meos. Hec-
cine eſt ſimilitudo altiſſimi quā tibi olim
vſurpare auſus es in delicijs paradiſi?
Qui tūc formam dei et ſimilitudinem in
ſuperbia preſumebas nunc viliter ⁊ dā-
pnabiliter ī effigiem brutoꝝ atqꝫ immū-
dorū animalium te tranſformas. Paupe
res xp̄i dampno tuo perſequeris qꝛ quā-
to grauius ſupra dorſum eorū fabricaue
ris: tanto vberiores glorie coronas eis in
tuam perniciem fabricabis. In quācun-
qꝫ enī ſpeciem te transformas certꝰ ſum:
qꝛ neqꝫ mors neqꝫ gladius neqꝫ vita ne-
qꝫ angeli neqꝫ poteſtates neqꝫ pricipatꝰ
neqꝫ creatura aliqua poterit me ſepara-
re a charitate dei. Hijs dictis tota illa fan-
taſia diſparuit. Ad ipſius enim vocatio
nem hirūdines et cetere aues heremi piſ-
ces etiam ſtagni gratanter acceſſerunt ⁊
ſilueſtria heremi manſueſcūt. In primo
aduentu hirundinū quaſi prehabita blā
da ſalutatione ab eis certa nidificatiōis
loca ſingulis aſſignauit. Ille vero eiꝰ ſca
pulis familiariter inſidentes quodā gra-
tulationis applauſu viri māſuedinem fa
tebant. Queſiuit aūt ab eo vir quidā vn-
de eſſet tanta illarū auium confidentia ⁊
ſecura cohabitatio circa ipſum. Qui ait.
Qui toto corde fugit conſortia hominum
non ſolū ei fere et volucres ſed omnia ce-
dunt ei ad ſolatiū ⁊ inſuper nunꝙ ei blā-
da deerit conſolatio angeloꝝ. Quidam
noīe ethelbaldꝰ de genere mercioꝝ gene
roſitate ſpectabilis cū inualeſceret con-
tra eū rex cōredꝰ eumqꝫ prorſus a regni
ſui finibus exturbaret omni humano ſo-
latio deſtitutus virū dei gutlacū frequē-
tius viſitauit ſperans eiꝰ meritis a deo
ſue infelicitatis obtinere ſolatium. Angu
ſtias autem eius ꝑ cōpaſſiones affectum
nō ſolū ſibi cōmunes ſed ⁊ ꝓprias guth-
lacus faciebat. Acccidit enī vt ethelbaldꝰ
cū venerabili viro Wilfrido nauigio veni
ret in inſulam. Quibus de ſcapha exeun
tibus Wilfridus duas manicas ī ſcapha
dimiſit. Beatus autem guthlacus dum
in oratorio contemplationi vacaret ſpiri
tu ſancto docente cognouit a coruis illas
manicas aſportari. Quod cum viris illis
indicaſſet vident coruum in vaſtigio cu-
iuſdam domus vnam de manicis tenen-
tem pedibus roſtroqꝫ vellentem. Precipi

ente viro dei dimiſſa manica coruus citi
us auolauit. Qua recepta guthlac⁹ alte
teram ſine dilatiõe reſtitui pollicet̃. Nec
mora tribus viris aduẽtantib⁹ ſanctus
guthlacus occurrit: qui manicã ei obtule
runt inuentam quam accipiens Wilfri-
do non parum admirãti tradidit. In ori
entalium anglorũ finibus iuuenis quidã
intantum a demone poſſeſſus vexabat̃:
vt lignis ⁊ lapidibus ferroq; hoĩes appe
teret: ſua etiam membra vnguibus ⁊ dẽ-
tibus laniaret: et tres homines eũ ligare
temptantes interficeret. Quẽ poſtq̃ ad
multa ſanctorũ loca amici caſſo labore li-
gatum circũduxiſſent et tandem ad guth
lacum detuliſſent triduũ in ieiunio ⁊ ora
tione continuans et aqua infirmũ aſper-
gens omnẽ maligni ſpiritus poteſtatem
exſufflauit et parentib⁹ ſanum ⁊ incolu-
mem aſſignauit. Nobilis quidam illius
exulis ethelbaldi comes a demone vexat⁹
et ad virũ dei adductus cũ cingulo guth-
laci accinctus fuiſſet: maligni ſpirit⁹ to-
ta protinus ceſſauit vexatio. Cum ab-
bas quidam virum dei viſitare propone-
ret duo ſui clerici licentiam acceperũt ab
eo ſimulantes quedam negotia ſe habe-
re quib⁹ eos neceſſario preſentialit̃ opor
tebat intereſſe. Venientes ergo ad domũ
cuiuſdam vidue: crapule/ebrietati/⁊ im
pudicitie dampnabiliter indulſere. Guth
lacus vero turpitudinem clericorum ſpi-
ritu ſancto reuelãte et verba et opera eo-
rum cepit ita indicare abbati ac ſi iuxta
clericos conſtitutus fuiſſet. Reuerſus ab
bas ad monaſteriũ cepit vidue nomẽ cle-
ricis exprimere et locũ ⁊ tempus ⁊ verba
et opera et omnium actuũ circũſtantias
ſeriatim intimare. Quod illi audientes:
tanq̃ confuſi veniam humiliter poſtula
bant. De quodam monaſterio duo fra-
tres ad viſitandum virum dei: et verba
ſalutis audiendum venientes detulerũt
ſecum duo flaſcula potu plena ſ; in itine-
re in ſabulo reponentes ceſpitibus abſcõ
derunt vt in reditu laboris ſolatium inde
habere poſſent. Cumq; illis celeſtis verbi
pabulum miniſtraſſet: guthlacus (qua-
dam materia id offerente) ſubridendo di
xit. Quare inq̃t filioli mei non attuliſtis
vobiſcum illa duo flaſcula q̃ glebis ope-
ruiſtis et ſabulo infodiſtis? Quo audito:
ſtupefacti et confuſi culpam confitentes
veniam petunt. Omnes enim morbo la-
borantes maligno ſpiritu vexati neceſſi
tatis anguſtia vel peccati ſarcina graua
ti ad virum dei venientes de tribulatiõe
ſolatium/in ambiguis conſilium/de do-
lore gaudium/de peccato remediũ repor
tarunt. Quidam comes prefati ethelbal
di ſpina pedem transforatum habens: a
planta pedis vſq; ad lumbos tanto tumo
re turgeſcere cepit vt de vita ipſius om-
nes eius anguſtiam videntes deſperare
poſſent. Et exuens guthlacus cilicium in
quo ſolebat orare ipſum circũdedit dicto
q; citius ſpina de pede proſiliens tumor in
momento ſubſedit ⁊ doloris anguſtia cõ
quieuit. Quidam epiſcopus noĩe hedda
cum eſſet in itinere videndi guthlacũ cle
ricis eius auſteritatem vite viri dei ⁊ hu
militatem commendantibus: Wilfridus
quidam in proximo ſe ſciturũ dixit ſi ta-
lis eſſet qualem eũ fama predicaret. Ego
inquit diu conuerſatus ſum apud ſcotos
vbi vidi pſeudo anachoritas ſimulatorie
ſanctitatis ſpeciem pretendentes: alios
etiam noui ſancte religionis veriſſimos
profeſſores. Uſu ergo et experiẽtia ſciam
diſcernere ex quo guthlacum videro ſi in
veritate ambulat: ſi talis eſt operib⁹ qua
lem eũ fama commendat. Cũ ergo epiſco
pus ad virum dei veniſſet ⁊ ſe mutuo ſa
lutaſſent multaq; de ſacro eloquio contu
liſſent: reſpitiens guthlacus clericum il-
lum dixit. Frater inquit Wilfride q̃d tibi
nunc videtur de homine iſto: quẽ te hodie
iudicare heri promiſiſti. Ille rubore con

fuſus et admiratione in terram humiliter ſe proſtrauit: veniam petijt et accepit Epiſcopus vero guthlacū ad ſacerdotij gradum promouit: et quod a conuerſiōis ſue initio pro aliquo mortaliū facere non conſenſit inuitus et coactus cum epiſcopo in menſa diſcubuit. Erat in dieb9 illis quedam virgo nomine edburga filia regis adulphi monialiū xpi venerabilis abbatiſſa que plumbeū ſarcophagū lintheumq3 delicatū interius inuolutū deuote beato guthlaco trāſmiſit ſupplicās humiliter et obnixe vt ſe in die obitus ſui permitteret ſepeliri. Illud etiā addidit et affectuoſa ſupplicatione rogauit quatinus quis ei eēt in illa ſolitudine ſucceſſurus eidem predicere dignaretur. Tandem vir olbationem ſuſcipiēs ſancte virgini ſignificauit illum adhuc eſſe gentilem qui ei ſuccederet et in proximo baptizandū. Et factum eſt ita. Nam vir quidā nomine Ciſſa poſt beati guthlaci exitū fidem chriſti ſuſcepit et eidē ſuccedere meruit. Uidens tandem guthlac9 ethelbaldum diuturnitate exilij fatigatū et prorſus animo conſternatū: cepit eum ſalutaribus monitis a lapſu deſperationis erigere dicens. Noli inquit fili chariſſime de chriſti bonitate diffidere ſi dn̄s tibi ad tēpus abſtulit ſubſtātiam temporalē totū hoc tibi cedere faciet ad ſalutem. Celeſtis equidē medic9 nō ſemper dulces ſ3 amaras porrigit potiones. Si te corripuit dominus ſuſtine patient. Uiriliter age et cōfortetur cor tuū: bonus eſt dn̄s ſperātib9 in ſe. Scias q2 oraui pro te et in proximo faciet dn̄s de perſequentib9 te iudiciū nō in arcu nec in gladio ſed in dei virtute nō in ſudorib9 bellicis ſ3 in lachrimis et orationib9 meis quas tibi cōpatiēdo ī oculis altiſſimi effudi tui regni ſoliū et gloriam obtinebis. Morient in proximo qui te perſequūt et ſupbia eorū qui te oderūt ad nihilum deueniet tāq̄ aqua decurrēs. Tu vero cū tibi benefecerit de9 noli eſſe ingrat9

Appropinquāte die obitus ſui vocato bertelino de quo mētionē añ fecim9 dixit Ad laborū meorum fili ſtipendia vado bonū eſt mihi diſſolui et eſſe cū xpo. Et poſt multa verba iniunxit ei vt ſororē ſuā pagani affectuoſius ſalutaret. Et adiecit. Rogabis inquit illam vt corpus meū ſepeliat. Ideo enī vitaui aſpectū ei9 in hac vita vt in eterna nos inuicem videamus Et ait ad eū diſcipulus ei9. Adiuro te inquit pater per mīam chriſti vt mihi aperti9 reuelare digneris quid ſit qđ a prima cohabitatione quā tecū habui ſingulis diebus mane et veſpere te cū alio loquentē mutuoſq3 ſermones audiui et cū quo verba faceres ignoraui. Inſtat inquit ille fili chariſſime nouiſſim9 mihi dies nec mētiri expedit qui a prima conuerſiōe mea omne mendatiū declinaui. Scias autē ex quo ad hanc heremū me contuli ſemp mane et veſpere angelum mee cōſolationis habui qui labores et tēptationes meas celeſti ſolatio releuabat. Predicebat futura/demonſtrabat abſentia et archana celeſtia que nec licet nec expedit mihi loqui celitus indicabat. Hec aūt fili ſub ſilentio claude: nec attēptes ea cuiq3 mortaliū niſi ſorori mee pege et egberto anachorite vllo vnq̄ tēpore reuelare. Cū hec et alia m1ta dixiſſ3 tāta de ore ipſi9 odoris ſuauitas exalauit ac ſi aliq̄s flores roſeos ſparſiſſet aut balſamū effudiſſ3. A media quoq3 nocte vſq3 ad aurorā totā domū cā dor lucis ineſtimabilis circūfulſit. Oriente vero luce dicit ad diſcipulū ſuū berthelinū. Tp̄s eſt inq̄t fili vt ad xp̄m trāſeam Et extēſis ad celū oculis et manib9 tertio id9 aprilis obdormiuit in dn̄o. Uidit autem frater ille berthelin9 quaſi turrim igneam a terra vſq3 ad celū erectam cuius tāta claritas erat q̄ in comparatione illius ſolaris ſplendor luce illa inferior palleſcebat. Ueniens ergo ad inſulam pega

ſoror viri dei ſentit totam habitationem ſupra omnem fragrantiam aromatū ſuauitate incomparabiliter redolentē. Sepultoqꝫ ſancto guthlaco in eius oratorio ad propria remeauit. Uiceſimo quarto vite ſue anno militie vt premittitur ſe dedit: et octo annis in illa ferocitate ꝛ vanitate permanſit: et quindecim annis in ſolitudine vitam deo placentē duxit. Elapſo vero poſt obitū eius anni circulo cū ſoror eius vna cum religioſis preſbiteris corpus ſanctū decentius collocare vellet totū corpus integrum et incorruptū dormienti magis ꝙ mortuo ſimilius inuenitur. Brachia enim et digiti ita flecti ꝛ duci poterant ac ſi humores ſpiritu mediāte per venas excurrerent neruiqꝫ nihil in morte beati viri de ſue viuacitatis efficatia perdidiſſent. Omnia autem veſtimenta quibus erat inuolutus om̄ino intemerata priſtino candore ſplendebant et corpus eius ſuper terrā in tumulo cum magna exultatione ꝛ gaudio locatū eſt. Audito vero obitu viri dei ethelbaldus exul nimio dolore correptus cum multis lachrimis venit ad ſepulchrum ſancti viri dicens. O mi pater ego infelix exul quo ibo quid faciam quo me vertā? Nūc primo me miſerū ꝛ exulē recognoſco. Non deſeras pater guthlace hunc deſertū hūc exulē abiectū filiū doloris vagū et profugū expoſitū periculis et tormentis. His et multis alijs cū planctu et gemitu dictis elapſa magna noctis parte vidit oratorium circūfuſi luminis ſplendore mirabiliter irradiatū beatūqꝫ guthlacuꝫ celeſti fulgore ſplendentem ꝛ hec verba ſibi dicentem. Fili chariſſime dn̄s te reſpexit cōfide ꝛ cōfortare: qꝛ infra bienniū labores tui finē habebūt ꝛ recuperabis in honore ꝛ gloria regnū tuū. Et dū ſctūs lōgitudinē dierꝫ viteqꝫ finalē metā ꝛ alia q̄ ventura erāt quaſi ad oculū declararet: ꝛ ille ſignū quereret addidit ſctūs. Signuꝫ hoc ꝛ indiciū tibi ſit: qꝛ die craſtina añ horā tertiā habitatores hui⁹ loci citra ſpem eorum vberi alimentorū conſolatiōe gaudebūt. Quo cū ethelbald⁹ impletū videret ſpiritū prius vacillantē in ſpe et fiducia ſtabiliuit. Nec mora de⁹ perſecutorē eius de medio abſtulit exterminauit inimicos eius et ante bienniū plenitudinē regie poteſtatis obtinuit. Cepit enī locus vbi ſepultus eſt guthlac⁹ innumeris choruſcare miraculis. Om̄es enī in fide xp̄i ꝛ ſancti confeſſoris reuerētia de ſuis neceſſitatibus remedia petentes: ſui voti efficatiam cōſequuti ſūt. Conceſſit aūt rex ethelbaldus ſicut viuenti guthlaco ꝓmiſerat abſolutam/liberam et quietā illius inſule ſancto dei et eius ſucceſſoribus manſionem. Adiecitqꝫ regia munificētia vt iure perpetuo et inconcuſſa poſſeſſione obtinerent quinqꝫ miliaria regionis illi⁹ ad orientem id eſt vſqꝫ ad foſſam que vocat aſendic et tria ad occidentē quīqꝫ vero ad meridiem et quinqꝫ ad aquilonē. Hec aūt om̄ia ab omni exactione et conſuetudine ſeculari prorſus exemit: plenāqꝫ in oībus libertatē ſigillo regali in epōꝝ ꝛ procerꝝ preſentia ꝯfirmauit. Et qꝛ loc⁹ paluſtris inſolid⁹ erat nec molē edificationis lapidee ſuſtinere poſſet: ingētes palos ex q̄rcubus maximis fieri ꝑcepit terreqꝫ infigi. Terrā quoqꝫ ſolidā iuſſit nouē miliarib⁹ per aquā afferri et ſic vſus ligneo fundamēto eccleſiam incepit et cōuentū monachorꝝ inſtituit: locūqꝫ magnificās beneficijs edefitijs ornamētis vſqꝫ ad diē obit⁹ ſui ab illi⁹ cenobij veneratione defenſiōe ꝛ ꝓmotiōe non ceſſauit. Sctūs enī guthlacus tā irremiſſo famulatu deo ſeruiuit vt nunꝙ in illi⁹ corde niſi pietas nihil in illius aīo niſi charitas vt nūꝙ in illi⁹ ore niſi xp̄s/niſi pax niſi mīa/niſi indulgentia permanſit. Nemo vnꝙ illū vidit iratū/nemo ſuperbū/nemo merentē ſed vn⁹ idēqꝫ ſꝑ permanēs letitiā in vultu/grati

am in oꝛe/ſuauitatē in mente/pꝛudentiā in pectoꝛe/ humilitatē in coꝛde pferebat. Poteſtatē aūt magnā ſuper immundos ſpiritus a deo accepit: adeo vt eos edifitia conſtruere cogeret ⁊ quēdā ſpm̄ in olla ſua bulliente includeret. Quadā aūt die apparuerūt ei humano habitu demones duo dicentes. Nos experti ſumꝰ te et fidei tue valitudinē cōperimus perſeuerātiamq̄ꝫ patientie tue inuincibilē pꝛobātes variarū artiū aduerſus te arma ſuſcepimꝰ ꝓpterea tibi inſultare vltra deſiſtere cogimur et nō ſolum ꝓpoſiti tui vias diſrūpere volumꝰ ſed te antiquoꝝ heremitarū ꝯuerſatiōes erudiemꝰ. Moyſes enī et helyas et ipſe ſaluatoꝛ pꝛimo omnium ad ieiunij faſtigia cōcēderūt. Sed et famoſi illi monachi hītantes egyptū humane īfirmitatis vitia abſtinētie framea interimebāt. Et iccirco ſi tu vis ante cōmiſſa crimina abluere imminētia vitare carnē tuam abſtinētie flagellis afflige et animi tui inſolētiā ieiunijs frāge. Quāto enī in hoc ſeculo frāgeris tāto īperpetuū ſolidaberis: ⁊ quāto in pꝛeſenti affligeris tāto in futuro gaudebis. Nā cū ieiunio pꝛoſtratꝰ iacueris tunc excelſus coram deo eleuaris. Jeiuniū ergo nō bidui aut tridui ſed ſeptenarū dierū valida caſtigatio ieiuniū eſt. Sicut enī ſex diebus deꝰ mūdi plaſma foꝛmauit: ſeptimo req̄euit ita etiam hominē decet ſex diebꝰ per ieiuniū ſpiritu refoꝛmari: et ſeptimo die ꝯmedēdo carni requiē dare. Hijs auditis beatꝰ guthlacus exurgēs pſallebat. Cōuertant̄ inimici mei retroꝛſum. Quo dicto hoſtis velut fumus vacuas in auras euanuit. Tūc aſſūpta oꝛdeacei panis pticula victū ſuū q̄tidianū veſci cepit. Maligni vo ſpiritꝰ contemptos ſe videntes lachꝛimoſo clamoꝛe ⁊ flebili vlulatu diuerſis ſingultibꝰ plangētes aerē queſtibꝰ impleuerūt. Floꝛuit aūt circa annū dn̄i ſeptingēteſimū ſextum. ¶ Narratio.

Legitur enī in quodam libꝛo de miraculis ſanctoꝝ ꝙ quidam magiſter feſtū ſancti bartholomei in omni anno ſolempniter celebꝛabat. Cui pꝛedicanti diabolꝰ in ſpecie cuiuſdam puelle admodū ſpecioſe apparuit. Qui iniectis in eam oculis ad pꝛandiū inuitauit. Qui dū in menſa conſiſterent et illa in amoꝛē ſuū eum allicere niteretur: beatꝰ bartholomeus in ſpecie peregrini pꝛe foꝛibꝰ affuit ⁊ vt amoꝛe ſancti bartholomei introduceret̄ obnixiꝰ flagitauit. Cui cū panis mitteretur ille hūc accipere recuſauit. Rogauit tn̄ magiſtrū per nunciū vt ſibi diceret quid magis in hoīe pꝛopꝛiū eſſe putaret. Qđ cū ille riſibile diceret puella reſpōdit. Jmmo peccatū cum quo hō cōcipitur naſcitur atq̄ꝫ viuit. Cui bartholomeꝰ rn̄dit ꝙ ille bene intulit ſed mulier ꝓfundiꝰ indagauit. Secūdo peregrinꝰ magiſtro miſit vt ſibi diceret quis locꝰ vnius pedis eſſet vbi deꝰ maioꝛa miracula oſtēdiſſet. Cui cū ille diceret: locꝰ crucis ī quo deꝰ mirabilia operatus eſt. Jlla ait. Jmmo caput hoīs in quo minoꝛ mundꝰ exiſtit. Utroꝛūq̄ꝫ ſententiam apl̄s appꝛobauit. Tertio queſiuit: q̄ta diſtātia eēt a ſummo celo vſq̄ꝫ ad pꝛofundū inferni. Cui cū magiſter ſe neſcire diceret illa ait. Modo video ꝙ pꝛecipitoꝛ: ſed ego hoc noui qꝛ de altero ad alteꝝ decidi. Et cū magno eiulatu ſe in abiſſuꝫ pꝛecipitauit. Et cū quererent peregrinū minime inuenerūt. Epiſcopus quidam religioſam agēs vitam beatū andꝛeā ſupꝛa ceteros ſanctos in veneratione habebat ita ꝙ in cūctis ſuis operibꝰ hunc ſemper titulum pꝛeponebat Ad honoꝛem dei ⁊ beati andꝛee. Jnuidēs igitur ſancto viro hoſtis antiquus ad eū decipiendū tota calliditate ſe cōtulit. ſeq̄ꝫ in foꝛmam mulieris pulcherꝛime transfoꝛmauit. Uenit ergo ad palatium epiſcopi aſſerens ſe velle confiteri eidem. Mādat epiſcopus vt ſuo penitētiario confiteat̄: cui plenitudi-

nem tradiderat poteſtatis. Renũciat illa ꝙ nulli hominũ niſi ſibi ſecreta ſue cõſcientie reuelaret. Sicqꝫ vict⁹ epiſcop⁹ eã ad ſe venire ꝑcepit. Cui illa. Obſecro domine miſerere mei. Ego enĩ in annis puellaribus vt cernitis conſtituta et a puericia delicate nutrita necnon et regia ſtirpe progenita huc in peregrino habitu ſola veni. Nam pater meus rex vtiqꝫ valde potens cuidam magno principi me volebat in coniugiũ ſociare: cui reſpõdi ꝙ omnem thoꝝ abhominarer maritalem quia virginitatem meam xp̃o imperpetuũ dedicaui et ideo nunꝗ̃ poſſem in carnalẽ copulam conſentire. Deniqꝫ ſic arctata ꝙ oportebat me eius voluntati obedire aut certe diuerſa ſubire ſupplicia latẽter fugam inij: magis eligens exulare ꝙ̃ ſponſo meo fidem infringere. Audiens vero veſtre ſctitatis preconiũ ſub alas veſtre protectionis cõfugi: ſperãs me apud vos locum reperire quietis vbi poſſim cõtemplationis carpere ſecreta ſilentia preſentiſqꝫ vite vitare naufragia et perturbationes mundi fugere perſtrepentis. Admirans in ea epiſcopus nobilitatẽ generis pulchritudinem corporis tam immẽſum feruorem ⁊ tãte eloquẽtie venuſtatẽ placida et benigna voce reſpondit. Eſto ſecura filia ne formides quia ille ob cui⁹ amorem te et tuos ⁊ tua tam viriliter cõtempſiſti: tibi ob hoc et in preſenti cumulum gratie et in futuro plenitudinẽ glorie largietur. Sed ⁊ ego ſeruus eius me ⁊ mea tibi offero eligas vbi tibi placuerit manſionem. Volo aũt vt hodie mecũ prandere debeas. Noli inquit pater noli de hac re me rogare: ne forte ex hoc aliqua mali ſuſpicio ꝓueniret ⁊ nitor fame veſtre denigrationẽ aliquam pateretur. Cui epiſcopus. Plures erimus et non ſoli et ideo nullum male ſuſpicionis ſcrupulũ in aliquo poterit generari. Veniẽtes itaqꝫ ep̃s ⁊ illa ab menſam ex oppoſito conſederũt ceteris reſidentib⁹ hinc et inde. Intẽdit in eam crebro epiſcopus eiuſqꝫ faciẽ non deſinit intueri et pulchritudinem admirari. Sicqꝫ dũ oculus figitur anim⁹ ſauciatur: et dũ faciem eius minus caute intuetur antiquus hoſtis cor eius graui iaculo vulnerauit. Perpendit enĩ hoc ipſe diabolus et pulchritudinẽ ſuã cepit magis ac magis augere. Iamqꝫ ep̃s proximus erat cõſenſui vt eam de illicito opere attemptaret qñ poſſibilitas ſe offerret. Tunc ſubito quidam peregrin⁹ ad oſtiũ crebris ictibus et magnis clamoribus affuit ſibi poſtulans aperiri. Cũqꝫ ſibi aperire nollent et ille clamoribus et ictibus nimis eis fieret importunus interrogat ep̃s mulierem ſi ingreſſum illi⁹ peregrini hoĩs acceptaret. Cui illa dixit. Proponatur ſibi aliqua q̃ſtio ſatis grauis: quã ſi enodare ſciuerit admittatur. Si autẽ neſcierit tanꝗ̃ inſcius et ĩdignus ab ep̃i preſentia repellatur. Fauẽt omnes eius ſententie et ait ep̃s. Quis noſtrũ tã ſufficiens eſt ꝙ̃ vos o domina q̃ ceteros ⁊ eloquentia preceditis ⁊ ſapientia nobis omnibus rutilatis: Vos igitur hanc proponite queſtionem. Tunc illa dixit. Interroget quod eſt maius miraculum quod deus vnꝗ̃ in parua re fecit. Interrogat⁹ de hoc peregrinus per nũcium dixit: Diuerſitas et excellentia facierũ. Inter tot enĩ homines qui fuerũt ab initio mũdi et vſqꝫ ad finẽ futuri ſunt duo reperiri non poſſunt quoꝝ facies per om̃ia ſimiles eſſent. In ipſa quoqꝫ tam minima facie deus omnes ſenſus corporis collocauit. Audientes aũt omnes reſpõſionem admirati ſunt. Proponatur inquit illa ſibi ſecunda queſtio grauior in qua meli⁹ poſſum⁹ eius ſapientiam experiri. Queratur ab eo vbi terra ſit altior omni celo. Percunctatus de hoc peregrinus: reſpondit in celo empireo vbi reſidet corpus xp̃i. Corp⁹ enĩ chriſti qđ eſt altius om̃i celo eſt de no-

ſtra carne formatum. Porro caro noſtra ſubſtantia eſt quedam terrea. Cū igitur corpus chriſti ſuper omnes celos ſit et de noſtra carne originē duxit caro autem noſtra de terra ſit condita: cōſtat ꝙ vbi corpus chriſti reſidet ibi proculdubio terra altior celo manet. Cūqꝫ omnes reſponſiones eius mirabiliter approbantes ſapiētiam eius magnifice laudarent: illa dixit Fiat illi tertia queſtio grauiſſima ⁊ occulta et ad ſoluendū difficilis et obſcura: vt ſic eius ſapientia tertio comprobetur et dignus ſit vt ad menſam epiſcopi merito admittatur. Queratur igitur ab eo quātum ſpacium ſit a terra vſqꝫ in celum. Requiſitus de hoc peregrin⁹ dixit. Uade ad eū qui te miſit ad me et de hoc eum diligētius percunctare. Ipſe enim melius me hoc nouit et iō tibi de hoc meli⁹ respondebit nam ipſe illud ſpacium mēſurauerit quando de celo in abiſſum cecidit Ego autem de celo nunꝗ̄ cecidi ⁊ ideo illud ſpacium nunꝗ taliter menſuraui. Non eſt eni mulier ſed diabolus qui ſe poſuit in ſimilitudinem mulieris. Audiens hoc nūci⁹ vehementer expauit: et ea que audierat coram oibus recitauit. Mirantib⁹ itaqꝫ omnibus et ſtupentib⁹ antiqu⁹ hoſtis de medio eorū euanuit. Epiſcopus autē ad ſe rediēs: amare redarguit ſeipſum et de perpetrata culpa veniam lamentabiliter precabatur. Miſit itaqꝫ nunciū vt peregrinus introduceret̄ ſed nequaꝗ̄ ampli⁹ inuenitur. Tūc ꝯuocato populo ordinem rei geſte eis epūs expoſuit p̄cepitqꝫ vt omnes ieiunijs et orationibus inſiſterent ſi forte dominus alicui reuelare dignaret̄ quis nam ille peregrinus fuerit qui eū a tāto periculo liberauit. Reuelatū eſt illa nocte epō ꝙ beatus andreas fuerit qui ꝓ liberatiōe ipſi⁹ epiſcopi ſē poſuerit in habitu peregrini. Cepit ergo epūs in deuotionem beati andree magis creſcere ac eū exinde in reuerentia plus habere.

¶ Incipit p̄fatio ī vitā ſctē helene regine

Solent diuerſi diuerſa ſentire de hac ſctiſſima muliere eiuſqꝫ origine ac vite curſu vnuſquiſqꝫ eni vt apoſtolus ait in ſenſu ſuo habūdat. Unde ⁊ aliqui ipſam ſtabulariam aſſerūt ac infima ſtirpe progenitam hoc idē ſentit ambroſius ſic inquiens intra cetera bona ſtabularia quam xp̄s de ſtercore leuauit ad regnū. Ego vero illā nequaꝗ̄ exiſtimem fuiſſe ſtabulariā niſi forſan tropologice loquendo illius imitator eēt ſtabularij: cui in euāgelio Samaritan⁹ ille ac oīm dn̄s vulneratū illum qui inter hieruſalē ⁊ ierico incidit in latrones fidelius tradidit cuſtodiendum atqꝫ curandū: talem nāqꝫ ſe fuiſſe ſtabulariam indigentibus ſedule miniſtrando ſequēs ad plenū nos docebit hiſtoria. Illam inſuper et opinionem qua multi eam clā patriam fugiſſe affirmant ac raptam apud romam ab impatore aut aliqua talia ſompnijs ſimilia mihi (vt reor) minus placent: cū talis opinio non tam ipſius tā ſctē femine denigraret famam ꝙ̄ ipſum quoqꝫ nobiliſſimū conſtantinū ſpurium ac extra ſponſalia genitum comprobaret cū tamē ipm iure hereditario culmen aſcendiſſe imperatoriū neminem lateat Sed ipſis forſan qui iſta ſcripſerunt, talia placuerunt qꝛ potiora ⁊ veriora inuenire minime potuerūt. Nos vero antiquas reuoluentes hiſtorias ea que conuenientiora ſunt magiſqꝫ autēntica (reſecatis ſupfluis) poteſtati obediendo in mediū vt poſtea patebit ſalua meliore fide, p̄ferre curauim⁹.

¶ De ſancta Helena regina.

Helena ſctiſſima femina xp̄iane religionis baſis firmiſſia ex marito iperatrix ex p̄te regia cloelis regis britānie vnica fuit filia. Gens quippe britannica longo tempore innumeris errori

bus implicata ac idolis ſeruiens ſurdis
⁊ mutis tartaree poteſtati ſubdita paulo
ante hec tempora: Ad veram tandē xpia-
ne fidei religionē tēpore lucij regis deo
operante peruenit. Is ſiquidem luci⁹ ex
patre Coillo optime indolis puer in iuue
nili etate ſenilē animo caniciē moribus
preferebat. Qui cū defuncto patre regni
diademate inſignitus fuiſſet exitū ſuum
preferri volens principio a ſpiritu ſancto
edoctus epiſtolas Eleutherio pape humi
liter direxit petens vt ab eo fidem xpianā
recipere mereretur. Beatus ergo ponti-
fex ille cōperta eius maxima deuotiōe du
os religioſiſſimos viros fugaciū videli-
cet ⁊ damianū ad illū miſit qui mox ver-
bi dei incarnatione dulcius predicantes:
ipſum ſacro baptiſmate abluerunt et ad
chriſtum conuerterūt. Nec mora concur-
rentes vndiq; totius nationis populi re-
gis exemplum inſequuntur: eodemq; ſa
lutari lauachro mūdati celeſti regno reſti
tuuntur: deſtructiſq; vndiq; templis de
moniorū et eorum loco eccleſijs vbiq; era
tis ditiſſimeq; dotatis ī toto regno fides
vigebat catholica. Ipſo deniq; rege lucio
in fide catholica feliciter defuncto tū ſine
ſobole q̄ ſibi ſuccederet illico poſt ei⁹ mor
tem diſſidium ortū eſt inter britones mł-
tis deniq; vi regnū illud inuadentibus:
Vnus tādem Aſclepiodotus noīe dux cor
nubie romanū quendam allectū nomine
qui tunc regni ſub romanis gubernator
fuit prelio vicit ⁊ regni diadema ſibi im-
poſuit. In quē ſcʒ aſclepiodotū prefat⁹
cloel pater ſancte helene et dux colceſtrie
fortius inſurgens conſerto prelio ipm̄ pe
remit regniq; diademate ſeſe inſigniuit
Cuius tamen temporib⁹ vt multū extin
cta eſt in regno britannie fides catholica
A tēpore nāq; predicti lucij qui prim⁹ fue
rat inter britones rex xpianus regnū bri
tannicū vſq; ad prefatū aſclepiodotū ro-
manis qui gentiles erant ⁊ pagani ꝑ ma
iori parte fuerat ſubiectū porro ipō aſcle
piodoto (vt diximus) a cloele perempto:
cū eiuſmodi victoria ſenatui romano nū
ciata fuiſſet gauiſus eſt valde propter ip
ſius aſclepiodoti mortem qui in vita ſua
romanam ſemper turbauerat poteſtatē
Recolentes quoq; dāpnū qđ de amiſſo re
gno habuerant legauerūt illuc conſtanci
um ſenatorem qui hiſpaniā ipſis ſubdi-
derat virū vtiq; ſapientem ⁊ audacē et q̄
pre ceteris rem publicā augere laboraue
rat porro cloel britonū rex ⁊ helene pater
cū ipſius aduentū ꝯperiſſet timuit ei pre
lia ingerere propter ei⁹ maximā preliādi
famam multipliceſq; victorias vt igitur
intra inſulam cōſtancius applicuit dire-
xit cloel legatos ſuos ad illum petiuitq;
pacē et ſubiectionē ꝓmiſit eo pacto vt re
gnum britannie poſſideret: nihilq; aliud
preter ſolitum tributū romane dignitati
ſolueret hoc itaq; nūciato acquieuit con-
ſtancius pacemq; receptis obſidibus con
firmauerunt deinde paulo poſt grauiſſi-
ma infirmitas occupauit cloelē ipſumq;
inter dies octo morte affecit. Quo defun
cto inſigniuit ſe cōſtanci⁹ regni diadema
te duxitq; filiam cloelis ipſam de qua lo-
quimur ſctām helenam cui⁹ ſingularis
pulchritudo prouinciales puellas facile
ſuperabat: nec vſpiam reperiebatur alte
ra que in muſicis inſtrumentis ſuis in li
beralibus artibus illa doctior haberetur
Caruerat eni pater altera ſobole q̄ regni
ſolio potiretur vnde ⁊ eā ita laborauerat
docere ⁊ morib⁹ atq; virtutibus exercere
vt poſt patris obitū regnū facilius rege-
re et tractare valeret. In fide inſuper ca
tholica et ſi aliqualiter inſtructa atq; edo
cta non tamē inq̄tum reperire potuim⁹
adhuc ſacri baptiſmatis vnda extitit per
fuſa: ſed tamen repreſentabat in ſua con
uerſatiōe glorioſa ſacri baptiſmatis mi-
ſteria erat nāq; humilis ⁊ pudica prudēs
et pacifica cunctis eam conſiderantibus

amabilis et gratioſa ac bonis operib9 ple niſſima. Cum igitur illaz in thori ſocietatem accepiſſet conſtancius generauit ex ea filiū quē appellauit conſtantinū et alios ſex filios filiamq3 noīe conſtanciā. Ipſe vero conſtancius cū regno britānie aliq̄diu potiretur: romā reuerſus propt ſuam maximā nobilitatem et prudentiam vna cū galerio imperator creatus eſt: partiti ſunt etenim inter ſe imperiū: vnde et galerius illiricū cū tota aſia obtinuit conſtancius vero galliam/britanniā et totā hiſpaniam gubernādas accepit: qui paulopoſt britāniā rediens poſt annos vndecim apud eboracū morti ſubiacuit et regnum filio conſtantino reliqt. Qui vt honoris ſolio potitus eſt cepit infra paucos annos probitatem maximā habere/leoninam ferocitatem in aduerſarios/colūbinam ſimplicitatē in amicos oſtendere iuſticiā inter populos exercere/latronū capacitatem compeſcere/tyrannoz ſeuitiam conculcare/ac pacem vbiq3 renouare ſtudebat et confirmare. Helena quoq3 ſanctiſſima mater eius et ipſa cum filio regnū ſtrenuiſſime et prudentiſſime gubernans bonis operibus iugiter inſiſtebat et poſt obitū conſtancij a lege viri ſoluta vſq3 ad mortem omnē amplectēs ſanctimoniam in ſancta viduitate permanebat. Eo deniq3 tempeſtate dū ipſa cum filio conſtanſtino adhuc in britannia ageret Maxenci9 quidam tyrann9 romanuz imperium ſibi vſurpabat et conſtantinū hūc magnū ac nobiliſſimū virū (licet poſt patris obitum pp̄ter eius maximā probitatem vno oīm conſenſu imperatorez electum) imperio priuare ſatagebat: ac interim nobiliſſimos viros exheredans peſſima tyrannide rempublicaz opprimebat. Ad cuius poſtea compeſcendā ſeuitiā et exterminandā tyrannidē conſtantin9 ab omnibus importunis clamorib9 romam aduocat9 eſt. Qui mox reipublice ꝯſulēs eorumq3 neceſſitatib9: cupienſq3 iure ſibi relictum recuperare imperiū cū maximo ac fortiſſimo britannorū exercitu vna cū matre helena et ſorore cōſtancia romā properauit (ſuperatoq3 maxentio tyranno) illam ſibi ſubiugauit et ſic poſtmodū infra breue totius mundi monarchiā obtinuit. Interea hec mater eius helena ſātiſſima mulier cum ſuis nepotib9 ꝯſtantini filijs apud bizantiā ciuitatem: q̄ poſtea coſtantinopolim appellabatur aliq̄diu cōmorata eſt vbi ab impijs iudeis circūuenta xp̄ianam quā prius vel modice induerat fidē pene totam amiſerat et iudaice perfidie forti9 adherebat. Ad ip̄ius tn̄ ſecte iudaice finalē (deo diſponente) deſtructionē nō ad ei9 incremētū et exaltationē. Cōſtantin9 vero adhuc erroribus gentiliū īplicat9 dū eccleſie xp̄iane atrox perſequutor fuiſſet et plurimas ſctōꝝ martirū ſtrages dediſſet: ac populū innumerabilem per omnes prouincias varijs penarum generib9 interfici feciſſet vltionem ſentiens diuinam: elephātie morbo percuſſus eſt. Cui cū vniuerſa medicorū et magorū agmina ſubuenire non poſſēt capitolij pontifices hoc dederunt conſiliū vt quedam piſcina ſanguine infantiū repleretur et in illo calido ſanguine Auguſtus lauaretur et ſic ſanitatis benenefici um conſequeretur. Quod quidem facin9 cū abhorruiſſet in ipſa nocte apparuerūt ſibi apoſtoli xp̄i petrus et paul9 eiq3 q̄ ſanitatē a deo pp̄ter ſuam pietatem ſacra baptiſmatis vnda a ſiluestro papa perfuſus conſequiturus eſſet intimarūt. Beatum igitur ſilueſtrū aduocās qui in ſpelunca latitabat viſionē eidem expoſuit: et ab eo in fide chriſti ſapienter inſtruct9 ſacrū baptiſma ſuſcepit. Hec vero vt ſancta helena mater ei9 in bithinia exiſtens audiuit: per litteras filium laudauit q̄ abrenūciaſſet ſimulachris idolorum: ſed dure increpauit q̄ relicto iudeoꝝ deo cru

cifixũ hoīem ſicut deũ coluit. Rñdit autẽ auguſtus xp̃m verũ eſſe deũ ⁊ dei filium Sed tamen vt oīs ex vtraqꝫ parte tolleretur ãbiguitas: mandauit matri vt iudeorum magiſtros ſecũ adduceret: ⁊ ipſe quoqꝫ xp̃ianorũ doctores ꝓferret: ſicqꝫ ex diſputatione mutua vera fides appareret. Adduxit igitur ſecũ ſancta helena romã centũ quadragintaunũ doctiſſimos iudeorũ: inter quos duodeci erãt ſingulares qui ſapiẽtia et eloquentia pre ceteris rutilabãt. Cũ ergo btũs ſilueſter cũ clericis ſuis ⁊ predicti iudei ad diſputãdũ coram imꝑatore et imperatrice matre eiꝰ ſctã helena couenissent: at longo tp̃e inuicem altercati fuiſſent: tandẽqꝫ (diuia mediante gratia) tum apertis ſcripturarũ aſſertionibꝰ: tum inſolitis ⁊ ſtupẽdis ſignis ⁊ prodigijs in cõſpectu oīm: iudei a beato ſilueſtro ſuperati eſſent credidit regina et deũ collaudãs (qui ſuos ⁊ ſi errãre tamen perire nõ ſinit) tã ipſa ꝙ omnes iudei iudiceſqꝫ et ceteri oẽs conuerſi ſunt ad fidem. Beatiſſima vero helena imperatrix: xp̃m plenius induere cupiẽs: ſitienſqꝫ atqꝫ anhelans ad verã xp̃iane religionis ſctimoniã: a btõ ſilueſtro baptiſmũ humillime poſtulauit: ⁊ cum maxia cordis deuotiõe ac reuerẽtia ab eius manibus accepit. Exinde vero orthodoxe fidei fortiſſima ꝓtectrix filio ſuo cõſtãtino in oībus que ad fidem pertinebant xp̃ianam fortius adheſit: eũqꝫ ad dei culturã ampliandã ⁊ xp̃ianã religionẽ augmentandã mirabiliter animauit Unde ⁊ ipſe nobiliſſimꝰ cõſtãtinus tã ſancte matris eiꝰ ſuaſu: multas ac honorificẽtiſſimas baſilicas fecit ditiſſimeqꝫ donis innumerabilibꝰ dotauit. Interea vero beatiſſima imperatrix helena incõparabilis femina fide: religione ac magnificẽtia ſingularis a ſpũ ſctõ edocta diuiniſqꝫ admonita viſionibus hieroſolimã petijt: et ibi locũ vbi ſacroſctm̃ corpus dñi crucis patibulo affixum pepẽderat: ⁊ vbi crux xp̃i latuerat ab incolis perquiſiuit Quibus locũ ſe ſcire denegãtibꝰ iuſſit eos omnes igne cremari. At illi timẽtes tradiderũt regine iudeũ quẽdam iudã noīe: qui ⁊ legem ⁊ locũ vbi crux xp̃i latuerat optime nouit: cui regia morte aut vitã ꝓpoſuit: niſi ei crucem dñicã demonſtrauerit. Cũ igitur fame et inedia fouea incluſus per ſeptem dies cruciatus eſſet extrahi ſe petijt ⁊ crucẽ dñicam indicaturũ promiſit. Ideo vero iudei ſe tã difficiles reddebãt ad locũ oſtendendũ: quia nouerũt ꝙ mox vbi lignũ dñi contigiſſet reuelari euacuaretur lex: ⁊ gens iudeorũ decetero nũꝗ regnaret. Unde ⁊ quod timuerũt accidit eis. Porro predictus iudas cũ ad locũ veniſſet vbi crux abſcõdebatur: ⁊ ibidẽ prolixius oraſſet locus ſubito cõmouebatur ⁊ fumus aromatũ exiuit miri odoris ita vt iudas miratus xp̃m confiteref. Erat autẽ in eodẽ loco prout in eccleſiaſtica hyſtoria traditur tẽplum veneris quod ibi adrianꝰ imꝑator conſtruxerat: vt ſi quis in ipſo loco xp̃m adorare vellet: venerem adorare videretur: ob hoc igitur locꝰ pene obliuioni datus eſt. Unde et ſctiſſima regia templũ funditus fecit deſtrui ⁊ locum arari. Poſthec prefatus iudas cum ſocijs viriliter fodere cepit ⁊ viginti paſſus fodiens tres cruces inuenit quas regine detulit: ſed cum xp̃i crucem ab illis duabus que latronũ fuerãt neſcirent diſcernere: ⁊ circa horã nonã quidã mortuꝰ in feretro portaref iudas feretrũ tenuit: ⁊ prima ac ſecũda cruce appoſitus: mortuus minime ſe mouit. Mox vero vt appoſuit tertiã: ꝓtinus ille qui defunctꝰ erat redijt ad vitã: plura inſuper miracula per illã crucem ipſa die fiebant vnde ⁊ hãc crucem dñi fuiſſe aperte intellexerũt quã tamẽ poſtea per titulũ quẽ pylatus ipſi cruci ſuperpoſuerat plenius cognouerunt. Per hoc quoqꝫ melius ꝙ diabo-

lus hoc ip̄o tēpore terribiles emittēs vo-
ces cūctis audientib⁹ de iuda cōquereba
tur eidē quoq₃ tormenta ⁊ perſecutiones
plurimas minabatur. Regina vero bea
tiſſima crucē dn̄icā cui⁹ brachijs totius
ſecli pependit preciū: dulcius amplectēs
cū ingenti deuotiōe ac lachrymarū effu-
ſione venerabat̄ ⁊ adorauit: atq₃ de diui
niſſimo celeſtiq₃ theſauro leta effecta ac
iocundiſſima ip̄am crucem maxīa cū ve-
neratione diuiſit et partē filio cōſtantino
miſit partē vero thecis aureis incluſam
hieroſolimis reliquit. Poſt hec vero cum
etiā clauos dn̄i habere plurimum deſide
raret: prefatū iudam quē poſt inuentio-
nē ſctē crucis quiriacū noīatum: hieroſo-
limorū ep̄m ordinauit: vt ad locū perge-
ret ⁊ clauos dn̄i perquireret: inſtantius
rogauit. Qui cū ad locū veniſſet ⁊ oratio
nē fudiſſet: cōtinuo claui velut aurum in
terra fulgens apparuerūt: quos ep̄s re-
gine detulit: illaq₃ eos reuerenter adora
uit: quorū poſtea vnū in galea: alterū in
freno imperatoris cōpoſuit: vt ſic arma-
tus ſecurus ad bella ꝓcederet: terciū ve-
ro ſibi pro theſauro p̄cioſiſſimo reſerua-
uit. Ex hoc igit̄ tp̄e regina venerabilis:
quāto magis prius in veteri teſtamento
iudaice perfidie inſiſtebat: tanto magis
poſtmodū in nouo teſtamēto ⁊ xp̄i euāge
lijs ſtudioſius eſtuabat ⁊ que a pueritia
fulſit quaſi ſtella matutīa inter nebulas
glorie: extūc quaſi luna plena atq₃ perfe-
cta in diebus ſuis eluxit: ⁊ miſteriū noīs
ſui (helena enī grece luna dicitur latine)
preclaris morib⁹ mundo declarauit: cu-
ius vtiq₃ ſctitas immēſa cūctis innotuit
ac pie cōuerſatiōis ⁊ deuotionis preſtitit
exemplū. Nā ⁊ oīa loca ſctā que tā in par
tibus hieroſolomitanis ꝙ̄ in alijs parti-
bus ſaluator noſter xp̄s iheſus ſua deita
te ⁊ humanitate ac potentia conſecrauit
que ⁊ prius ex ſuggeſtiōe impiorū iudeo
rū ipſa ſctā helena prophanata habuit ⁊
odioſa: eadē poſtmodū ad laudē dei ⁊ con
fuſionē iudeorū humiliter viſitauit ⁊ de-
uotiſſime adorauit ditauit et ampliauit
nō ſolum aūt hoc ſed ⁊ ſuper ſingula loca
pulcherrimas eccleſias ditiſſimaq₃ mo-
naſteria ſiue collegia fundauit: et in his
patriarchas archiep̄os ep̄os abbates et
preſbiteros ac dei miniſtros iſtituit ⁊ or-
dinauit: quibus ⁊ predia poſſeſſiones ac
decimas abūdantiſſime erogauit. Un-
de ⁊ poſtꝙ̄ (vt diximus) reuelatione diui
na: ſalutifere crucis vexillū ac clauos do
mini meruit inuenire extūc ſuper eundē
locū in monte caluarie vbi ⁊ ſepulchrum
eſt xp̄i: pulcherrimā eccleſiā cōſtruxit di-
tiſſimeq₃ dotauit. Super illū etiā locum
vbi angeli paſtorib⁹ apparētes natiuita
tem xp̄i annunciauerūt: ⁊ gloria in excel
ſis deo cantauerūt ſctā helena formoſiſſi
mā ac duplicē eccleſiā cōſtruxit: quā glo-
ria in excelſis vocauit: ditiſſimūq₃ colle-
giū canonicorū ibi fundauit. Aliā quoq₃
mire pulchritudinis eccleſiā fecit in ciui-
tate nazareth: in loco vbi domus btē ma
rie erat ſita: in qua ⁊ archiep̄m atq₃ cano
nicos multoſq₃ p̄ſbiteros ordinauit. Aliā
inſuper ⁊ eiuſdē pulchritudinis in mon-
te thabor vbi ⁊ fortiſſimū mōaſteriū fun
dauit et in modū caſtri turrib⁹ ac muris
ac propugnaculis vndiq₃ firmauit: cui⁹
abbas ordinis ſcti benedicti infula: anu-
lo: baculo paſtorali: ac bulla plūbea vte-
batur. Alia quoq₃ plura monaſteria ſin-
gula in locis ſinglis edificabat de quib⁹
oībus longū eſſet enarratio: porro (vt de
pluribus vel pauca ediſſerā) hec ſacratiſ
ſima imperatrix helena poſtꝙ̄ montem
caluarie vt ſupradictū eſt ⁊ alia ſancta lo
ca deuote viſitaſſet: veniēs bethleem ad
ſpeluncā et tuguriū in quo deus fuit ho-
mo nat⁹: in quā ſcilicet ſpeluncā poſt na-
tiuitatē dn̄i vſq₃ ad illud tempus (diuīa
prouidētia) iudei ex inuidia nullū intra-
re permiſerūt (nā ⁊ ip̄m locū pro loco ma

ledicto habuerunt ⁊ prophanato) in ipm diuerſoriū beata helena deuote intrans inuenit ibi ſacrū preſepe in quod iheſus infantulus iacens in feno ante aſinum ⁊ bouē fuit poſitus ⁊ in ipſo preſepio: pannos quibꝰ ipſe iheſus ibidē extitit inuolutus: fenum inſuper in quo iacebat ⁊ camiſiā beatiſſime virginis marie genitricis dei: quā in preſepio oblita ipſa dimiſerat: qn̄ cum infantulo iheſu de ſpelunca fugit metu iudeorū ⁊ receſſit. Que omīa btiſſima helena deuotiſſime adorās cuncta excepto preſepio in ſuo receſſu ſecū cū ingenti gaudio conſtantinopolim trāſtulit ⁊ ibidē in eccleſia ſctē ſophie reuerēter collocauit. Immediate tamē poſt inuentionē iſtarū reliquiarū ſuper eundē locū vbi xp̄s homo natus eſt: in quo etiā tres reges munera dn̄o obtulerūt: qui et iudeis (vt ſupra dictū eſt) tā fuit odioſus: ipſa venerabilis helena nobiliſſimam ⁊ pulcherrimā extruxit eccleſiā: ope muſaico ⁊ marmoribus ⁊ auro diuerſimode ditiſſime ⁊ regaliter ornatā et in modū caſtri ꝓpugnaculis factā: in qua etiā eccleſia: archiep̄m ⁊ canonicos preſbiteros ac alios dei miniſtros honorifice inſtituit: qui ⁊ ex preuilegio ſpeciali in feſtiuitatibus oēs horas canonicas cū gloria ī excelſis incipiebāt: ꝙ plurimas etiā alias prerogatiuas habebant: de quibꝰ per ſingula lōgum eſſet narrare. Impijſſimi quidē iudei cū tanta bona ab imperatrice in eorum opprobriū facta cernerēt: ipſam inter ſe ex inuidia ſtabulariū vocauerūt eo ꝙ ſupra ſtabulū ⁊ tam vilem locū eis ad modū exoſum tā nobilē eccleſiam edificauit. Cū itaqꝫ venerabilis helena imperatrix diuino igne ſuccēſa tāta ad laudem dei perpetraſſet: ⁊ in ipſis partibꝰ innumerabiles fere eccleſias ⁊ mōaſteria erexiſſet ⁊ in eis ſedes ep̄ales deuotiſſime inſtituiſſet ac oīa loca ad dei laudē ⁊ honorē rite perfecte ⁊ laudabiliter perfeciſſet tādem reliquit etiā hoc iudiciū animi religioſi regina venerabilis: nam virgines quas hieroſolimis reperit deo ſacratas tanta deuotione curaſſe dicit̄ vt dignum crederet ſi famulorū vteret̄ officijs. Nāqꝫ ipſa manibꝰ ſuis (habitu famule ſuccincta) eis cibum appoſuit: poculū porrexit: aquā manibꝰ immo ⁊ pedibꝰ infudit ⁊ orbis regīa mater imperatoris famularū xp̄i ſe famulā deputauit. Interea filius eius conſtātinus pietate fretus: ſarmatas: gothos: aliaſqꝫ barbaras nationes nō tam armis ꝙ diuina virtute edomuit. Et ꝙto magis ſe religioſum ⁊ humilē deo reddiderat: tāto amplius ei deꝰ vniuerſa ſubdebat ⁊ non ſolū meritis ac religione ſue pie matris helene regine: ſed ⁊ interceſſione ſctōꝝ ſe deo fieri cōmēdabilem geſtiebat. Sctā igitur (vt diximus) imperatrix cum oīa que hieroſolimis agere cōſtituerat conſummaſſet ad votū: tandē infinitis ⁊ impreciabilibꝰ ditata reliquiaꝝ theſauris. Ad filiū ſuum conſtantinopolim ꝓperauit: profecta tamen anteꝙ cōſtantinopolim venerat ad terras ⁊ prouincias circa indiā cū maxīo ac nobili comitatu ſe tranſtulit in quibꝰ oīa tēpla ⁊ aras idolorū prout potuit deſtruxit ⁊ pro his in laudē ⁊ honorē dei eccleſias et monaſteria ſumptuoſiſſime ac deuotiſſime fundauit et cultū diuinū in cunctis partibꝰ illis per oīa reparauit ⁊ ampliauit: fidēqꝫ xp̄ianam pene elapſaꝫ exaltauit ⁊ glorificauit. Inſuper et triū ſanctorū regū corpa: iaſpar videlicet melchior ⁊ balthaſar: a principibꝰ ⁊ prelatis terrarū illarū nō tam ſtudioſe ꝙ miraculoſe impetrauit: quibus ⁊ aliorū varijs ſuffulta reliquijs gaudēs cōſtantinopolim redijt ad filiū: paulopoſt ad celeſtis regni trāſitura palaciū. Que poſtmodū aliquot diebus elapſis: valefaciens filio (quippe que obitus ſui fuit conſcia) at limina deuotius viſitans apoſtolorū: par

tem quoqꝫ crucis xp̃i cũ maxima venera tione ſecũ detulit ⁊ in baſilica ſctẽ crucis quã filius eius rogatu edificauerat col/ locauit: quibus geſtis qđ reliquũ tẽpus ſuperuixit: ibidẽ ſanctiſſime exegit: ſem/ per quoad vixit ortodoxe fidei acerrima ꝓtectrix fuit ⁊ ꝙ maxime pauperũ et or/ phanoꝝ curã geſſit quos vtiqꝫ tanta pro ſequebatur humanitate ac charitate vt vere oĩm mater vocari mereret̃. Beatiſ/ ſima igitur regina helena rome cõſtitu/ ta iam ⁊ annis ⁊ meritis matura ad in/ ſtar illiꝰ ſanctiſſime anne euãgelice filie phanuel a tẽplo minime recedebat ſed ie iunijs ⁊ orõnibꝰ inſtabat die ac nocte cu piebat enĩ diſſolui ⁊ eſſe cũ xp̃o: ip̃mqꝫ vi/ dere regem regũ in decore ſuo. Nec eſt il/ la felix virago fruſtrata deſiderio ſuo: diſ perſis nãqꝫ ſuis in pauperes xp̃i theſau ris: dominiciſqꝫ munita ſacramẽtis: ere cta oculorũ acie vidit celos apertos ⁊ ihe ſum ſtantẽ cũ angelorũ multitudine: cru cemqꝫ illius fulgore ineffabili choruſca/ re. Qua ſacra viſione ad celeſtia ardẽtiꝰ inuitata: inualeſcente morbo tãdem (re/ gni tẽporalis amminiſtratione preſciſa: cui petẽte filio atqꝫ ſenatu: flagitãtibus quoqꝫ populis ſe pluribus iã annis viri liter ac ſtrenue immiſcuerat) felix et in/ ter reginas predicabilis ⁊ victorioſa nec abſimilis illius ſctẽ prophetiſſe delbore: que populũ iſrael tã ſtrenuiter iudicauit ⁊ gubernauit: via lauicana decimoquin to kalendas ſeptẽbris dulcius migrauit ad xp̃m: cuius ſacrũ corpus a ſummo põ tifice lachrymãtibus populis condigne traditur ſepulture cui poſtea filius eius conſtantinus manſeolum erigẽs in por/ phyretico ſepulchro corpus eius (vt dicit̃ cõſtantinopoli tranſlatũ) honorificẽtius collocauit: nũc tamẽ venecias in eccleſia pulcherrima eius noĩe dedicata: huma/ tũ iacet: innumeris hucuſqꝫ clarens mi/ raculis. Anima vero ipſius in celum per angelos eſt deducta: diuine viſionis glo/ ria cum beatis ſpiritibꝰ perhẽniter frui/ tura. Que ⁊ pro nobis miſeris preces di gnetur effundere: quatinus eius ſacris meritis: preſenti iordanis incolatu felici curſu tranſmiſſo: mereamur celeſtia pe/ netrare. Amen.

## De ſancto henrico heremita.

Ex preclaro danorũ genere hẽ/ ricus heremita originẽ duxit Eſt enĩ coket inſula quedã in orientali northumbrie plaga per ſexdecim ſtadia infra occeanũ poſita a fluuio coket non lõge decurrente nomẽ trahens que magno antiquitus mona/ chorũ collegio pollebat. Cũ autẽ ad ãnos adoleſcentie perueniẽs amicorũ ductus conſilio: vxorẽ ducere ⁊ matrimonio con/ ſentire moneretur: nuptiarũ imminẽte die cõiugalis copula a dño per viſum ei interdicitur: caſtũ immaculatũqꝫ ab hoc ſeculo ſe cuſtodire atqꝫ ad inſulã in ãglia noĩe coket: diuinitus ſibi paratã ſeruitu rus deo cũctis diebus vite ſue ꝓficiſci iu betur. Qui ſtatim relictis oĩbus paren/ tibus ſuis ⁊ amicis: ⁊ que in mũdo habe re videbatur: apud tynemutham vigin ti miliaribꝰ a prefata diſtantẽ inſula na/ uigio applicãs: impetrato prioris aſſen/ ſu inſulã adijt: ⁊ edificata parua edicula in magna vite abſtinentia deo ſeruire ce pit. Aliquibꝰ annis per ſingulos dies pa nem exiguũ ⁊ aquã guſtans ter demũ in ſeptimana cibũ ſumpſit: ⁊ tribus os ad loquẽdum reſerauit Per quatuor enĩ an te obitũ ſuũ annos ordeũ molari lapide in farinã redactum: aqua cõſperſum: in maſſas rotũdas formauit ſole deſiccauit ⁊ eſuriem ſuã tẽperare cõſueuit. Cum enĩ pegrinatiõis grã dunelmũ ꝑficiſcẽs cimbã qua were flumẽ trãſire poſſet pa/ ratã nõ inueniret: fuſa ad deũ prece: na/ uicula reſoluto quo ligabatur funiculo: ab altera ripe parte: ad littus in quo ſe/

debat applicuit: quã cũ ſocio quodam in-
trans: ſine remige cõfeſtim trãſductus
eſt. Inſtigãte toti⁹ mali incẽtore maxia
cõtra eum ſue carnis tẽptatio adeo inua
leſcebat: vt mori mallet ꝙ ſic laborioſe cõ
tra ſtimulos carnis reluctari. Monach⁹
inſuper inſule curã habẽs: verba aſpera
cõtumelias ⁊ obprobria quotidie ſibi in-
ferre nõ ceſſabat. Immẽſam tamẽ eius
humilitatẽ: ſctitatem ac deuotionẽ cõti-
nuã tandẽ admirãs: pedib⁹ eius ꝓſtrat⁹
precibus ac lachrymis veniã ſuppliciter
implorauit. Qui cum magna cordis leti
cia: eũ a terra eleuãs: quicq̃d in eũ cõmi-
ſerat alacriter idulſit: ⁊ quaſi vnanimes
effecti ſpũali dilectiõe extũc cõiũcti ſunt.
Inter hec enĩ legati a parẽtib⁹ ⁊ amicis
ad eũ miſſi rogauerunt eũ: quatin⁹ terrã
natiuitatis ſue parẽtes amicos ⁊ patriã
illico viſitare dignaret. Quib⁹ ille nulla
tenus acquieſcens pro vita eterna ⁊ xp̃o
patriã tpalem cognatos cũ mundo peni
tus ſe reliquiſſe aſſerebat. Illi autẽ dice-
bant loca ſolitaria nõnulla ac deſerta in
terra ſua magis apta: que volũtati eius
expoſita: aduentũ eius expectabãt. Ille
enĩ naturali amore terre ſue illectus nũ-
cijs fauorabiles aures inclinans ⁊ moni
tis fere acquieſcẽs: in craſtinũ tamen qđ
deo placeret ſe facturũ ꝓmiſit. In nocte
vero ſequẽti multa in aĩo reuoluẽs: et qđ
ſibi vtilius foret ignorãs: ad crucẽ in ei⁹
oratorio erectã conuerſus: cũ lachrymis
orare cepit dicens. Dñe iheſu xp̃e fili dei
viui qui primi hoĩs ruinam glorioſi ſan-
guinis tui p̃cio reparãs a ſupceleſtibus
ad terrã deſcẽdere dignatus es: et carnẽ
ſumens de virgine: hoſtiã pro redẽptiõe
gñis humani obtuliſti: te adoro te inuo-
co quatin⁹ michi pctõri ⁊ miſero pietatis
⁊ miſeratiõis tue nõ deſit ſuffragium: ⁊
qđ bonitati tue fuerit acceptũ: temerita-
ti mee ſpũs tuus aſpirare dignet. Hec et
alia illo cũ gemitu ⁊ lachrymis ꝓſequen
te: crucis imago i voces reſoluta huma-
nas: rñdit dicens. Dilecte mi: iam pridẽ
in terra natiuitatis tue cum decor mulie
ris ⁊ nobilitas tuã mentẽ alliceret: miſe
ricorditer a nuptijs reuocaui: celeſte deſi
deriũ cordi tuo inſerui. Ab illa enĩ die ad
beatitudinẽ vite p̃deſtinatus es eterne:
⁊ in libro vite nomen tuũ ſcriptũ nõ dele-
bitur in ſeculũ. Viriliter age ⁊ confortet
cor tuũ: in his que cepiſti perſeuera: ⁊ lo-
ci hui⁹ ſolitudinẽ vſq ad finẽ vite tue nul
latenus derelinquas. Cũ enĩ hec ꝓferret
imago: tãꝙ loquẽtis hoĩs labia moueri
videbãtur. Vir autẽ dei cũ lachrymis et
grãrum actione ſolo ꝓſtratus: iterato ce
pit inuocare dicẽs. Dñe iheſu xp̃e ſalus
⁊ redẽptio mea: ſpes vnica mea iube eti-
am vt nec volẽs ab hac inſula diſcedam.
Nec mora vigiliarũ ⁊ orõnum inſtantia
fatigat⁹ cũ ſopori mẽbra daret: cõfeſtim
quaſi gladij horrore percuſſus: vix incho
atũ ſompnũ interrũpere coact⁹ eſt. Ma-
nibus vero ad genu iniectis: grauiſſima
egritudinis moleſtia ibi ſe tactũ aduer-
tit q̃ de die in diẽ inualeſcẽs in vlcus ma-
ximũ excreuit: et ſanies quotidie inde nõ
modica emanauit: interius demũ cõpu-
treſcens fetorem intollerabilẽ exalabat.
Proprio tamẽ labore viuẽs ⁊ quotidiano
operi inſiſtẽs agellũ ſuũ excoluit terram
nõ ſine baculo ſuſtẽtatus aperiẽs. Cũq
opis inſtãtia fatigatus aliquãtulũ reſpi
rare vellet a labore: lapidi inſidẽs: genu
morbidũ cõtra ſolẽ exponebat. Tunc pu
tredinis ſublatentis gñatio praua: ver-
miũ videlicet copia cõtra ſolis ardorẽ ad
exteriora ſcaturire cepit Et cum in terrã
prepentes caderẽt: recolligens eos dixit
Redite redite ⁊ immundã nature vr̃e ori
ginẽ que vos hereditabit cõſumite. De-
dit aũt dñs agriculture ſue in terra ſteri
li fructus incredibilis incremẽtũ: et ꝙto
acri⁹ ⁊ miſerabilius vis egritudinis in-
ualitudinẽ corpis purgebat: hilaris ta-

nē ꝛ in oī tribulatiōis anguſtia deo gratias agēs ſemper permanebat. Uir eni iſte nō ſolum pſitia ꝛ prope poſita: ſed etiam futura ꝛ abſentia diuinit⁹ edoct⁹: videre ꝛ predicere cōſueuit. Cōtigit enim vt monachus inſule cuſtos oratoriū ei⁹ ingreſſus: corā altari eū amariſſime lachrymantē reperiret. Cūq̧ cauſā tāti fletus inquireret: ait. German⁹ ꝛ vtrinus me⁹ malignātiū ſeuitia in ſolo patrio interemptus eſt: indultūq̧ eſt michi a dño vt pro eius aīa michi liceat penitere. Idcirco per te dilecte mi dñe religioſis ꝛ laicis interit⁹ fratris mei innoteſcat: vt elemoſinarū ꝛ orationū ſuffragijs adiut⁹ a pena ꝛ pctī laqueis abſoluat̄. Cū enim die quadā naues mercib⁹ onuſtas veloci trāſire curſu cōſpiceret: in proximo illis naufragiū imminere aſtātibus ꝑdixit. Nūqd aſpicitis inquit monſtrū illud qđ nauigātes inſequit̄? Illi vero mulieris effigiē poſt naues ſupra mare eminentē ſe videre fatētur. Iſta inquit in proximo mare concutiens tēpeſtatē maximā excitās: naues quas aſpicitis paucis euadētibus ſubmerget. Nec mora vēti ſubito cōtitātur fit fragor vndarū: tēpeſtas valida inualeſcit: cui⁹ impetu naues ſabulo ꝛ ſcopulis illiſe ꝛ penitus confracte: cū his que geſtabant per littora diſſipātur. Cōtulit ei quidā manitergiū vnū ꝛ elapſis aliquot dieb⁹ iterū venit ad eū. Cui ꝛ ait. Nū adhuc inquit ſedaſti iram cōiugis tue que tibi pro munuſculo michi collato moleſta fuit? Ecce mun⁹ ipm habeat ſibi dummō tibi inpoſterū quieta fiet. Multos a remotis partib⁹ ad ipm accedētes abdita ſua ꝛ occulta eis obijciens: tāq̄ oculis corporeis euidēter pſpexiſſet: acriter arguere cōſueuit. Monachū quēdam de tynemuthā viſitatiōis gfa ad illū accedētem: arguere cepit dicēs. Caue tibi frater vt circunſpectius ꝛ magis ſobrie tecū agas. Uide ne grauetur cor tuū in crapula ꝛ ebrietate: ꝛ deū tuū offēdas ſicut nup temulētus offendiſti. Deſignauitq̧ ei locū ꝛ noctis horā qn̄ crapulatus a potu turpiter ſe geſſit. Cū eni doloris ingraueſcente moleſtia egrotaret: ſolus in edicula ſua nulli⁹ requiſito adiutorio diei algorē ꝛ noctis prolixe faſtidiū trāſigebat. Et cū mortis hora appropinquaret armoniā mire dulcedinis vocū te deū laudamus alternātiū vir quidā in aere audiuit: donec hymni ſeries penit⁹ compleretur. Interim monachus ſonitu tintinnabuli audito accurrens funiculū eū tenentē ꝛ ſuper lapidē reſidentē inuenit: ꝛ candelā quā ipſe expers ignis ante mortem diuinitus accēderat: ardentē vidit. Cūq̧ mortuus deprehēderet̄ exuto quo induebat̄ cilicio ꝛ corpe a vermib⁹ et ſorde aqua mundato: ſubito inſtar niuis reſplenduit: nec cicatricis veſtigiū nec priſtine egritudinis in carnis ſuperficie deprehendi potuit. Tāte venuſtatis ꝛ ſplēdoris erat facies ei⁹ vt quaſi alterata nō poſſet agnoſci: ꝛ dormiēti magis q̄ mortuo multo ſimilior apparebat. Monachi eni de tynemutha cū ad ſepeliendum corpus eius cōgregati: ad monaſteriū ſuū trāſferre tēptarēt: parochiani vicini tn̄ amittere theſaurū formidātes: cōgregata multorū copia vim deferētib⁹ inferre ꝛ in ſua eccleſia ſeruū dei ſepelire inito cōſilio nitebātur. Et ecce mare ſpacioſum nebulā ſubito euaporās: vmbras palpabiles ꝛ tenebras inducēs: cōgregatū populum per inuia quo neſciebāt oberrare coegit. Cūq̧ in quadā eccleſia cū corpore ſerui dei excubias celebrarēt: apparens vir dei in ſompnis: vt in aurora cū corpe feſtinatā ꝑpter populū ſupuenientē arriperēt fugā: cuidā admonuit. Quo facto cum magno honore nō lōge a corpore ſāncti oſwini regis ꝛ martyris verſus meridiem in latere parietis arcuato ſepelit̄. Cōtigit eni adhuc viuente ſeruo dei ſāc

cerdotē quēdam infirmitate maxima de preſſum: quaſi ad extremū vite ſpiritū deduci. Cūq; velut exanimis decūberet: vidit vir dei malignorū ſpūum cateruam aſpectu horribilē: ad rapiēdā ſacerdotis aīam paratā: totā domū in qua languidus iacebat circūuolantē. Et exurgēs a cella ſua: cōcito gradu ad domū infirmi pperauit. Aſpiciensq; cuncos ſpūum: interrogauit eos cur ſic peſſimi cōueniſſēt Jlli vero nimis improbe rſidentes dixerūt. Ut aīam hui⁹ qui hacten⁹ opa mortis cōpleuit: nobiſcū illico ad infernū rapiamus. Tūc ſeruus dei illis in virtute ſctē trinitatis precepit: vt opa ſua iehenne digna ſibi ſeriatim exponere maturarent. Qui horride conclamantes: multa facinora ⁊ innumerabilia delicta eum accuſantes in mediū protulerūt. Uir autē dei op⁹ quoddā virtutis qd infirm⁹ qñq; egerat obijciēs: que demones improperauerāt in ſtatera iuſſit pōderari: bonūq; illud exiguū oībus obiectis malis in immēſum plus in ſtatera pōderauit De mones aūt perturbati nimis ⁊ per merita ſerui dei quaſi cōfuſi: velut muſce per aera euanuerūt. Egrotus vero cito conualeſcens: miraculū vbiq; propalauit et vitā ſuā in melius reformans: in timore dñi ſpm emiſit Quibuſdā in mari nauigātib⁹ ⁊ aeris ingruente intēperie equoris vnda ita cōmota eſt: vt oībus mortē potius q̄ vitā minaretur. Jnter quos quidā viro dei henrico quondā familiaris ⁊ valde dilectus: deuotis clamorib⁹ cepit eum inuocare dicens. O dñe mi famule xpi in cuius miniſterio totiens deſudaui in tanto mortis periculo michi ſubuenire ne differas. Et ecce mox aſſiſtens ei in hec verba prorumpens dixit. Reuera tu michi adherēs quondā placuiſti familiariter obſequēdo: impetraui ergo ab eo q̄ vētis imperat ⁊ mari: tuā ⁊ qui tecū ſūt ſalutē. Sedatoq; mari: ad portū optatū proſpere peruenerūt. Correptus eſt vir quidā ab eo quia quadrageſimali tpe debitum ſubtrahēs vxori: ab ea ſe cōtinere velle diſpoſuit: et ſecretū qd nulli indicauerat vir dei venīēti patefecit dicēs. Mthorū vxoris tue minus diſcrete cōtempnis in loco cōtemptibili ⁊ ſordido teipm cito reperies. Nocte vero quadā expergefactus vir ille: repperit ſe nudū in ſtabulo fetido infra equorū pedes reclinatū Quē poſtea ſeruus dei corripuit quia a thoro cōiugis ſue ſine ſpūalis cōſilio patris abſtinere preſumpſit Dicebat enim nō a dño ſed immūdo ſpū ſuggerente temeritatis hui⁹ preſūptionem ſibi nequiter accidiſſe: ⁊ ideo talis poteſtas ſpiritibus immundis ſup ſe data fuit: vt eū ad loca immūda ſic dormitantē tranſportarent. Obijt aūt ſeruus dei henricus anno dñi milleſimo cēteſimo viceſimo ſeptimodecio kalēdas februarij. ¶ Narratio

Jllis dieb⁹ quidā religioſus a terra ſancta rediēs in quadā maris inſula virum ſctm̄ incluſum inuenit: cū quo colloquiū habēs talia audiuit. Sūt inquit vicina nobis loca que grauiſſima flāmarū euomūt incendia vbi pro meritorū qualitate diuerſa anime patiuntur tormēta: ad quorū ſemper exaggerāda ſupplicia innumerabiles deputātur demōes: qui intollerabiles eorum penas quotidie renouant: ⁊ ad rediuiua eos ſupplicia indeſinēter inſtaurāt. Quos frequēter querulis lamētationib⁹ eiulātes audiui q̄ orationib⁹ ⁊ elemoſinis quorūdā frequēter aīe dampnādorū de manib⁹ eorū eriperētur ⁊ maximā de cluniacenſi cetu et eorū abbate odilone querimoniā faciūt quia per eos ſui iuris vernaculos ſepe perdūt Quāobrem per nomen dei te obteſtor vt ſctis fratrib⁹ illis denūcies: vt orōnibus ⁊ elemoſinis ſedulo inſiſtant: ⁊ de manibus inimicorū aīas ſupplicijs vexatas educāt. Quib⁹ ſeriatim intellectis: idem

abbas in monaſterijs ſuis oībus poſt fe
ſtū oīm ſctōꝝ in pſalmis ⁊ elemoſinis
⁊ miſſarū ſolēpnijs oīm in xp̄o quieſcen-
tiū memoriā inſtituit. ¶Narratio.

Cōtigit aliquādo ſctm̄ hugonē abbatē
euchariſtiā prebuiſſe cuidā leproſo com-
munioni oīm corpaliter ſubtracto. Qui
tumētibus labijs et vlceroſo ore corpus
dn̄i iniurioſe maſticās porciūculā impor
tuna ſcreatione reiecit: nauſea ac ſpuma
horribili ſequēte. Miles xp̄i goderānus
qui aderat ſacramēta dn̄i ſui idigne agi
tari conſiderās: qđ diligebat ſceleri obſe-
quio collegit. Et ecce vir magnanimus
manus vtraſqꝫ ſupponēs ſacramētis vi
tificis vomitū nauſeātis egri in ore ſuo
proiecit: letalibus coleris coherētib⁹ fide
liter abſorbēs. Qua in re magiſter pius
ſtupefactus ⁊ herens diſcipuli perfectio
ne attonitus: laurētij craticulā tolerabi
liorē fuiſſe indubitāter aſſeruit. Hic deni
qꝫ goderān⁹ ad ep̄atū ſanctonieū aſſum-
ptus: quo altius cōſcendit eo latius vir-
tutib⁹ refulſit. ¶De ſanctis Hewaldo
nigro ⁊ albo martyribus.

Cum aūt willebrordus pater
venerabilis cū ſocijs ſuis de
anglia ad friſiā veniens mul
tos ad fidem cōuertiſſet: hoꝝ
ſecuti exēpla duo presbiteri de natiōe an-
glorū qui in hibernia multo tp̄e pro eter-
na patria exulauerāt: venerūt ad proui-
ciā antiquorū ſaxonū: ſi forte aliquos ibi
dē p̄dicando xp̄o acquirere poſſent. Erāt
aūt vnius ambo ſicut deuotiōis: ſic etiā
vocabuli: nā vterqꝫ illorū appellabať he
waldus: ea tamē diſtinctiōe vt pro diuer
ſa capillorū ſpecie: vn⁹ niger hewald⁹ al
ter albus diceref. Quorū vterqꝫ pietate
religionis imbutus: ſed niger hewald⁹
magis ſacrarū litterarū erat ſcientia in-
ſtitutus. Qui veniētes in prouinciā illā
intrauerāt hoſpitiū cuiuſdam villici: pe-
tierūtqꝫ ab eo vt trāſmitterētur ad ſatra
pam qui ſuper eū erat: eo qđ haberēt ali-
quid legatiōis ⁊ cauſe vtilis qđ ad illum
deferre deberēt. Nō eni habuerūt regem
idē antiqui ſaxones ſed ſatrapas pluri-
mos ſue gēti prepoſitos q̄ ingruēte belli
articulo mittūt equaliter ſortes ⁊ quēcū-
qꝫ ſors oſtēderit: hūc tp̄e belli ducē oēs ſe-
quūtur huic obtēperāt. Peracto aūt bel-
lo rurſum equalis potētie oēs ſatrape fi-
unt. Suſcepit ergo eos villicus: ⁊ p̄mit
tens ſe mittere eos ad ſatrapā qui ſuper
ſe erat vt petebāt aliquot dieb⁹ ſecū reti-
nuit. Qui cū cogniti eſſent a barbaris q͛
alteri⁹ eſſent religiōis: nā ⁊ pſalmis ſem
per atqꝫ orōnibus vacabāt ⁊ quotidie ſa
crificiū deo victime ſalutaris offerebant
habētes ſecū vaſcula ſacra ⁊ tabulā alta
ris vice dedicatā ſuſpecti ſunt habiti: qꝛ
ſi peruenirēt ad ſatrapā et loquerēť cū illo:
auerterēt illū a dijs ſuis: ⁊ ad nouā xp̄ia
ne fidei religionē trāſferrēt: ſicqꝫ paulati
oīs eorū p̄uincia veterē cogeretur in no-
uam mutare culturā. Itaqꝫ ſubito rapu
erūt eos ⁊ interemerūt albū quidem he-
waldū veloci occiſione gladij: nigrū autē
hewaldū lōgo ſuppliciorū cruciatu ⁊ hor
renda mēbrorū oīm diſcerptiōe: ⁊ eos oc-
ciſos in reno proiecerunt. Quod cū ſatra
pa ille quē videre volebāt audiſſet: irat⁹
eſt valde: quod ad ſe venire volētes pere-
grini nō permitterētur. Et mittens occi
dit vicaneos illos oēs: vicūqꝫ incendio cō
ſumpſit. Paſſi ſunt aūt prefati ſacerdo-
tes ⁊ famuli xp̄i quinto nonas octobris:
nec martyrio illorū celeſtia miracula de-
fuerūt. Nā cum perempta eorū corpora
amni vt dixim⁹ a paganis iniecta eſſent
contigit vt hec cōtra impetū fluuij decur
rentis per quadragita fere milia paſſuū
ad ea vſqꝫ loca vbi illorū erāt ſocij transfe
rētur. Sed et radi⁹ lucis p̄maxim⁹ atqꝫ
ad celū vſqꝫ altus omi nocte ſupra locū il
lū fulgebat etiā paganis q̄ eos occiderāt
intuētibus. Sed et vn⁹ ex eis in viſione

nocturna apparuit cuidā de ſocijs cui no
men erat tilmon qui de milite factus fue
rat monachus: indicās ꝙ eo loco eorum
poſſet corpa inuenire: vbi lucē de celo ter
ris radiaſſe cōſpiceret. Sicqꝫ inuenta eo
rum corpora iuxta honorē martyrib⁹ cō-
dignū recōdita ſunt: ⁊ dies paſſionis vel
inuētionis eorū congrua illis in locis ve
neratione celebratur. Deniqꝫ glorioſiſſi-
mus dux francorū pipinus vbi hec cōpit
miſit ⁊ ad ſe adducta eorū corpa condidit
cum multa gloria in eccl'ia colonie ciuita
culo pcti cũ abſoluit ⁊ ſanitati reſtituit. Aſſũptis ſctũs macut⁹ ſecũ ſeptem diſcipulis orõnis gratia romã pfect⁹ cũ captiuos vł pueros venales de t̃ris lõginq̃s illuc delatos videret dato p̃cio redimebat ⁊ ĩfideles ĩſtructos baptizabat. Rediẽs vero p mare cũ nauis oꝛta tẽpeſtate pene ſũmergeret oẽs ad virũ dei clamabãt vt p eis dñm depꝛecaret exoꝛãtes. Sctõ vero de dñi mĩa fiduciã eos habere ⁊ nihil diffidere admonẽte apparuit ſctũs petrus apłs ⁊ blãde alloq̃ns ait ad eũ. Serue dei macute noli timẽ q: dñs tecũ eſt Mox ad vbũ ei⁹ ſedata tẽpeſtate ⁊ trãq̃llitate reddita ſani ⁊ hilares ad t̃rã puenerũt. Veniẽs vo ad poꝛtã ciuitatis alethis cecũ et claudũ elemoſinã poſtulãtes vidit quib⁹ ⁊ ait. Argentũ ⁊ aurũ nõ eſt mihi qđ aũt habeo. i. charitatis officiũ ⁊ pietatẽ orõis ad deũ: hoc vobis p̃ſtare nõ differo. Et facta ſup eos orõne optatã ſanitatẽ receperũt. Cũ aũt alethis eccłiam quadꝛaginta annis rexiſſet ⁊ quoꝛũdã ſceleratoꝛũ hoĩz grauit̃ iniurias ferret: maledctõ ⁊ excoĩcato pplo qui p ſuas eũ illuſerãt pꝛauitates cũ quibuſdã diſcipulis ad inſulã ĩ aquitãnia agenis vocatã ⁊ iñ ad leontium epm pgens puerũ ſubmerſum reſuſcitauit ⁊ mulieri cece lumẽ ocłoꝝ p̃ce ſua reſtituit. Acceſſerũt ad eũ ſacerdotes a rege ⁊ ſenioꝛibus de bꝛitãnia miſſi rogãtes vt ad illos q̃s excoĩcans male dixerat veniẽ dignaret quatin⁹ cui⁹ maledictionẽ p ſua pfidia accepant: eius bñdictionẽ recipe mererent. Nã t̃ra illoꝝ p ſeptẽniũ ĩfructuoſa manẽte: icole ſiti ⁊ fame p ariditate ↄſũpti erãt. Tũc vir dei mĩa motus cũ vꝛbis pagũ ingrederet pluuia pergrãdis de celo cecidit ⁊ bñdctõ pplo ⁊ terra fecũditati reddita ad leõtiũ epm igreſſum maturauit. Et cũ centũ triũ eẽt ãnorũ plenus oĩ ſctitate ſeptimo decio kał decẽbꝛis celeſtia cõcendit. Eius coꝛp⁹ leontius epš extra muros ſanctonice ciuitatis in loco qui đr perdina honoꝛifice ſepeliuit ⁊ ſup ei⁹ tumulũ eccłiam fabꝛicauit In eius eni obitu audita eſt vox a mł̃tis in aere dicens. Macute macute dilectiſſime meus veni q: loquut⁹ tibi in ſempiterna gloꝛia parat⁹ eſt: i quo cũ oĩbus ſãctis regnabis ĩeternũ. Miſerũt autẽ ciues alethis ad regem noĩe filbertũ nũcios dicẽtes. Dep̃camur dñe vt nos nõ deſpicias ſ; vł ex aliq̃ parte coꝛpoꝛis ſcti macuti nr̃i votis ciuiũ vroꝝ ſatiſfacẽ digneris. Quib⁹ rex ait. Si deo placet qđ petitis: ipe tribuat vt inueniatis. Sin autẽ ſicut veniſtis ita ⁊ reuertamini. Fctõ aũt ſup hac re triduano ieiunio cũ quatuoꝛ clericis coꝛp⁹ ſctĩ eleuaẽ vłlẽt caput vni⁹ i manu remãſit ⁊ dextera man⁹ i manu alterius reliqua coꝛpis ps nłlo mõ moueri potuit nec quicq̃ ab eo ſeparari. Statimq; nũcij cũ capite ⁊ dextera manu leti ad patriã ſuã redeũtes i locis cõgruis reliq̃as allatas cũ honoꝛe repoñũt. Ruſtic⁹ qui dã a vidua quadã cibũ petijt cui ⁊ illa ait Sctũs macut⁹ ſcit q: nihil p̃ter panẽ habeo. Jlle dixit. Siue pl⁹ ſit ſiue min⁹ ego accipiã. Et illa. Et quid putas tũc ſanct⁹ macut⁹ faciet: Jlle tranſmarin⁹ eſt inq̃t mõ i hac regione nõ eſt. Et fracta quadã archa: panẽ ſecũ tulit ⁊ abijt. Mulier autem eiulãte ⁊ ſctm̃ macutũ cũ lachꝛimis iuocãte: panis manui ruſtici ita adheſit vt nulla arte ſeparari potuit. Cumq; rediens mulieri ſatiſfeciſſet ad ſanctũ macutum pꝛo illo mulier pꝛeces fudit ⁊ ſtatim a vinculo quo erat ligatus liberatuz ſe ſenſit. Vxoꝛ potentis cuiuſdã ad quãdam villam ſancti macuti veniens quẽdam famuloꝛum ſuoꝛũ ad querendũ herbam pꝛo equis miſit. Cui cum vir quidã modicũ quid dare vellet ⁊ ille magis ſe vi extoꝛquere diceret ait. Et quid faciet tũc ſanctus macut⁹: Et ille. Vade in hoꝛtuz tuum et fac illi pulmentũ. Et fracta ſera quantũ herbe voluit ſecum tulit. Et ecce

equ⁹ ſe mouere nō valēs i terrā cecidit et
oſſibus oīb⁹ fractis periit ⁊ ſeſſor fracto
collo expirauit Quo audito dña pfata vi
rū illū q̄ sctm̄ dñi iuocauerat vt die craſti
na ſuſpōderet in ꝯpedes poni iuſſit. Me
dia nocte apparuit ei sctūs macut⁹ ⁊ ab-
ſoluit eū dicēs. Uade noli timere. Deīde
venit ad lectū illi⁹ dñe ⁊ tetigit eā baculo
ſuo ⁊ ſine tpis iuteruallo defūcta eſt. Uir
qdā vſq ad mortē lāguēs dū ad oratoriū
ſcti macuti deportat⁹ qeſcere vellet vidit
quēdā virū nigerrimū ſibi appropinqua
re pre cui⁹ timore pmiſit ſe sctō macuto
ſemp ſeruiturū ſi eū a ptāte hui⁹ libera-
ret. Dū hec cogitaret inimic⁹ ille acceſſit
⁊ tenēs gladiū igneū mēbrati diuiſit eū
ſingula mēbra parieti appēdēs nouiſſi-
me caput ei⁹ cū torto malleo cōtriuit. Et
ecce ſubito sctūs macut⁹ adueniēs diabo
lū expulit mēbra oīa redintegrauit ⁊ ho-
minē ſanitati reſtituit Die quadā ſāct⁹
macut⁹ cū ſuis diſciplis in agrū eā putā
di vineā pgēs capam i quodā vinee loco
depoſuit. Peracto aūt labore cū vellet ca
pā reinduere inuētū eſt i ea cuiuſdā aui-
cule ouū. Quo cognito vir dei phibuit i-
dumētū de loco āmoueri donec ſuos aui-
cula pullos excluderet. Interim vero nl'la
aeris itēperies vel pluuia ipm ſacri pre
ſulis veſtimentū contaminauit.

¶ De sctō Maglorio Epō ⁊ cōfeſſore.

Sanctus maglori⁹ quaſi magna
glia merito tali refulget nomie
qđ acqſiuit in ope. Hic in maiori
britānia oriūdus gñe ſpectabilis ſcti ſā-
pſonis cōſors extitit. Qui etiā decedens
eū in epātu dolēti ſibi cōſtituit ſucceſſorē
Ubi cū ſpectabilib⁹ documētis ſimul et
exēplis eniteſceret angelus ei in ſōpnis
apparuit eūq admonuit vt pōtificatus
culmine relicto ad remotioris loci latibu
la pgēs ſolatariā vitā duceret vt mona-
chorū gregē paſcēs laudes dñi licēti⁹ cele
braret. Qui expgefact⁹ grās egit deo: et
mādatū dñi ipleuit ⁊ miraculis multis
effulſit Quidā comes leproſus famā ei⁹
audiēs ⁊ ad eū veniēs plenā ſanitatē ab
eo recepit. Hui⁹ terrarū magnitudo tri-
plici ꝯtinebat diuiſiōe quarū vnā nō inte
grā ſʒ dimidiā btō maglorio ꝯtulit i mu-
nere. Has aūt diuiſiōes copioſa multitu
do auiū q mire magnitudinis ⁊ pulchre
erāt freqntabāt captura qq piſciū abū-
dabat. Cōtigit ergo cū beat⁹ maglorius
portionē ſuā penetraſſet: vt oīs auiū ⁊ pi
ſciū ꝯgeries q alti meditati comitis ine-
rat: fuga iiret ⁊ ſcti partē expeteret. Qđ
vxor comitis grauit ferēs ei ſuaſit vt illā
vendicaret ſibi ⁊ alterā maglorio daret.
Cui⁹ ille ſuggeſtionē nequā mox ſuſcipi-
ens qđ nō debuit expleuit facta q nepha-
rie cōmutatiōis ꝯtrouerſia: ſubito aues
⁊ piſces ab illa pte comes auare sctō viro
ſurripuerat receſſerūt: ⁊ mox ad dñʒ ſuū
magloriū reuerſi ſūt. Tūc comes apđ ſe
pnia duct⁹ vtrāq partē sctō maglorio cō
ceſſit: ⁊ tūc auiū ⁊ piſciū agmina vtrāq
partē ſicut añ repleuerūt. Cūq ergo eēt
hic sctūs ab vtō mrīs ſue: panē ordeaceū
⁊ viliora legumia ēt parce ſumebat. iiii.
⁊. vi. fē. ab oī pabulo abſtinebat corp⁹ ei⁹
cilicio iugit tegebat veſtimentis aſſoris
mediocribus vtebat vinū ⁊ cicerā nō bi-
bēs. Excubias noctis cū frēs ſopori ſe da
rent clā ab eis ſeqſtrat⁹ ſup alueū maris
puigil ducebat. Deniq in vigilia paſce
dū i ecclia pnoctaret: angls dñi chorusc⁹
aſtitit obitūq ſuū imiere: ⁊ dignā merce
dē certaminis eū pcipe dixit. Cūq ille he
ſitaret ne diabol⁹ forte in anglm lucis ſe
trāſformaſſet orōnē diutiſſime pcelauit
⁊ angls de viſione eū certū reddere cupi-
ens: tertio eūdē ſermonē repetiit De ma
nu tādē ipius angli maticū viſibilr acce
pit: et ab illo die niſi eā ineuitabilis exti-
tiſſet: vſq ad diē vocatiōis ſue verſiculm
hūc i ore ſp repetiit. Unā petii a dño. ⁊c.
⁊ nono kal. nouēbris ad xpm migrauit.

Sctūs baſilius quadā die exiēs de ciui⸗
tate dixit diſciplis ſuis. Filij ſeqmini me
vt videatis mecū gl'iaꝫ dei ⁊ admiremur
de diſciplis magr̄m. Cognouit hoc vtu⸗
te ſpūs ſcti pſbit anaſtaſius q hēbat vxo
rē quadraginta annis in virginitate co⸗
habitātē: ⁊ ipe quotidie i pane ⁊ aqua ie⸗
iunabat pter ſabbatū ⁊ diē dnicū q dixit
mulieri ſoꝛoꝛi ſue. Ego vado agricolari
tu ſurge ⁊ adoꝛna domū: ⁊ circa hoꝛā no⸗
nā vade obuiā ſcō baſilio epo q veit diuer
tere in domū pctoꝝ. Qō cū illa cū timoꝛe
⁊ veneratiōe feciſſet ſctūs pr̄ adueniens
ait. Quō habes dña theogenia. Que ex
pauēs in vocatiōe nois ſui dixit. Bn̄ ſctē
dei. Et ille. Ubi eſt dn̄s anaſtaſi⁹ fr̄ tu⁹.
Que ait. Dn̄e vir me⁹ eſt: ⁊ abijt agrico
lari. Et ſupueniēs iterim anaſtaſi⁹ oſcu⸗
latus eſt ſcti pedes dicēs. Un̄ mihi vt ve⸗
niat ſctūs dei ad me. Cūqꝫ abiſſent in ec⸗
cl'iam iuſſu epi pbr̄ ad ſuū miniſteriū ſte
tit. Et dū miniſtraret vidit baſili⁹ tpe ele
uatiōis coꝛpis xpi ſpm̄ ſctm̄ deſcēdētē in
ſpe ignis ⁊ circūdantē pſbiterū ⁊ altare.
Poſt miſſaꝫ dixit epſ ſacerdoti. Enarra
mihi q eſt vita tua. Qui ait. Ego pctoꝛ ſū
ſubdit⁹ tributis publicis hn̄s iuga bouū
duo: vnū ad miniſtrationē pegrinoꝝ/al
terū ad adminiſtrationē vectigaliū: ⁊ eſt
coācilla mea mulier iſta q miniſtrat pau
perib⁹ ⁊ mihi. Et ait ſctūs. Uoca eā ſoꝛo⸗
rē tuā ſicut ⁊ eſt ⁊ enarra mihi virtutes
tuas. Et ille. Nō habeo quicquā boni: et
alienus ſū ab oī virtute. Tūc duxit eum
epſ ad vnā de cellulis domus et dixit ei.
Apri mihi oſtiū. Qui cū nollet aperire di⸗
cēs neceſſaria domus i cella illa eſſe: epſ
apuit illud ſermone ⁊ inueniēs ibi lepꝛo⸗
ſum plurib⁹ coꝛpis mēbꝛis defluxū dixit
Et voluiſti occultare theſaurū tuū illuꝫ.
Qui rn̄dit. Uere furioſus eſt ⁊ iniurioſus
ideo timui ne foꝛte laderet in ſermonem
Cui epſ. Bn̄ in illū certaſti ſꝫ ſine me no⸗
cte hac miniſtrare ei: vt ego mercedē ac⸗
cipiā. Tūc reliqrūt ſctm̄ dei in cellula cū
lepꝛoſo ⁊ oſtiuꝫ clauſerunt. Qui tota no⸗
cte ſupfaciēs oꝛationē ſanauit eū: ⁊ edu⸗
cens reuerſus eſt in ciuitatem.

¶ De ſctō Malachia epo ⁊ cōfeſſoꝛe.

Sanctus malachias cui⁹ vi⸗
tā ſcripſit ſctūs bernardus
clareuallenſis abbas de hi⸗
bernia oꝛtus eſt de pplo bar
baro: ibi educatus: ibi lr̄as
edoct⁹ eſt. Ceterū de natali barbarie ni⸗
hil traxit nō magis quā de ſale marino
piſces maris. Parētes tn̄ illi fuerūt ge⸗
nere ⁊ potētia magni: iuxta nomen ma⸗
gnoꝝ q ſunt in tra. Erat enī hō in ciuita⸗
te archinachana ſāctus ⁊ auſtere admo⸗
dū vite q cellā hn̄s iuxta eccl'iam ſeruie⸗
bat deo i ieiunijs ⁊ oꝛonib⁹ et obſecratio⸗
nib⁹ die ac nocte. Ad hūc ſe cōtulit mala⸗
chias ab eo vite foꝛmā acceptur⁹ ſeditqꝫ
⁊ ipe ſolitari⁹: ſꝫ intra paucos dies habu
it imitatoꝛes multos exemplo ſui ꝓuoca
tos. Tādē oꝛdinat⁹ eſt ſacerdos anno eta
tis ſue viceſimo qnto. Cui etiā epſ vices
ſuas cōmiſit ſeminare ſemē ſctm̄ in gēte
nō ſctā: ⁊ dare rudi pplo ⁊ ſine lege viuē⸗
ti legē vite ⁊ diſcipline. Cepit aūt ille offi
ciū ſibi iniunctū cuꝫ omi alacritate ſicut
erat ſpū feruēs adiplere barbaros ritus
extirpare/eccl'iaſticos plātare. Quicqd i
cōpoſitū/idecoꝝ/diſtoꝛtūqꝫ obuiū habu⸗
it nō pcebat ocl's ei⁹ velut grādo groſſos
e ficub⁹ ⁊ ſicut puluerē vēt⁹ a facie tre ſic
coꝛā facie ſua huiuſmodi vitebat totū ꝑ
virib⁹ exturbare ac delē de pplo ſuo. Ho⸗
ras canonicas iuxta moꝛē vniuerſalis ec
cl'ie icolas illi⁹ ꝓuicie ⁊ ēt frēs i ſuo ceno⸗
bio cātare fecit cū necdū in ciuitate ſeu in
epatu vniuerſo cātare vellēt. Deide vſū
ꝯfeſſiōis ſacr̄m ꝯfirmatiōis ꝯtractū ꝯiu⸗
gioꝝ que oīa aut ignoꝛabāt aut neglige⸗
bāt malachias denuo inſtituit. Et cū eēt
illi ſtudiū ⁊ zel⁹ maxim⁹ circa cultū diui⸗
noꝝ ⁊ venerationē ſacramētoꝝ ne foꝛte

de hijs aliq̈d ꝯſtitueret vel doceret ſecus quā ritus haberet vniuerſalis eccl'ie cū adijt epm̄ q̄ ipm̄ plenꝰ de oībꝰ īformaret. Hic erat ſenex plenus dierū et virtutū et ſapientia dei erat in illo. Natiōe q̄dā hibernicus: ſʒ in anglia cōuerſatus fuerat in habitu monaſtico wintonieſi cenobio de quo ad epatū liſmorenſem aſſūptꝰ eſt. Ibi tāta ei deſup collata eſt grā: vt nō ſolū vita et doctrina ſed ⁊ ſignis clareret. Nā puerū lunaticū in cōfirmatiōe ſacra vnctione ſanauit ſurdo auditū reſtituit. Ad hunc cū veniſſet malachias benigne ab eo ſuſceptꝰ aliquot annis cū ea māſit. Accidit enī inter regē auſtralis numidie ⁊ germanū eiꝰ orta ſimultate ⁊ fratre facto ſuperiori rex pulſus regno ad epm̄ malcū cōfugit ⁊ dans locū ire neceſſitatē in virtutē ꝯuertit priuatā eligēs ducere vitā. Cūq; eps regē ſuſcipere debito honore pararet abnuit ille ſe malle inquiēs tanq̄ vnū ex illis eſſe paupibꝰ frībꝰ q̄ illi adhererēt regiū faſtū deponere et cōmuni pauptate ſore cōtētū expectare potiꝰ dn̄i volūtatē q̄ per vim recipe regnū nec velle ꝓ ſuo honore terreno ſanguinē hūa nō effundere q̄ cōtra ſe clamet ad deū de terra. Quo audito eps exultat ⁊ deuotionē admiratus voto ſatiſfecit. Tradit regi domꝰ paupcula ad inhabitandū ⁊ panis cū ſale et aqua ꝑ manū malachie ad victū. Per ſinglas noctes rex lachrimis ſuis ſtratū ſuū rigauit: ſed ⁊ quotidiano aque frigide balneo male calentē extinguebat in carne libidinē ⁊ orādo dicebat. Uide humilitatē meā ⁊ laborē meū: et dimitte vniuerſa delicta mea. Et exaudita eſt orō eiꝰ ſecus q̄ intēderet ipe. Suſcitauit enī deus ſpm̄ vicini regis qui vidēs q̄ facta ſunt repletus eſt zelo ⁊ miſerās regni deſolationē ⁊ regis deiectionē deſcēdit ad cellā paupis ſuadet reditū: ſed nō pſuadet. Inſtat tn̄ ſpōdet opē ⁊ accedēte mādato epi ⁊ malachie cōſilio vix rex tādē acq̄eſcit. Sicq; multa facilitate pulſis ꝑdonibꝰ reducit in ſua cū exultatione ſuorū regnoq; reſtituit ſuo. Mortua ſorore viri dei nō pretereūdā de ea vidit viſionē. Huiꝰ ſiquidē ſctūs carnalē exhorruerat vitā: et tāto zelo vt ſe deuouerit non viſurū eā in carne viuentē. At illa carne ſoluta ſolutū eſt votū ⁊ cepit videre ī ſpū quā in carne voluit. Quadā nocte audiuit ꝑ ſōpnū vocē ſibi dicentē ſoror eiꝰ ſtare foras in atrio: ⁊ ecce per totos triginta dies nō guſtaſſe. Qui euigilās cito intellexit cuiꝰ eſſe inedia marceret ⁊ diligēter diſcuſſo dierū numero quē audierat ipm̄ eſſe repperit ex quo ꝓ eo panē ⁊ vinū non obtuliſſet. Tūc ille q̄ ſororis aīam nō odit ſed pctm̄ preces ad deū ꝓ ipſa fudit. Nō multo poſt viſa eſt illi perueniſſe ad limē eccl'e necdū tn̄ poſſe ītrare apparere etiā in veſte pulchra. Cūq; ille in orōne pſeueraret vidit eā ſcdo in veſte ſubcādida ad miſſā q̄dē intrare eccl'iam ſed altare ꝯtingere nō permitti. Tertio tādē viſa eſt aggregari cetui cādidatorū ⁊ ī veſte cādida. Uir diues ⁊ potēs qui locū bencor ⁊ poſſeſſiones eiꝰ tenebat inſpiratꝰ a deo cōfeſtim in manus malachie ſua oīa dedit et ſe quoq; et is auūculus eius. Hic locus bencor nobiliſſimū ante extiterat monaſteriū ſub primo pře cōgello multa milia monachorū generans multorū monaſteriorū caput. Nō ſolū in pſatas ſed in exteras etiā regiōes quaſi inundatiōe facta illa ſe ſctōꝝ agmina effuderūt. E qbꝰ ad gallicanas ptes ſctūs colūbanus aſcendēs luxonienſe monaſteriū cōſtruxit ſactus ibi ingētē magnā. Aiunt tā magnū fuiſſe illud monaſteriū vt ſuccedētibus ſibi inuicē choris cōtinuarētur ſolēpnia diuinorū ita vt nec momētum q̄dē diei ac noctis vacaret a laudibꝰ. Hoc nāq; a piratis deſtructū fuerat monaſteriū et nōgenti monachi iterfecti ſunt. Erat q̄ppe ingēs illius loci poſſeſſio: ſed malachias

ſolo content⁹ loco ſctō oēs poſſeſſiones ⁊ terras alteri ceſſit ⁊ monaſteriū edificauit. Quo in loco quidā infirmabat: cui aſſiſtens diabolus apte loquēs ſuggerebat ne vnq̄ crederet monachis malachie ſed ſi intraret ad ſe cultello eū ocideret. Quo cognito illi qui miniſtrabāt ipo infirmo p̄cedētes verbū malachie detulerāt At ille ſolita arma orationis arripiēs impauid⁹ hoſtē agreſſus ⁊ infirmitatem fugat ⁊ demoniū. Vacabat tūc epālis ſedes quedā ⁊ iā diu vacauerat malachia nolente aſſentire quem elegerāt. Perſiſtētib⁹ tamē illis tādē ceſſit accedēte ad vim faciendā mādato magrī ſui necnō ⁊ metropolitani ⁊ triceſio etatis ſue anno conſecrat⁹ eſt eps cōnereth. Cūq̄ cepiſſet p officio ſuo agere tūc itellexit hō dei ſe nō ad hoīes ſed ad beſtias deſtinatū. Nūq̄ adhuc tales expert⁹ fuerat in quātacūq̄ barbarie nuſq̄ repererat tā pteruos ad mores ſic ferales ad ritus: ſic ad fidē imperitos ad leges barbaros ceruicoſos ad diſciplinā impuros ad vitā: xpiani noīe/ re pagani. Nō decimas dare/ nō primitias/ nō legitima inire coniugia/ nō facere cōfeſſiones/ penitentias nec q̄ peteret nec qui daret penit⁹ inuenit. Sed nec in eccleſijs aut p̄dicantis vox aut cātātis audiebatur. Quid faceret athleta dñi aut cedēdum turpit aut periculoſe certandū. Sed qui ſe paſtorē ⁊ nō mercenariū agnoſcebat: elegit ſtare q̄ fugere parat⁹ aīam ſuam dare p oībus ſuis. Et q̄q̄ omes lupi ⁊ oues nulle ſtetit in medio tn̄ loporū: paſtor intrepid⁹ ⁊ cepit mouere coiter/ ſecreto arguere/ flere per ſingulos nūc aſpere nūc leuiter put cuiq̄ expedire videbat. In quib⁹ cū min⁹ p hoc pfeciſſet: cor cōtritū ⁊ humiliatū offerebat pro eis noctes totas peruigiles duxit man⁹ in oratione extendens. Et cū venire ad ecclīam nollent per vicos et plateas occurrebat anelans quē xpo acquireret. Sed ⁊ foris rura nihilominus ⁊ opida ſepius percurrebat cū ſctō illo comitatu diſcipulorū ſuorum qui nunq̄ deerāt lateri eius. Ibat ⁊ erogabat vbigratis celeſtis tritici mēſuram. Nec vehebat equo ſed pedes ibat ſe in hoc virū apoſtolicū probās. Blaſphematus obſecrabat iniuriat⁹ ſcutū patiētie opponebat ⁊ vincebat in bono malum. Ceſſauit tandē duritia/ quieuit barbaries: recipiuntur vbiq̄ eccleſiaſtice conſuetudines contrarie reijciunt/ reedificant baſilice/ ordinatur cler⁹: in illis ſacramētorū ſolēpnia rite celebrātur/ cōfeſſiones fiūt ad ecclīaꝫ ꝯueniunt plebes poſtremo ſic mutata ſunt in meli⁹ oīa vt hodie illi genti ꝯueniat qđ dñs per prophetā dixit Qui añ nō popul⁹ meus nūc popul⁹ meus. Cōtigit poſt annos aliquot deſtrui ciuitatē a rege aquilonaris partis hibernie ⁊ malachias neceſſitate cōpulſus cū turba diſcipulorū ſuorū exijt numero cētū viginti fratrū ⁊ monaſteriū ybracenſe cōſtruxit. Ibi occurrit ei cormarc⁹ rex q̄ olim regno pulſus ſub cura malachie de mia dei conſolationē accepit ſe ⁊ ſua oīa exponēs ei. Et aīalia multa ad vſus frm aurūq̄ ⁊ argentū ad ſumpt⁹ edifitiorū ⁊ regia liberalitate contulit ſedulus ⁊ officioſus intrans cū eis ⁊ exiens habita quidem rex ſed aīo diſcipul⁹ malachie. Ibi vero vir dei in ordine vicis ſue coquine miniſterio inſeruiebat ⁊ fratrib⁹ cū recūberent miniſtrabat ⁊ in ecclīa int ſuccedētes ſibi inuicē fratres ad cantandū vel legendū nō ſe preteriri patiebatur ſtrenue implens officiū loco ſuo tanq̄ vn⁹ ex illis ſctē pauptatis nō ſolū participē ſꝫ ⁊ principem exhibebat. Cōtigit aūt archiepm̄ celſum infirmari ⁊ cognouit q̄ moreret ⁊ fecit quaſi teſtamētū vt malachias ſibi ſuccederet eo q̄ null⁹ dignior videretur. Hoc preſentibus indixit/ hoc abſentibus mādauit ⁊ ſancti patricij auctoritate p̄cepit. Verū mos peſſimus inoleuerat quo

tūdam diabolica ambitione potent̄ ſedē ſctā̄m hereditaria ſucceſſione occupātiū. Nec enim ep̄ari patiebant̄ niſi qui eſſent de tribu ⁊ familia ſua. Octo enī iā extiterāt ante celſum viri vxorati ⁊ abſq ordinib⁹ litterati tamē. Inde tota illa ꝑ vniuerſam hiberniam diſſolutio eccleſiaſtice diſcipline cēſure eneruatio/religionis euacuatio inde illa vbiq ꝓ manſuetudine xp̄iane ſeua introducta barbaries immo paganiſſius quidam induct⁹ eſt ſub noīe xp̄iano. Nā qđ inauditū eſt ab ipſo xp̄ianitatis enitio ſine ordine ſiue ratiōe mutabant̄ ⁊ multiplicabātur ep̄i ꝓ libitu metropolitani ita vt vn⁹ ep̄at⁹ vno nō eſſet cōtent⁹ ep̄o ſed ſingule pene eccleſie ſingulos haberēt ep̄os. Pro hijs ergo vehement̄ dolēs celſus curauit ſucceſſorem habere malachiam: eo ꝙ ꝑ ip̄m cōfideret poſſe explantari male radicatā ſucceſſionem qui charus eſſet oīb⁹ ⁊ quē oēs emularent̄ ⁊ dn̄s erat cū eo. Nec fruſtrat⁹ eſt a ſpe ſua: nā illo mortuo ſubſtitut⁹ ē malachias: nō tamē mox neq id facile. Ecce enī de ſemine neꝗ̄ q̄ occupet locū mauricius noīe qui per quinquenniū fret⁹ potētia ſeculari incubauit eccl̄ie nō ep̄s ſꝫ tyrann⁹. Egrotāte aūt celſo apparuit malachie longe poſito mulier procera ⁊ reuerendi vult⁹. Percunctanti qui nam eſſet rn̄ſum eſt eē vxorē celſi que ei tradēs virgam paſtoralē quā manu tenebat diſparuit. Paucis decurſis dieb⁹ celſus moriēs miſit baculū ſuū malachie tāꝗ̄ ſibi ſucceſſuro. Quē vt vidit ip̄m eē quē viderat intellexit. Huius precipue recordatio viſionis terruit malachiā ne ſi q̄d diu ſatis diſſimulaſſet vltra renueret diuine reſiſtere voluntati videretur. Verūtamē ciuitatē non intrauit ꝗ̄diu ille incubatos vixit: ne hac occaſione cōtingeret mori quēꝗ̄ ex hijs quib⁹ vitā magis miniſtratur⁹ veniebat. Illo igit̄ celeri morte rapto de medio rurſus nigellus quidā imo vē nigerrimus ſedem preripuit quem mauricius dū viueret ſibi heredem ſtatuit. Erat enī ex dāpnata progenie mauricij. Rex ei ⁊ ep̄i ⁊ fideles terre nihilomin⁹ conuenerunt vt malachiam introducerēt. Et ecce conſiliū malignantiū ex aduerſo quidā de filijs belial prompt⁹ ad maliciam potens in iniquitate ſciens locū vbi pariter cōuenire decreuiſſēt multis aggregatis ſibi latenter vicinū occupauit collē eminentem e regione: vñ illis tractātib⁹/iſti repentino impetu ſuꝑ incautos irruerēt: ⁊ innocentes interficerent. Cōdixerāt enī regem cū ep̄o trucidare vt nō eſſet q̄ ſanguinē iuſtū vindicaret. Res innotuit malachie ⁊ intrans eccleſium eleuatis manibus orauit ad deū. Et ecce nubes ⁊ caligo ſed ⁊ tenebroſa aqua ī nubibus aeris diem vertunt in noctem fulgura quoq ⁊ tonitrua ⁊ horribilis ſp̄us procellarū diē vltimū minabantur vicināq elementa ītemptāt oīa mortē. Oratio enī malachie cōcuſſerat elementa ⁊ ſolos tempeſtas interfecit qui querebant aīam ei⁹ ſolos turbo tenebroſus inuoluit q̄ opera tenebrarum parauerant. Ipſe deniq qui pnceps extiterat tanti mali fulmine percuſſ⁹ interijt cū alijs trib⁹ quoꝝ ſequenti die inuenta ſunt corpora ſemiuſta ⁊ putrida arborum ramis herentia vbi ſp̄us malign⁹ eleuans alliſiſſet. Alij quoq tres ſemiuiui inuenti ſunt ceteris omnibus circumquaq diſperſis. Anno etatis ſue triceſimo octauo pauꝑ malachias archinacam totius hibernie metropolitanus itrauit. Rege vero ceteriſq qui introduxerāt eū ad propria remeantibus ipſe remanet in manu dei ⁊ remanent illi foris pugne intus timores. Nam ecce viperea ſoboles frendens et vociferās ſe exheredari tota ſe intus et foris ſuſcitat aduerſus dn̄m ⁊ aduerſus xp̄m ei⁹. Porro nigellus vidēs ſibi fugam imminere tulit ſecū inſignia quedam ſedis illius textū ſcꝫ euangelio-

rum qui fuit beati patricij baculūqꝫ au-
ro textū ⁊ gemmis p̄cioſiſſimis adoꝛna-
tum quem noīant baculū iheſu eo ꝙ ipe
dn̄s vt fert opinio eū ſuis manibꝰ tenue-
rit atqꝫ foꝛmauerit: ⁊ hic ſumme dignita
tis ⁊ venerationis in gēte illa eſt. Ibat
hō gerouagꝰ ⁊ alt ſathanas circuibat trā
⁊ pambulabat eā: inſignia ſacra circum
ferens quevbiqꝫ oſtendens venerabatur
ſeduxitqꝫ multos oībus ſuadens ſe epm
eſſe debere. Uirtute tandē diuina via eiꝰ
vir dei ſepiuit vt malignꝰ ille coactus ſit
reddere inſignia ⁊ in oīni ſubiectione de
reliquo requieſcere. Quidā gratiā hn̄s
pꝛincipum et regis eo ꝙ adulatoꝛ eſſet et
garrulus ⁊ potens in lingua hic fauebat
per oīa aduerſarijs malachie: pꝛeſenti
reſiſtebat in facie abſenti detrahebat in
facie/abſenti detrahebat irreuerenter oc
currēs ei in omni loco: ſed cito digna lin
gue pꝛocacis mercede donatus eſt. Intu
muit ⁊ cōputruit lingua maledicta ver-
mibus ex ea ſcatentibꝰ ⁊ deffluentibꝰ q̄s
per ſeptem fere dies inceſſanter vomens
cum illis tandem miſeram vitam expu-
it. Loquente aliqn̄ malachia ⁊ popoluꝫ
exhoꝛtante mulier quedā infelix auſa eſt
irrūpere ſermonē clamoꝛibꝰ impꝛobis nō
deferens ſacerdoti ⁊ ſpm̄ qui loquebatur
Erat aūt de pꝛogenſe impia ⁊ ſpm̄ habēs
in naribꝰ blaſphemias ꝯtumeliaſqꝫ euo
mebat in ſctm̄ dicens ypocritam ⁊ inua-
ſoꝛem aliene hereditatis: ſed et caluiciei
ipſius impꝛoperans Et ecce verſa eſt illa
i inſaniā dn̄o vīdicante ⁊ crebꝛis vocibꝰ
clamitans ſe a malachia ſuffocari moꝛte
hoꝛrenda blaſphemie peccatū luit. Ma-
lachias tandē conſtituit pꝛo ſegelaſiū ar
chiepm̄ virū vtiqꝫ epatu dignū ⁊ ad ſuā
parochiaꝫ redijt. Cū aūt romā veniſſet
malachias: innocētiꝰ papa eū honoꝛifice
ſuſcipiens mitrā de capite ſuo impoſuit
capiti eiꝰ ſed ⁊ ſtolā cū manipulo dedit il
li et ſalutatū in oſculo pacis dimiſit euꝫ.

Et veniēs clareuallis ad ſctm̄ bernardū
abbatē ⁊ alta ſuſpiria trahens ꝙ non li-
ceret ſibi pꝛo ſuo deſiderio remanere hos
inquit interim pꝛo me oꝛo vt retineatis:
qui a vobis diſcant qđ nos poſtmodū do-
ceant. Erūt enī vobis in ſemen ⁊ in ſemi
ne iſto bn̄dicēt gētes: ⁊ ille q̄ a diebꝰ anti-
quis monachi quidē nomen audierunt:
monachū non viderunt Et dimiſſis ibidē
quatuoꝛ clericis pꝛofectꝰ eſt. Qui pꝛoba-
ti et digni inuenti monachi facti ſunt.
Uenit aūt malachias ī ſcotiā ⁊ henricū
filiū regis dauid vſqꝫ ad moꝛtē infirmita
te depꝛeſſum aqua bn̄dicta aſperſit dicēs
Confide fili non moꝛieris hac vice. Et die
ſequenti ab omni languoꝛe conualuit: et
ſanitatem recepit. Oꝛante aūt viro dei:
ſolutū eſt vinculū lingue puelle mute et
loquebatur recte. Oblatā ſibi mulierem
freneticam ⁊ funibus vinctam coꝛā omni
populo crucis ſigno curauit. Mulier q̄-
dā in ſcotia cū in cimiterio a viro dei bn̄-
dicto oꝛationis gr̄a pernoctaret hō barba
rus illam ſolam reperiēs libidine accen-
ſus in illaꝫ irruit. Tremefacta mulier ⁊
aduertens illū diabolico ſpiritu plenum
heu tu inquit miſer quid agis? Cōſidera
vbi es reuera hec ſctā defer deo et mala-
chie ſeruo eiꝰ ⁊ tibi ipſi parce. Cūqꝫ furi-
is agitatus iniquus non deſiſteret: ecce
venenatū ⁊ tumidū animal qđ bufonem
vocant viſum eſt reptans exire deinter
femoꝛa mulieris. Tremefactꝰ homo reſi
lit ⁊ confuſus ſtatim abceſſit. A die pꝛi
mo conuerſionis viri dei vſqꝫ ad extremū
vite ſue ſine pꝛopꝛio vixit non ſeruos nō
ancillas/non villas/nec quicꝙ reddituū
eccl̄iaſticoꝛū ſeculariū ne vel in ipo habu
it epatū nec domū pꝛopꝛiā. Erat enī pene
inceſſant circuiēs parochias oēs euāge-
lio ſeruiēs ⁊ de euāgelio viuēs ſicut con-
ſtituit ei dn̄s. Mēſe epali nihil ꝓrſus con-
ſtitutū vł aſſignatū erat vn̄ eps viueret.
Cū exiret ad pꝛedicādū cū peditibꝰ pedes

ꝛ ipſe ibat ep̃s ꝛ legat⁹. Forma apoſtoli-
ca hec ꝛ inde magis mira ĩ malachia quo
in alijs nimis rara. Ceteri pꝛelati dñant
in clero iſte dũ eẽt liber ex oĩb⁹ oĩm ſe ſer
uũ fecit. Illi autem non euangelizantes
manducant aut euãgelizant vt mandu-
cent: malachias imitãs paulũ mãducat
vt euãgelizet. Illi faſtũ ꝛ queſtũ eſtimãt
pietatẽ: malachias hereditate vẽdicat ſi-
bi opus ꝛ onus. Illi cũ accipiãt decimas
ꝛ pꝛimitias ꝛ oblationes thelonia ꝛ tribu
ta ꝛ alios redditus infinitos: ſoliciti ſũt
nihilominꝰ qd mãducẽt ꝛ qd bibãt mala
chias nihil hoꝝ habẽs multos tñ locuple
tat de pꝛomptuario fidei. Illis nec cupidi-
tatis nec ſolicitudinis vllus eſt finis: ma
lachias nihil cupiens de craſtino tñ cogi
taẽ nõ nouit. Illi a paupib⁹ exigũt quod
diuitib⁹ dẽt: iſte ſolicitat diuites ꝓ pau-
perib⁹ ſuſtẽtãdis. Illi marſupia vacuãt
ſubditoꝝ: iſte pꝛo pctĩs eoꝝ altaria cumu
lat votis hoſtijſqꝫ pacificis. Illi alta pa-
latia erigũt / turres ꝛ menia ad celos le-
uãt: malachias nõ habẽs vbi caput recli-
net op⁹ euãgeliſte facit. Illi equos aſcen
dũt cũ turba hoĩm gratis mãducãtiũ pa
nẽ ꝛ nõ ſuũ: malachias ſept⁹ ſctõꝝ fratrũ
collegio: pedes circuit poꝛtãs panes ãge
loꝝ qbus eſuriẽtes aĩas faciet. Illi ple-
bes nec agnoſcũt: iſte erudit. Illi poten-
tes ꝛ tyꝛãnos honoꝛãt: iſte punit. Puel-
lam mutã parentes in media platea trã
ſeunti viro obtulerũt cũ multa ſupplica
tiõe rogãtes vt ei ſubuenire digneť. Qui
fuſa ad deũ pce tetigit digito linguã eius
ꝛ ſputũ mittẽs in os loquentem dimiſit.
Aliqs de nobilib⁹ infẽſus regi recõcilia
t⁹ eſt ꝑ manũ malachie. Factũ tñ ſecurũ
ꝛ ſibi nõ cauẽtẽ rex captũ in vincula tru-
ſit. Requirit eũ malachias a rege cũ ma-
gna turba diſcipuloꝝ ſuoꝝ. Et cũ negaſ
ſet rex ait vir dei. Inique inquit agis cõ
tra deũ ꝛ cõtra me ꝛ cõtra teipm pactum
p̄uaricãs. Credidit ſe hõ fidei mee ſi con
tingat eũ moꝛi ego perdidi eũ ego re⁹ ſan
guinis eius ſum. Noueris me donec libe
retur nõ guſtaturũ aliqd: ſed neqꝫ iſtos.
Sic loquut⁹ intrat eccl̃iam et anxijs ge-
mitib⁹ deũ interpellat vt iniuſte detentũ
de manu pꝛeuaricatoꝛis ꝛ iniqui eripere
dignetur: ꝛ ea die cũ nocte ſequẽte in ieiu
nio ꝛ orõne perſeuerarunt. Quo audito:
vnde emoliri debuerat: inde coꝛ regis in-
duratum eſt ꝛ fugã iniit. Cui inſequens
malachias dixit. Eris cecus ꝛ nõ videbis
vt melius videas ꝛ intelligas ꝙ durum
eſt tibi ꝯtra ſtimulũ calcitrare. Sicqꝫ hu
miliat⁹ rex quicqd vir dei ſibi iniunxit ſe
dule cõplens ſanitati reddiť. Mulierem
quãdam mutã data benedictiõe dñicam
dicere orõnem iubet. Illa dixit ꝛ popul⁹
dñm benedixit. Cuiuſdã viri nobilis vx
oꝛ cũ infirmaret ad moꝛtẽ: rogatus mala
chias vt deſcenderet pꝛiuſꝗ moꝛereť in-
firmã oleo vnctur⁹ deſcẽdit ꝛ intrauit ad
eã. Quo viſo exultat illa ſpe ſalutis ani-
mata. Et cũ pararet eã vngere viſum eſt
oĩbus differẽdũ potius vſqꝫ mane. Et cũ
receſſit ep̃s ſubito clamoꝛ fact⁹ eſt ꝛ plã
ct⁹ eo ꝙ moꝛtua eſt. Audito tumultu ma
lachias accurrit ꝛ ꝯſternat⁹ ẽ aĩo ſibi im
putans ꝙ fraudata grã ſacramenti obie
rit. Et ſtans ſuper eã tota nocte in gemi-
tu ſuo ꝛ fletu laboꝛabat. Mane aũt muli
er aperiẽs oculos ſuos ſe erexit ꝛ epiſco-
pũ ſalutauit. Fuit enĩ eadẽ mulier ſpiri
tu iracundie et furoꝛis in tãtũ repleta: vt
nõ ſolum vicini ꝛ cognati fugerent ꝯſoꝛ-
tiũ eius ſed et filij ipſius vix ſuſtinerent
habitare cum ea. Clamoꝛ fuit ꝛ rancoꝛ ꝛ
tempeſtas valida vbicunqꝫ erat. Dolẽtes
filij traxerunt eam ad epiſcopum lachꝛi-
mabilem cum fletu queremoniam depo-
nentes. Vir autem ſanctus fecit eã pec-
cata ſua confiteri ꝛ iniungens penitenti
am oꝛauit ſuper eam vt deus omnipotẽs
daret ei ſpiritum manſuetudinis ꝛ in no
mine domini iheſu xp̄i ne vltra iraſcatur

iubet. Sequitur tanta mansuetudo & tā ta patiētia vt que oēs exasperare solebat nullis exasperari dampnis/cōtumelijs afflictionibus valeret. Ego aūt istud superiori miraculo censeo preferendū quia ibi exterior quidē hic vero interior reuixerat homo. Uir quidā secundū mundū honorabilis secundū deū timorat⁹ venit ad sanctum dei & cōquest⁹ est ei super sterilitate anime sue supplicās vt sibi a deo gratiā impetraret lachrimar̄. Et subridens malachias eo ꝙ gratū haberet i homine seculari desideriū spirituale: suam maxillā maxille illius quasi blandiendo coniungēs ait. Fiat tibi sicut petisti. Tātos exinde & pene cōtinuos exitus aqua cū deduxerūt oculi eius vt illud scripturē ei posse aptari videretur/fons hortorum puteus aquarū viuentium. Cū aūt sanctus dei sacramēta offerret: intuitus diaconum ingemuit & peracto officio percūctatus de conscientia sua confessus est: & non negauit illusum se per sompnū nocte ipsa. Cui penitentiam iniungens ait Nō debueras hodie ministrasse sed verecunde te subtrahere sacris & deferre tantis diuinis ministerijs vt hac humilitate purgatus dignius exinde ministrares. Alia enim vice sacrificante illo & orante hora sacrificij diacono visa est colūba intrare per fenestrā in claritate magna basilicaqꝫ cū episcopo refulget. Colūba vero aliꝗ̄diu circūuolās tādē residet super crucem ante faciem sacerdotis. Post missam diaconus a malachia conuētus sub periculo vite iubetur nullatenus secretū prodere quoad viueret ipse. Aliquando cū in ardinaca esset cum quodā episcopo suo de nocte surgens cepit memorias sanctorū qui in cimiterio sancti patricij multi sunt orando lustrare. Et ecce vnū de altaribus subito ardere conspiciunt. Et intelligens vir dei signum esse magni meriti illorū quorū sub altari corpora quiescerent currens et se medijs flāmis immergens expansis brachijs aram amplexatꝰ. Quid ibi fecerit quidue senserit nemo ꝗ sciat: sed quod amplius solito celesti igne succensus ex illo igne exierit: fratrū ꝗ cum eo erant tunc reor neminem esse qui nesciat. Arrepto tandē itinere vt mare trāsiret: vnus fratrum flebili voce et vultu ait. Heu tu abis & in quanta me quotidiana vexatione deseris nō ignoras nec fers opem misertus mei? Cui misertus episcopus impresso pectori ei⁹ signo crucis: certus inquit estote eiusmodi nil passur̄ donec redeā. Erat enim epilenticus & cadebat frequenter & ex illa die perfecte sanitati redditus gratias deo egit: In ipso nauis ascensu accedunt duo qui familiari⁹ ei adherebant petentes aliꝗ̄d ab eo. Quibus ille concessit. Et illi. Volumus inquiunt nobis promitti te in hiberniā incolumem reuerti. Tunc ille de promisso penituit: tristis tamen annuit & nauem ascendit. Cum iā fere mediū iter equoreū peregissent subito contrarius vētus nauē repellit & in terrā hibernie reducit. Descendēs de naui in quadā ecclesia pnoctauit: & diuine consilio prouidentie letus gratias egit. Et nauem intrans in scotiā prospere applicans per angliam transijt & tādem apud claram vallem deuenit. Qui a fratribus susceptus est tāꝗ̄ verus ab occidente veniens visitās nos oriens ex alto. Die aūt beati luce euangeliste missa in conuentu deuote celebrata febre correptus lecto decubuit. Et ecce fratres omnes soliciti erant circa frequens ministerium medicamenta perquirere/fomenta adhibere/sepius ad gustandum vrgere. Ad quos ile. Sine causa inquit hec: sed charitate vestri facio quicquid iniungitis. Oportet hoc anno malachiam exire de corpore. Scio eni cui credidi & certus sum non fraudabor reliquo desiderij mei qui partem iam teneo qui me sua miseri-

coꝛdia perduxit ad locū quā petij qui que
ꝗ volui non negauit. Deniꝗ inungitur
⁊ ſumpto viatico ad lectū reuertitur: Ja
cebat enim in ſolario nec ſuſtinuit ꝙ con
uentus ad ſe aſcenderet ſed ipē ad eos de
ſcendit et tamen moꝛtem in ianuis eē di-
xit. Obijt aūt quarto nonas nouembꝛis
anno dñi milleſimo centeſimo quadꝛage
ſimo octauo: etatis ſue quinquageſimo
quarto.

De ſancta Margareta regina ſcotie.

Moꝛtuo edmūdo rege ſtrenu-
iſſimo qui ab anglis ꝓpt in
ſuperabilem eiꝰ foꝛtitudinē
ferrei lateris cognomē acce-
perat: canutꝰ rex anglie con-
queſtoꝛ filios eiꝰ edmundum ⁊ edwardū
ꝓpter ſocialem cū patre eoꝛū initā cōfe
derationem pꝛe pudoꝛe ferire non valēs:
ad regem ſueuoꝛū feriendos tranſmiſit ꝗ
pietate motus eos vlterius ad regem hū
garioꝛum ſalomonem vite reſeruandos
miſit. Edmundū vero ſine liberis decedē
te: edwardus frater eius agatham impe
ratoꝛis filiam duxit ex qua ſāctā marga-
retam poſtea ſcotie reginam pꝛogenuit.
Que cum in pꝛimeua adhuc floꝛeret eta-
te vitam ſobꝛietatis ducere ac deū ſuper
omnia diligere cepit. Jn diuinarū lectio
num ſtudio ſe occupare: ⁊ ī his animū de
lectabiliter exercere. Suoꝛum tandē ma
gis ꝙ ſua voluntate immo dei oꝛdinatio
ne regi ſcotoꝛū malcolino in coniugiū co
pulatur Sed quāuis ea que mundi ſunt
agere compelleretur mundi tamē rebus
ex deſiderio inherere contempſit. Plus ei
delectabatur bono opere ꝙ̄ diuitiaꝝ poſ-
ſeſſione Omnia que decebant pꝛudentis
regine imperio agebantur eius conſilio
regni iura diſponebantur illiꝰ induſtria
religio diuina augebatur. Nihil illius fi
de firmius/vultu conſtantius/patientia
tolerabilius/conſilio grauius/ſententia
iuſtius colloquio iocundius. Jn loco vbi
nuptie eius fuerant celebꝛate in honoꝛe
ſancte trinitatis nobilē eccleſiam cōſtru-
xit quam varijs oꝛnamentis pꝛecioſis de-
coꝛauit: inter que ex ſolido et puro auro
⁊ argēto vaſa nō pauca fuiſſe noſcūt cru
cē ꝗꝗ ꝯtulit quā auro ⁊ īfulcētibꝰ gēmis
veſtiri fecerat ⁊ ī alijs ꝗbuſꝗ eccleſijs de-
uotionis ſue ſigna reliquit. Tanta ei ine
rat cū iocunditate ſeueritas cū ſeuerita-
te iocunditas vt omnes in eiꝰ obſequio il
lam timendo diligerent ⁊ diligendo time
rent ⁊ non ſolū in eius pꝛeſentia nihil exe
crandum facere ſed nec turpe verbū ꝗſꝙ
auſus fuerat pꝛoferre. Liberos ſuos cū
omni diligentia nutriri ⁊ honeſtis moꝛi-
bus inſtitui fecit ⁊ coꝛā ſe ſepiꝰ deductos
fidem xpi docuit ⁊ vt ipſum ſemper time
rent diligenter admonuit. Timete īquit
o filij dñm: quoniā non erit inopia timē-
tibus eum. Et ſi dilexeritis illum pꝛeſen
tis vite pꝛoſperitatē ⁊ cū ſanctis ſuis et-
nam reddet felicitatem. Hec matris deſi-
deria/hec crebꝛa admonitio/hec pꝛo ſua
ſobole ꝗtidie fuerat cū lachꝛimis oꝛatio:
vt ſuum creatoꝛem agnoſcerent: agnoſcē
do colerent: colendo in omnibꝰ diligerēt:
⁊ diligendo ad celeſtis regni gloꝛiam per
uenirent. Nemo illa ingenio pꝛofundioꝛ
nemo eloquio erat clarioꝛ. Regem ipſum
ad iuſticie/miſericoꝛdie elemoſinaꝝ alia
rumꝗ opera virtutum accendit ⁊ coope
rante deo obtēperatiſſimū effecit. Vidēs
autem rex in coꝛde regine xp̄m veraciter
habitare: illā quoquo modo offendere foꝛ
midans: votis eius et conſilijs in oīibꝰ
obedire ſtuduit. Que reſpuit ipſa: ⁊ ille
reſpuere ⁊ que amauerat amoꝛe illius a-
mare ſolebat: ⁊ libꝛum in quo regina oꝛa
uit: manibus contrectare ⁊ oſculo vene-
rari delectatus eſt Rege cum magno co-
mitatu pꝛocedente familiares eius quoſ
ꝗ tanta cenſura cohercuit vt nullꝰ ꝗcꝙ
rapere: nec ruſticos aut pauperes quoſli
bet oppꝛimere vel ledere auderet. Tanto

namq; ſancta regina facilius pōpā oēm mundi contempſit/peccatorum maculā euaſit: quanto tremens ⁊ pauens diſtrictum iuditij diem ante mentis oculos ſibi indeſinenter preſentabat. Crebro igitur confeſſorem ſuum rogabat vt quicq̄d in eius verbo vel facto reprehendendu3 cognoſceret: id reprehendens ſecreto illi indicare non dubitaret. Quod dū rarius ⁊ tepidius q̄ illa vellet faceret: importunam ſe illi ingeſſit: dormientem ⁊ velut ſue ſalutis negligentem illum arguebat Corripiat inquit me iuſtus in mīa ⁊ increpet me: oleum autem id eſt adulatio pctōris non inpinguat caput meū. Reprehenſionem ſui quam alius deputari poterat ad opprobriū ipſa ad virtutis appetebat profectū. Malū cū videret admonuit vt bonus fieret: bonum vt melior exiſteret.

Cum enim contra vniuerſalis eccleſie ſanctam conſuetudinem multa in gente ſcotorum illicita fieri conſpexiſſet crebra conſilia ſtatuit vt ad veritatis viam errantes chriſto donāte reduceret. In quo conflictu rex ipſe adiutor ei precipuus reſidebat: quodcunq; in hac cauſa illa iuſſiſſet: dicere paratiſſim⁹ ⁊ facē. Qui quoniam perfecte anglorū linguam eque vt propriam nouerat vigilantiſſimus ī hoc conſilio vtriuſq; partis interpres extiterat. Igitur regina prefatione premiſſa vt qui cū catholica eccleſia ī vna fide vni deo ſeruirent: ab eadē eccleſia nouis quibuſdam ⁊ peregrinis inſtitutionib⁹ diſcrepare non deberent. Primo propoſuit eos quadrageſimale ieiunium non legitime obſeruare quia hoc non cum ſancta eccleſia a feria quarta in capite ieiunij ſed ſequenti ſeptimana feria ſecunda cōſueuerant inchoare. Econtra illi. Ieiunium inquiunt quod agimus euangelica auctoritate que chriſti narrat ieiunium obſeruamus per ſex hebdomadas. Et illa. Lōge ait in hoc ab euāgelio diſcordatis. Legitur ibi enim dñm quadraginta dieb⁹ ieiunaſſe qđ manifeſtum eſt vos non facere Naʒ cū per ſex hebdomadas ſex dñici dies a ieiunio abſtrahūtur triginta tātum et ſex dies ad ieiunandū remanere noſcuntur. Nō ergo euangelica autoritate quadraginta ſed triginta ⁊ ſex dieru3 cōſtat nos obſeruare ieiuniū. Reſtat itaq; vt quatuor diebus añ quadrageſime initiū ieiunare nobiſcū incipiatis ſi dñico exemplo quadraginta dierū nūero abſtinentiā obſeruare volueritis. Alioquin contra ipſius dñi auctoritatē ⁊ toti⁹ ſctē eccleſie vos ſoli repugnabitis traditionem. Hac illi ratiōe veritatis conuicti deinceps ſecundu3 morē vniuerſalis ecclīe ſua ieiunia inchoare ceperūt Aliud propoſuit regia ⁊ iuſſit vt oñderet qua ratione die ſancto paſche ſecūdū morē ſancte ⁊ apoſtolice eccleſie ſacramenta corporis ⁊ ſanguinis xp̄i ſumē negligerēt. Reſpōdēt illi. Apl's inquiunt de hijs loquēs ait: Qui māducat ⁊ bibit indigne iuditiū ſibi māducat ⁊ bibit. Vñ q2 nos pctōres cognoſcim⁹ ne iuditiū nobis māducem⁹ et bibam⁹ ad illud miſteriū accedere formidam⁹. Quib⁹ regina: Quid igit̄ inquit. Oēs qui pctōres ſunt ſacroſctm̄ miſteriū nō guſtabunt. Nemo ergo illud ſumē debet quia nemo ſine ſorde pcti nec infans cui⁹ eſt vni⁹ diei vita ſup terram. Si aūt nemo illud pcipe debet cur dño dicente clamat euāgeliū niſi māducaueritis carnē filij hoīs ⁊ biberitis ei⁹ ſanguinē non habebitis vitā in vobis: Sed plane ſententiā quā de aplo pfertis ſcdm patrū intellectū: aliter necē eſt intelligatis. Nō ei oēs pctōres ſalutis ſacramēta indigne ſumere deputat Cū eni dixiſſet iuditiū ſibi māducat ⁊ bibit: addidit. Nō diiudicans corp⁹ dñi hoc eſt nō ſeparans illud in fide ab eſcis corporalibus iuditiū ſibi māducat ⁊ bibit. Sʒ ⁊ ille q abſq; confeſſiōe ⁊ penitentia cū ſuorū inquinamēto ſcelerū

ad ſacra miſteria accedere pꝛeſumpſerit
ille inquā iuditiū ſibi manducat ⁊ bibit.
At nos qui multis ante dieb⁹ facta pctō-
rum confeſſione penitentia caſtigamur/
ieiuuijs attenuamur elemoſinis ⁊ lachꝛi
mis a peccatoꝝ ſoꝛdibus abluimur: in
die reſurrectionis dñice ad eius menſaꝫ
in catholica fide aſcendentes carnē ⁊ ſan-
guinem agni immaculati iheſu xp̄i nō ad
iudiciū ſed ad peccatoꝝ ſumim⁹ remiſſi
onem ⁊ ad ſalutarē percipiende beatitu-
dinis eterne pꝛeparationē. Hijs ab ea per
ceptis reſpondere nil potuerunt atqꝫ ag
nita deinceps eccleſie inſtituta in miſte-
rij ſalutaris perceptione obſeruarunt.
Preterea in aliquibus locis ſcotoꝝ qui
dam fuerant qui contra toti⁹ eccleſie cō-
ſuetudinem miſſas cxcelebꝛare cōſueue-
runt. Quod regina zelo dei accēſa ita de-
ſtruere atqꝫ ānihilare ſtuduit: vt deiceps
qui tale quid pꝛeſumeret nemo ī tota ſco-
toꝛum gente appareret. Solebāt quoqꝫ
neglecta dominicoꝝ dierū reuerentia ſi
cut et alijs diebus ita in illis laboꝛib⁹ in
ſiſtere. Quod non licere: ratione pariter
⁊ auctoꝛitate oſtendebat. Dominicū in-
quit diem ꝓpter dñicam que in eo facta
eſt reſurrectionē in venerationē habem⁹
vt in eo ſeruilia opera iam non faciamus
in quo nos a ſeruitute diaboli redēptos
nouim⁹. Hoc ⁊ beat⁹ papa gregoꝛius af-
firmat dicēs. Dñico die a laboē terreno ceſ
ſandū eſt atqꝫ omnimō oꝛationib⁹ inſiſtē
dū vt ſi quid negligentie ꝑ ſex dies agit̃:
ꝑ diem reſurrectionis dñice pꝛecib⁹ expi
etur: Idē quoqꝫ pr̄ gregoꝛi⁹ quēdā ꝓpter
op⁹ terrenū qđ die dñica fecerat diſtricta
increpatiōe feriēs eos quoꝝ hoc cōſilijs
egerat duob⁹ menſib⁹ excōicatos eſſe de-
creuit. Hiis rationib⁹ regine cōtraire non
volentes ita diē dñicū deinceps obſerua
bant vt nec q̄cq̄ in eo opari auderēt. Illi
cita etiā nouercaꝝ cōiugia: ſimilit̃ ⁊ vxo
rem fratris defuncti fratrem ſuperſtitē
ducere que ibi antea fiebant nimis oſten
dit execranda ⁊ a fidelib⁹ velut ipſā moꝛ
tem deuitanda Multa quoqꝫ alia contra
moꝛem eccleſie inoleuerant que in eodꝫ
conſilio dampnans de regni finib⁹ extir-
pauit. Cū enim de ſalute aīe confeſſoꝛi
ſuo ⁊ de perennis vite loqueret̃ dulcedie
verba oīs gratie plena pꝛoferebat tan-
tumqꝫ inter loquendū cōpungebatur vt
tota in lachꝛimas reſoluenda putaretur.
In eccleſia nemo illa ſilendo q̄tioꝛ oꝛā-
do nemo aderat intentioꝛ. Nihil vnq̄ in
domo dei ſeculare loq̄ nihil terrenū age-
re: ſed tm̄ conſueuerat oꝛare oꝛans lachꝛi
mas fundere. Per nimiā vero abſtinen-
tiam grauiſſime infirmitatis moleſtiaꝫ
ĩcurrebat. Quid enī illius pectoꝛe clemē
tius: quid erga egenos benignius: Non
ſolum ſua ſed etiā ſeipam ſi liceret pau-
perib⁹ libenter impendiſſet: omibus ſuis
pauperib⁹ erat ip̄a pauperioꝛ. Illi enim
non habētes habere cupiebant: illa vero
que habebat diſpergebat. Cū aūt in pub
licū pꝛocederet miſeroꝝ/oꝛphanoꝝ/vi-
duarū greges quaſi ad matrem piiſſimā
confluxerūt: quoꝝ nulli ab ea ſine cōſo-
latione abceſſerūt Interdū quicq̄d eēt re
gis ꝓpꝛiū egenis erogādū tulit quā rex
pietatis rapinā omnino acceptā ſemꝑ et
gratā habuit et ſe neſcire ſimulauit. Nō
ſolum egenis indigenis verū etiā de omi
bus pene nationib⁹ ſuam munificentiaꝫ
exhibebat innumerabiles captiuos dato
pꝛecio libertati reſtituit quos de gēte an-
gloꝝ violentia hoſtilis ſcotoꝝ in ſeruos
redegerat. Occultos exploꝛatoꝛes ꝑ pꝛo
uincias miſit vt qui durioꝛi pꝛemerētur
ſeruitute ⁊ inhumane tractarentur ei⁹ li-
beralitate redimi poſſent. Heremitas ⁊ ſe
ꝑatis cellis vbiqꝫ incluſos xp̄o ſeruiētes
venerari/diligere/ſuo aduētu ⁊ alloquio
crebꝛius viſitare conſueuit ⁊ illoꝝ pꝛeci
b⁹ ſe ꝯmēdauit ⁊ q̄cq̄d petebāt deuota iple
uit. Cū ꝑncipio noctis paululū q̄euiſſet

eccleſiam ingreſſa matutinas de trinita-
te deinde de ſancta cruce poſtmodū de ſā
cta maria ſola cōpleuit. Hijs finitis offici
um mortuorū incepit ⁊ poſt pſalteriū in-
choauit ⁊ ad finē perduxit. Dū preſbiteri
hora cōgrua horas canonicas celebrarēt
ipa pſalteriū vel inceptū finiuit: vel vno
finito alterū incepit. Finitis enim horis
in cameram rediēs ſex pauperꝝ pedes la
uit ⁊ pecuniā illis dari iuſſit: ⁊ tūc parū
ſe quieti ac ſopori dedit. Mane facto ſurgēs
regina infantulos nouē orphanos oī au-
xilio deſtitutos prima diei hora ad ſe itro
ductos cibis mollioribꝰ flexis genibꝰ re-
fecit ⁊ cibos in ora eorū immiſit. Int̄ hec
trecentos pauperes in aulam conſuetu-
do erat itroduci a clauſis oſtijs rex ex vna
regina ex altera parte xp̄o in paupibꝰ ſer
uierunt: ⁊ cibos ſpecialit̄ p̄paratos obtu
lerunt. Quo facto regina eccleſiam itra-
uit ⁊ prolixis precibus et lachrimarū ge-
mitibus ſeipam deo ſacrificiū imolauit:
⁊ an maiorē miſſā quinq; vel ſex priuatim
miſſas audiuit. An refectionē vigitiqua-
tuor pauꝑes humiliter miniſtrando refe
cit. Comedebat enī vt tm̄ vitā ſeruaret:
nō vt delectatiōi acquieſceret. Refectio eiꝰ
tenuis ⁊ ſobria incitabat eſuriē magis q̄
reſtringebat: guſtare cibū videbat̄ nō ſu
mere. Quadragita ante paſcha ⁊ natale
dn̄i diebꝰ incredibili abſtinētia ſe afflixit
Propter nimiū igitur ieiunij rigorē acer
rimū vſq; ad finē vite ſue paſſa eſt. ſtoma
chi dolorē infirmitas tamē corporis vir-
tutē operis debilitare nō potuit. In ſacra
lectiōe erat ſtudēs/ orōnibus perſiſtens/
elemoſinis indeficiens in oībꝰ proſꝰ que
dei erāt ſe vigilant̄ exercens. Liber qui
dā euāgeliorū gēmis et auro ornatꝰ i quo
ſtudere ⁊ legere ſolebat: cuſtodis negligē
tia in aquā cecidit et p diē ⁊ noctē ſine ali-
qua leſione ⁊ moleſtia vel dāpna permā-
ſit. Vocato demū cōfeſſore ſuo turgoto:
ſcđo priore dunelmie vitam ſuam repli-
care cepit: ⁊ ad ſingula verba lachrimarꝝ
fluuios effudit. Tāta inter eiꝰ vba erat
cōpunctio ⁊ fletꝰ ꝓfuſio vt nihil procul-
dubio eſſ; qđ a xp̄o tūc ipetrare nō poſſet
Cūq; de neceſſarijs ſermonē finiſſet: ita
loq̄ cepit. Vale inq̄t ego poſt hec i hac vi-
ta diu nō ſubſiſtā: tu vo poſt me ꝑuo tē-
pore viues. Duo ſunt q̄ a te poſtulo vnū
vt q̄diu vixeris aīe mee in miſſis ⁊ orati-
onibꝰ tuis memineris. Aliud vt filiorū
meorꝝ ac filiarꝝ mearū curā habeas amo
rem impēdas/ deū precipue timere doce-
as ⁊ cū in culmē terrene dignitatis queli
bet eis exaltari videris illiꝰ maxie pater
ſimul et magiſter accedas admonendo ⁊
cū res exegerit arguendo ne ꝓpter mūdi
proſperitatē eterne vite felicitatē negli-
gat. Per dimidium poſt hec annum in-
graueſcente morbi moleſtia raro de lectō
ſurgere valuit: et quarto ante abitum ſu
um die cū rex malcolinus in expeditione
eſſet triſtior ſolito effecta eſt ⁊ aſſidentibꝰ
ait. Forte hodie tantum mali regnū ſco-
torum accidit quantum multis retro tē-
poribus non prouenit. Poſt aliquot dies
nunciorū relatiōe eodem die quo regina
dixerat regē cum filio edwardo fuiſſe oc
ciſum cognouerunt Quē ipſa quaſi futu
rorū preſcia multū ꝓhibuerat ne quoq̄
tunc cum exercitu progrederetur. Quar
to poſt mortem regis die pauliſꝑ leuiga
ta infirmitate miſſas auditura oratoriū
intrauit ⁊ exitum ſuum dn̄ici corporis ⁊
ſanguinis viatico premuniuit. Et confe-
ſtim prioribus aggrauata doloribꝰ lecto
proſtrata: ad exitum creſcēte moleſtia ve
hemētius vrgetur. Crucem ſcotie nigrā
quam ſemper in magna veneratione ha-
buit amplecti/ deoſculari/ oculos faciem
q; illa ſignare crebrius curauit. Rediens
interea de exercitu filius ſuus edgarus
cubiculū regine intrauit quem illa de pa
tre ⁊ fratre interrogat: ſed ille quod ve-
rum erat dicere noluit: ne audita morte

illoꝝ: continuo et ipſa moꝛi contingeret. Reſpondit eos bñ valere. At illa grauit ſuſpirans: ſcio inquit fili ſcio ⁊ adiurauit eũ vt veritatem rei non celaret. Jlle vero coact⁹ ſicut erãt geſta expoſuit Quib⁹ auditis nõ peccauit labijs ſuis neqꝫ ſtultum q̃d contra deũ locuta eſt ſed man⁹ ad celum eleuãs in laudem ⁊ gratiarũ actionem pꝛoꝛupit dicẽs. Laudes ⁊ gratias tibi omnipotẽs de⁹ refero: qui me tantas in meo exitu anguſtias tolerare haſqꝫ tolerantẽ ab aliquibus peccati maculis (vt ſpero) mundare voluiſti. Sentiẽs aũt regina moꝛtẽ adeſſe hãc oꝛationẽ dicẽ cepit Dñe iheſu xp̃e qui ex voluntate pr̃is cooperante ſpũ ſancto per moꝛtem tuã mundũ viuificaſti libera me. Cũ diceret libera me: liberata a vinculis coꝛpoꝛis aĩa ad vere libertatis quẽ ſemper dilexerat auctoꝛeꝫ xp̃m migrauit: felicitatis eoꝝ particeps effecta: quoꝝ virtutis ſequuta eſt exempla. Faciem aũt ei⁹ que tota in moꝛte pallueerat: ita poſt moꝛtẽ ruboꝛ cũ candoꝛe permixtus perfudit: vt non moꝛtua ſed viuens aut doꝛmiẽs credi potuiſſet. Obijt eni quarto idus Junij ⁊ in eccleſia ſancte trinitatis quã ipſa cõſtruxerat cõtra altare ſepelitur. Cũ aũt dauid filius ſctẽ margarete in curia regis anglie henrici pꝛimi moꝛaretur nocte quadã a ſoꝛore ſua matilde regia q̃ matris veſtigia puro coꝛde ſequebaẗ: vocat⁹ ad thalamũ ei⁹ acceſſit. Et ecce dom⁹ plena lepꝛoſis ⁊ regina in medio ſtãs depoſito pallio litheo ſe pꝛecixit: ⁊ poſita i pelui aqua pedes eorũ lauare/extergere exterſos vtriſqꝫ manib⁹ ꝯſtrigere ⁊ deuotiſſie oſculari cepit. Cui ille. Quid agis inq̃t dña mea? Certe ſi rex ſciret iſta nũq̃ os tuũ lepꝛoſoꝝ pedũ tabe pollutũ dignabiẗ tãgere labijs ſuis. Cui illa ſubꝛidẽs ait. Pedes regis eterni q̃s neſciat labijs regis moꝛituri eẽ pꝛeferendos. Ego certe iccirco vocaui te fraẗ chariſſie vt meo exẽplo talia opari diſcas Sũpta ꝓinde pelui: fac q̃d me facẽ intueris. Jp̃e v'o culpa ſua ſubꝛidẽs: ad ſocios remeauit.

¶ De ſancta maxẽtia virgine ⁊ martire

Wenna literis ſacris intẽdere/vanitates ſeculi contẽpnere monita ſancti patricij aſſidua meditatione reuoluere coꝛ quoqꝫ ſuum ⁊ actus ſuos oĩni cuſtodia obſeruare/oꝛationi cũ lachꝛimis et ſuſpirijs frequenter incumbere/coꝛpus ieiunijs attenuare/vigilijs affligere tota aĩa tota virtute deũ diligere/amoꝛi xp̄i nihil pꝛeponere/terrena oĩa vt caduca pura mẽte calcare/ad bꝛauiũ celeſtis regni totis niſibus anelare/penas inferni hoꝛroꝛe nimio expaueſcere/ad pꝛemia vite eterne infatigabi deſiderio ſuſpirare. In tm̄ eñi in ea cõualuit ſuperna gratia vt frat ei⁹ ronanus exemplũ eius imitatus ſeculuꝫ oĩe relinqueret ⁊ in xp̄i miliciã ſibi aſſociatus poſtea religioſus ep̄us factus eſt. Pater quoqꝫ a criminib⁹ ſe compeſcuit ⁊ mater per annos quindecim ſumme religioni dedita: finẽ vite ſue in ſctã cõuerſatione cõſummauit. Poſt hec virgo chꝛiſti parentib⁹ oꝛbata ad altioꝛa trãſcendere concupiſcens audita fama cuiuſdã ſãcti ep̄i noĩe hibar qui in ĩſulis occeani cũ diſcipulis ſuis vitam artiſſimã ducebat ad eũ q̄tocius cũ paucis pꝛoperauit. Et conſiderans laboꝛẽ manuũ eius abſtinẽtie rigoꝛẽ affabilitatis iocũditatẽ vite meritũ virtutũqꝫ miracula ab eo benigne inſtructa regreditur. Cõſtructo in quodã monte cenobio a thea et ronano frẽ ſuo habitauit: ſolis crudis ſepe ſuſtẽtata radicib⁹/oꝛonibus aſſiduis vacabat/nemini oneroſa exiſtens/nullius elemoſinam petens/de operib⁹ manuũ ſuarũ ſibi ſuiſqꝫ victũ querẽs/virilem animũ in ſexu feminco pꝛeferebat. Pꝛoſcidebat terram ligone/pꝛopꝛia manu ſemen iactabat raſtris illud operiẽs ⁊ ſarculo agrũ purgãs Cõfluebãt ad eã matrone nobiles regine quoqꝫ ⁊ virgines verbũ dei ab ea audiẽtes. Et adiuncte ſunt ei virgines octo inter quas fuerũt ſancta bꝛigida et oꝛbila. Cũ hijs erat et vna vidua habens infãtulum noĩe luger: quẽ cernẽs bone indolis adoptauit eum in filium ⁊ ſummo ſtudio enutriens fide ⁊ moꝛib⁹ reddidit eruditũ Iſte luger die quadã vaccã cũ vitulo cuſtodiuit: quẽ veniens lupus ſubito rapuit ⁊ coꝛã oculis ſuis deuoꝛauit. Qđ cũ domine ſue nunciaſſet: illa ait. Accipe baculum meũ fili mi et vade ad eũ et dic ei vt veniat ad me. Qui lupũ adhuc cũ vitulo inueniens tetigit eũ baculo dicens. Dña mea pꝛecepit vt venias ad eam. Qui ſtatim conſurgẽs in modũ domeſtici canis ſequebatur eũ ⁊ pꝛoſtrat⁹ ante pedes virginis omni feritate depoſita quaſi culpe conſcius et penitẽs veniã poſtulauit. Ad quẽ illa ait. Quare deuoꝛaſti vitulũ nr̃ꝫ? Ecce pꝛecipio tibi in noĩe iheſu xp̄i vt ad vaccã cuius vitulũ deuoꝛaſti pergas ⁊ illam a beſtijs cuſtodias ducẽs ad paſcua ⁊ reducens de ſilueſtrib⁹ viue: quicq̄ domeſticũ non comedas: nec amplius cuiq̄ homini dãpnum facias. Lupus mandatis ei⁹ obediens contra naturam domeſticus factus cuſtodiebat cũ diligentia vaccam ſicut paſtoꝛ: ⁊ illa lingebat eũ ⁊ amabat quaſi vitulum ſuũ. Ex illo lupi ꝓpagati vſqꝫ in pꝛeſentẽ diẽ per tria miliaria eccłie pecoꝛa cuſtodiunt. Sunt eñi minores ceteris ⁊ albas in frontibus notas habent nulla domeſtica ledentes: ſed de ſilueſtribus victum queritãtes. Hijs ⁊ alijs miraculis luger confoꝛtatus ⁊ ſacerdos effectus tandem ad epiſcopatũ ſublimatus multos ab infidelitate reuocans ĩ vera fide et ſanctis operibus confirmauit. Cũ autem latrones duas vaccas ſancte virginis rapientes fluuiũ quẽdam tranſire vellẽt inuenerũt aquas ita feruidas vt eoꝛũ veſtigia caloꝛem fluminis nullo modo tolerare poſſẽt. Stupefacti fures poſt magnos laboꝛes cũ ſe a monaſterio elongare putarent diluculo pꝛope eccleſiam virginis ſe videntes ad pedes ei⁹ pꝛoſtrati culpam confitentes veniã ꝯſequu

ti ſunt. Erant aūt in monaſterio virgi-
nis ſancte centū quinquaginta virgines
cōgregate oēs opere manuū victū ⁊ veſti
tum ſibi querentes: in magna ſanctitate
vitam ſuam tranſigebant. Virgo tandē
ſancta preficiens illis orbilam in abbatiſ
ſam ⁊ matrē ad alium locū tranſire diſpo
nebat. Ad quā illa ait. Quomodo poſſum
obtemperare iuſſis tuis o dn̄a cū ſum iu-
uencula ⁊ timeā etati mee ne ſi forte abſ-
q; te remanſero iuuenes ꝓpter decorem
corporis et ſpeciem capillorū conētur me
furari deo ⁊ abſtrahere a propoſito ſctita
tis? Parce mihi dn̄a parce ne derelinquas
me. Cui illa reſpondit. Confortare filia ⁊
age viriliter et fiduciam habe qm̄ de⁹ ad
iuuabit te. Et vt cognoſcas ꝙ ipſe te elege
rit ⁊ iuxta preceptū ei⁹ fecerim oīa hec iā
videbis in te mirabilia ei⁹. Tūc aſſumēs
zonā propriam circumcinxit de ea orbilā
⁊ ſignum crucis ſuper illam faciēs inſuf
flauit ei ſtatimq; factū eſt caput ei⁹ albū
decora canicie ⁊ facies eius mutata ī alia
effigie quaſi eſſet ſeuere etatis ⁊ venera
bilis ſenectutis. Et dixit ad illā. Ecce mu
tato corpore mutaberis etiā et noīe ⁊ vo-
caberis ſeruila ꝓ orbila vt cognoſcas q;
dn̄s nō te ad dn̄andū pfecerat ſ; ad ſeruiē
dū. Vidēs aūt orbila q̄ ⁊ ſeruila circa ſe tā
ta fieri mirabilia ī aliquo heſitare nec cō-
tradicere audens cūcta ſibi imperata de-
uote ſuſcipiens cunctis affabilis om̄ib⁹
proficiens ⁊ bona exempla oſtendens vſ-
q; ad vltimā ſenectutem virtutibus or-
nata iniūctū ſibi officiū deuote conſum-
mauit. Aſſumptis aūt quadragita vir
ginibus in mōte quodā cenobiū conſtru-
xit: ⁊ a cellis que conſtruebantur in cliuo
montis celliſcliuiū appellauit. In illo ci
loco ſancte virgines crudas herbas arbo
rum cortices/ herbarū radices comeden
tes in magna abſtinētia aſſiduis oratio-
nibus ⁊ vigilijs humili ſpiritu deo ſerui
ebant. Subulcus quidam regis vbiq; p
ſolitudinē greges ſuos querens et nō in-
ueniens tedio affect⁹ auxiliū virginis de
ſperans implorauit. Cui illa ait. Vade ſe
cure ⁊ oīa que perdidiſti a feris intacta
reperies a deo cuſtodita. Pergēs ille ⁊ cū
cta vt dixerat reperiens elegit porcū op-
timū ⁊ in fruſtra diſcerptū actur⁹ grati-
as detulit ad virginem. Que hoc recipe-
re noluit ſed dixit nō licere ſororib⁹ edere
de huiuſmodi cibo q; ſeculares mores ꝓ
amore diuino deſeruerant ⁊ alios mores
habētes in cibis et potib⁹ ⁊ in cūctis cete
ris rebus feſtinare ad altiora cupiebant.
Cūq; ille ꝓ occiſione porci ⁊ q; virgo mu
nus ſuū nō acceptauerat triſtaretur fe-
cit eū vocari ad ſe ſingula mēbra porci or
dinatim per propria loca cōpoſuit: ⁊ fctā
orōne atq; ſigno crucis edito viro deſola
to miranda virtute animal mortuū viuū
reſtituit et ait. Accipe porcū tuum ⁊ eſto
fidelis vſq; ad mortē ſperans in dn̄o ⁊ fa-
ciens bonitatē ⁊ amodo familiare ei fidu
cialius q̄ poteſt facere mirabilia magna
ſolus. Miſit aūt ſanctus patricius octo
preſbiteros ad viſitandū et conſolandū
ſanctā modwēnā vt reuerſi quid ageret
qualiterq; ſe haberet ſibi denunciarent.
Qui per ſolitudinē pergentes a quinqua
ginta latronibus raptis om̄ib⁹ que ſecū
portabant crudeli morte perempti ſunt.
Erat aūt glunelach princeps eoꝝ qui per
loca ſiluarū vagantes latrocinia exerce-
bant/ multa ſcelera perpetrabāt/ nullam
hominū pietatem habebant: ſed quotiēſ-
cūq; reperire poterant depredatis eorum
omnib⁹ abſq; nulla miſeratione eos tru
cidabant. Qd̄ cū modwenna cognouiſſet
martirio quidē eorū congaudebat: eoq;
mortis compendio ad gaudia trāſierant
eterna ſed cōpatiebatur corporib⁹ inſe-
pultis qui beſtijs deuoranda proiecta ma
nebant maiorē ſuper om̄ia habēs dolorē
ſuper ſceleratis hominibus qui tormēta
ſibi preparata nec credebant nec metue-

bant. Orauit aũt intenta prece ad dominũ quatin⁹ a predonib⁹ pacẽ acquirere ⁊ corpora martirũ illeſa ſepelire poſſet. Et ecce aſtitit ei angelus dñi dicẽs. Uade cũ ſororib⁹ tuis ſanctorũ corpora querẽ habẽs fiduciã ⁊ nihil heſitans q2 dñs adiuuabit te. Aſſũptis aũt ſecũ quadraginta nouẽ virginibus venit ad locũ vbi corpora mortua iacebãt. Et ecce glunelach latro cũ ſuis quadraginta nouẽ illis occurrens veſano amore capt⁹ ad rapiendum eas properabat. Qđ videns modwenna ſorores trepidantes nihil heſitans cõſolata eſt dicẽs. Nolite expaueſcere ſed orate dñm puro corde ⁊ iam videbitis mirabilia eius. Cũq3 illi appropinquarẽt ⁊ nihil amplius reſtaret niſi vt quiſq3 ſuam raperet: ecce ſopor dñi ſtatiʒ irruit ſuper eos ⁊ corruentes proni in terram obdormierunt ⁊ a prima hora diei quinte ferie vſq3 ad nonã ſeptime nec ſe mouẽtes nec reſpirantes quaſi penitus mortui iacuerunt. Apparuit aũt angelus dñi magna claritate reſplendens: et ait modwenne. Conſtans eſto et age fiducialiter ⁊ venite mecũ tu ⁊ glunelach aſſumã eñi vos ⁊ oſtendã vobis archana dei ⁊ horrenda et deſideranda. Ad hãc vocẽ ambo rapti de corpore ſequuti ſunt angelũ dei. Qui demonſtrauit eis penas iferni ⁊ horribiles cruciat⁹: deinde quaſi ſedes amenas atq3 florigeras in paradiſo ⁊ ſcđm meritorum qualitatem manſiones diuerſas ſpecioſas valde et delectabiles. Cũq3 vidiſſʒ glunelach iter ceteras vnã ſpecioſiſſimã ⁊ ceteras decore et pulchritudine precellẽtem ⁊ inenarrabiliter ei placuiſſet: rogauit modwennã vt interrogaret cui⁹ eſſet illa manſio. Et ait illa ad angelum. Dñe mi cuius eſt manſio hec? Angelus reſpõdit. Iſta manſio preparata eſt cuidã religioſo pontifici cheuin noĩe qui ſeptem annos viuens ſatis diſtricte iam tranſegit in herimo et tale habitaculũ eternaliter meruit poſſidere in celo. Hijs viſis ad corpus vterq3 regreditur ⁊ modwenna ceteros adhuc dormiẽtes excitauit dicẽs In noĩe ſancte trinitatis ſurgite. Tũc oĩes expergefacti ſederũt ſuper faciem terre: tanq3 obliti vbi eſſent aut vnde veniſſent nondũ eñi attoniti ſe valebant conſiderare. Tũc glunelach ad ſe reuerſ⁹ ad pedes ſancte virginis proſtratus corruit ⁊ veniam ac miam humiliter poſtulauit dicẽs: Dña mea ſanctiſſima conſule ſeruo tuo auxiliare miſero fac me participẽ dei tui ne incurram penas inferni quas vidi impetra mihi apud ipſum quatinus talem in celo merear habere mãſionem qualis tibi monſtrata eſt eſſe cuidam cheuin põtifici in paradiſo. Cui illa. Si potes credere oĩa poſſibilia ſunt credenti. Ille vero cũ lachrimis dixit. Credã dña quecunq3 docueris ⁊ faciam quecũq3 preceperis Uidens aũt hoc alphin filius ſororis glunelach et ad ſe reuerſus pedibus virgis proſtratus dixit: Dña mea ſicut videro auunculum meũ iuxta conſiliũ tuũ agere ita ego paratus ſum tibi per oĩa abſq3 contradictione fidelit obedire. Ceteri eñi arti magice cũcta aſcribentes pauore exterriti ad longinquas regiones diſceſſerunt nec vlteri⁹ in partibus illis cuiq3 nocere preſumpſerunt. Modwenna vo corpora ſanctorũ ĩ monaſterio ſuo ſepeliuit ⁊ glunelach et alphĩ inſtructos in fide baptiʒare fecit ⁊ literis imbuẽdos tradidit Qui ĩ timore dei pficientes ⁊ epĩ facti dies ſuos in ſancta conuerſatione feliciter conſummarũt. Hijs ita geſtis hoſtis antiquus oĩb⁹ bonis inuidens non ceſſat machinari dolos quibus decipere valeat xpianos. Hic acceſſit ad chenin epiſcopũ: ſimilitudinẽ aſſumens clerici: et velut ei ꝯpatiens atq3 querimoniam faciẽs miſerationẽ de illo ſe habere ſimulans aures eius extrinſec⁹ verbis fictis deliniẽs cor illius temptans intrinſecus ⁊ veneno ini

quitatis inficiendo corrūpens ait illi qua
ſi dolēs pro eo. Quid hic agis chevin pō-
tifex & fortiſſime heremita? Cur pdis iu-
uentutem tuā in hac vaſtiſſima ſolitudi-
ne? Quid profecerunt tibi ſeptem āni q̄s
iam tranſegiſti: diſtricte viuēs in iſta he
remo in quibus maceraſti corp⁹ tuū ieiu
nijs/animam afflixiſti vigilijs/ cor tuū
cruciaſti iugiter gemitibus atq; ſuſpiri-
is? Quid valuerunt tibi vrtice et malue
& olera que in cibū accepiſti: crude herbe/
fruct⁹ ſiluarū/arborū cortices et radices
Ubi ſunt lectiones tue in quib⁹ frequen
ter pnoctabas/cōpunctiones intime ora
tiones aſſidue. Ubi ſunt labores manuū
quib⁹ diu fruſtra deſudaſti vbi ſuffuſio-
nes lachrimarū vbi deſideria eternorū?
Ecce oīa abſtulit tibi modwēna & pro-
miſit glunelach latroni peſſimo pactū fir
mum cū eo faciens ſe daturam ei locū tu-
um & manſionem quā tua merita prepa-
rauerāt tibi in celo. Aut ſi eſtimas me fal
ſa dicere mitte mecū quoſcūq; placuerit
ad ei⁹ monaſterium & ibi glunelach & al-
phin literas diſcentes & cum virginib⁹ co
habitantes poterunt abſq; dubio reperi-
re. Uide ergo q̄ incaſſum laboraſti cū iſti
duo latrones peſſimi pcedant te in regno
dei. Recogita itaq; de te miſer & tandē ali
quādo reſpice miſerans temetipm: quia
multo melius fuerat ſaltē temporalē ha-
bere leticiā quam ſemper ī anguſtijs exi
ſtentem amittere vtrāq; ſimul & tranſi-
toriam & eternam. Hijs auditis epm gra
uis temptatio inuaſit et mittens ad mo-
naſteriū & vera oīa cognoſcens iracun
dia magna cōmotus & ſeipm capere non
valens diabolico exagitat⁹ furore vitam
preteritā & labores obliuiſcens de pio cru
delis/tirann⁹ de preſule/de defenſore de-
ſertor efficitur: ſumit arma ſocios iniqui
tatis agregat vltionem deſiderās. Mod-
wennā eni cū ſuis oīb⁹ furtim incēde-
re & monaſteriū eius q̄citius poterit ra-
dicitus extirpare proponit. Et ecce ange
lus dn̄i apparuit modwēne oranti dicēs
Surge velociter et feſtina & ſta in occur
ſum chevin: q2 diabolus temptat cū & ve
nit perdere te pro glunelach & alphin & ec
cleſiam tuam delere. Sed vade q2 domi-
nus tecum eſt qui docebit te qualiter teip
ſam ab illo cuſtodias & ipm ab inimico q̄
eum fefellit eripias Aſſūptis aūt ſecū ali
quibus uirginibus perrexit ad locū quē-
dam & proſpiciens a longe epm venientē
cū clericis ſatellitibus ſimiliter arma fe-
rentibus proſtrata in terram deū cum la
chrimis exorauit. Surgenti aūt a terra
apparuit diabolus: cū iam eps acceſſiſſet
propinquius & conſpexit velut ethiopem
nigrū puerulū ad ſiniſtrū pedem illi⁹ pē
dētem/ad ſiniſtrā ei⁹ aurem mala ſuſur-
rātem & in corde eius iniqua cōſilia ſemi
nantē. Tunc illa cōſtant ſignū crucis in
fronte faciēs perrexit obuiā illi & cū ma-
gna fiducia dixit. Jn noīe dn̄i nr̄i ihu xpi
ſta ibi chevin et expecta pauliſp: eſto qui
etus & ne mouearis aduerſum me donec
loquar tecū & audias ſermonē dn̄i de ore
meo. Ad hanc vocē ſtupefacti oēs & vehe
mēter exterriti manifeſta dei virtute at-
toniti ꝯſtiterūt. Loquuta eſt aūt ad epm
modwenna dicēs. Eya frater quare tā ſu
bito pmiſiſti ſathanā ſine obſtaculo itro
ire ad cor tuū & malas cogitationes ītro
ducere vt relinquere te faceret ſacrā ſoli
tudinē heremi & habitaculū ſctm̄ tuum?
Cur tā improuid⁹ emulat⁹ es glunelach
& alphin emulatione diabolica: & putaſti
deū eſſe aut impotentē aut iniuſtū quaſi
qui vel nolit vel nequeat cōpenſare meri
ta ſingulorum & retribuere vnicuiq; ſe-
cundū opa ſua? Cur tā facile ſufflāte vē
to excuſſ⁹ es a facie terre tanq̄ puluis le-
uiſſim⁹ & nullam prorſus ſoliditatem cō
ſtantie reperire in te potuit temptatoris
fallacis inimica perſuaſio? Nōne magis
ꝯgaudere te oportuerat: quia fratres tui

moꝛtui fuerant et reuixerunt: perierant
⁊ inuenti ſunt. Nūquid nō xp̄s pꝛo impi
is moꝛtuus eſt: quia moꝛte ſua iuſtificat
impiū et ſaluat. Quare ergo doluiſti tā
ſtolide ab erroꝛe gentiliū impios conuer
ſos ad fidē qui mēbꝛa xp̄i effecti per dei
gratiam a vinculo eterne dampnationis
liberati ſūt. Nūquid nō charitas que ſua
ſunt non querit: ſed potius que ſunt alte
rius ⁊ ob hoc etiā ſi neceſſe fuiſſet te cede
re de loco pꝛopꝛio pꝛopter fratrem: dubi
tare debueras/merita tua perdere quaſi
xp̄s tibi non valeret ſi vellet multo meli
oꝛa p̄parare. Signa itaqꝫ coꝛ tuū frater
⁊ agens penitentiam reſipiſce: ⁊ deꝰ oīm
qui te adhuc ſeruauit ne opere perpetra
res malum: ipſe ſua pietate iamnūc tibi
aperiat oculos vt videas ⁊ caueas inimi
cum qui te decepit ſua fallatia huc attra
xit: ⁊ te ſummo ſtudio a ſancto pꝛopoſito
conatur euellere vt poſtmodū valeat de
tua ſocietate in ſua dampnatione gaude
re. Hec cum illa dixiſſet reuelauit dn̄s ocu
los ⁊ intellectū cheuin epi ⁊ ꝯſpexit mani
feſte diabolum in ſpecie ethiopis ⁊ quaſi
nigrū puerulū herentē ad ſiniſtrū pedē
ſuum. Quē attendens vehemēter abhoꝛ
ruit ⁊ modwennā vt illum pꝛecibus ſuis
a ſe expelleret ſupplicit̄ cū lachꝛimis po
ſtulauit. Quod cū illa feciſſet pꝛotinꝰ ar
ma pꝛoijciunt ⁊ ad terrā ſe coꝛam virgine
pꝛoſternunt/pectoꝛa percutiūt: ſupplici
pꝛece om̄es veniam poſtulantes. Tūc il
la gaudens ⁊ gratias agens duxit eos ad
monaſteriū ſuū. Et volēs confirmare epi
ſcopū ne amplius temptationi inimici ce
deret ſed cōfidentioꝛ perſeueraret accipi
ens baculū ſuū duxit eū ad radicem mon
tis ꝓpe monaſteriū vbi erat fons frigidꝰ
in quo ipa in hyeme ſolita fuerat noctibꝰ
vſqꝫ ad ſcapulas dimerſa totū ex integro
pſalteriū frequentiꝰ decantare. Quē ba
culo ſignū crucis impꝛimens coꝛā ep̄o te
tigit ⁊ dixit. In noīe dn̄i nr̄i iheſu xp̄i ſe
quere me vt annūcietur laus dei in celo ⁊
in terra. Et traxit poſt ſe baculū ſuū iter
aquis oſtendēs vſqꝫ ad ſuperciliū mōtis
Aque vero cōtra naturā in ſuperioꝛa eni
tentes baculum ſequebantur. Erat autē
in collis cacumine rupis cauata quaſi ab
angelis pꝛeparata: in quam aque baculo
pꝛeeunte ſe infuderūt. Que cōtinuo itro
ducte moderate efficiunt̄ calide veluti fu
iſſent humano ſtudio ad balneū pꝛepara
te. In hoc balneo fecit modwenna p ſpm̄
edocta intrare ep̄m dicens ad eū. Sicut
in hoc balneo lauaris extrinſecꝰ a ſoꝛdibꝰ
coꝛpoꝛis: ſic te deus omnipotēs emūdet
intrinſecus a maculis coꝛdis. Quo facto
cheuin ep̄s cū ſodalibꝰ ſuis accepta a vir
gine licentia reuerſi ſunt in ſolitudinem
caſtigati/emēdati: ⁊ mirabilibꝰ magnis
que viderant confirmati omnibꝰ diebus
vite ſue exempla ac merita ſancte virgi
nis cōtemplātes anachoꝛitice vite ⁊ ſctis
operibꝰ iugiter inſudarūt. Ipe vero ep̄s
modwennā ſepe recogitans ſemetipſum
coꝛam oculis ſuis deſpiciēs vitam ſuam
pꝛeteritā quaſi parū adhuc pꝛofeciſſet vi
lipendēs ⁊ mala que fecerat plangēs ad
melioꝛa pꝛoficere ⁊ culmen virtutū aſcē
dere ſummo deſiderio affectabat. Et vſqꝫ
ad obitū vitā ducēs perfectiſſimā xp̄o ve
ro deo inceſſanter placere ſtuduit: ⁊ triū
phato diabolo dies ſuos in bono fine ⁊ ſū
ma deuotione cōpleuit. Balneū vero illō
⁊ aque calide in petra duriſſima vſqꝫ ho
die perſeuerāt: ⁊ ſe balneantes inuocato
noīe dn̄i meritis ſctē virginis coꝛpoꝛis ⁊
aīe ſanitatē repoꝛtāt. Sctā enī virgo xp̄i
plurima ī hibernia cōſtruxit monaſteria
vnde quidā maligni inuidia tabeſcentes
eiꝰ opera deridebant. Et arripiētes pau
perculam quādam mulierē et ſaxū gran
de ſuper doꝛſum eiꝰ imponētes iurare co
egerunt vt illō ex parte ſua virgini mod
wenne loco muneris tranſpoꝛtaret. Quo
facto lapis duriſſimꝰ cōfeſtim coꝛā oībus

in maſſam ſalis cōmutatur vt qđ fecerāt impij ad ludibꝛiū illud deꝰ oīpotēs ad laudem noīs ſui ⁊ virginis gloꝛiā in miraculum conuertit. Accidit eni vt dū animalia monaſterij paſcerent in agro: lupi de nemoꝛibus exeuntes cū impetu vitulū raperent de armentis ⁊ abſtractū ad ſiluas depoꝛtarēt. Quo cognito placido vultu ac ſereno virgo ſctā reſpondit. Potēs eſt deus noſter etiam nūc vitulum noſtrū eruere de dentibꝰ lupoꝝ qui quondā in lacu danielem eripuit de oꝛe leonum. Expectate modo inquit vſqꝫ cras ⁊ dn̄s eū nobis foꝛtaſſe intactū reſtituet vt cū viderimus potentiam eiꝰ in minimis maioꝛē in illo habere fiduciā erudiamur in magnis. Et ecce die craſtina lupi qui vitulū rapuerant redeūtes de ſiluis ipm̄ cūctis videntibꝰ ad agrū reduxerūt ⁊ velut bene cuſtoditū ad paſcua ⁊ illeſum reſtituerunt. Cū ſoꝛoꝝ quedam virginis ſancte cuidam ancille dei victualia deferēs a latronibꝰ ſpoliata rediret: modwēna dixit Noli timere: latrones cibos pauperū nō comedent: ſed cuncta nobis poſt diē tertium deo ꝓpitio integre conſeruata reſtituent. Et ecce fures tribus diebꝰ dei percuſſi iuditio per deuia oberrātes vbi erāt penitus ignoꝛabāt. Reatū tandem ſuum agnoſcentes: genibꝰ ad terrā inclinatis exclamabāt. Modwēna ancilla xp̄i ſi vera ſunt que de te audiuimꝰ ſuccurre ī periculo cōſtitutis ⁊ redde nobis oculos noſtros vt ad te gradientes per pꝛeces tuas a dn̄o veniā cōſequamur. Et cōfeſtim ablato ab oculis eoꝝ velamine regionem cognouerūt ⁊ cū cibarijs ad ſanctā virginē ꝑgentes ⁊ reatū ꝯfitētes veniā lachꝛimamabilit ꝓſtrati imploꝛabāt. Quos illa benigne audiēs ⁊ ꝯfoꝛtās refectos cibo carnali ⁊ ſpūali cū bn̄dictiōe ad pꝛopꝛia dimiſit. Aluredꝰ filiꝰ adulphi regis Weſtſaxonū q̄ maximā egritudinē a multis diebus cōtraxerat de qua nullꝰ eū medicus ſanare poterat: audita huius virginis fama cum magno comitatu mare tranſijt: virgini ſctē infirmitatis moleſtiā expoſuit: ⁊ vt pꝛeces ad deū pꝛo ipſo fūderet ſuppliciter exoꝛauit. Illa vero fidē eius conſiderans pꝛo ſalute ſua deū rogauit ⁊ ſanitati reſtituit: ⁊ nec multo poſt muto loquelam reddidit. Ablatis per quendā tirannū armentis virginis ſctē: elegit ſecū luge virginē/ bꝛigidā ⁊ atheam. Que cū veniſſent ad littꝰ maris ⁊ ibi naues paratas nō inueniſſēt: cōfidēs in dn̄o ancilla xp̄i ſoꝛoꝛibꝰ ait. Oꝛemꝰ inquit dominū vt nobis ancillis ſuis auxiliū adaperiat transfretandi. Cūqꝫ pꝛoſtrate flexis genibus pꝛeces ad deū fudiſſent: angelus dn̄i deſcendit de celo ⁊ partē terre in circuitu illarū circūcinxit atqꝫ ſignauit ⁊ quaſi inſulam paruā cōſtituens ac marinis aq̄s vndiqꝫ circūfluens virtute admirabili a terris ceteris ſeparauit: eandēqꝫ inſulā ſtupenda foꝛtitudine de loco ꝓpꝛio leuauit ⁊ velut in naui dilectas ī deo virgines per imunēſos fluctꝰ ſecure in ea tranſfretantes de hibernia vſqꝫ in bꝛitanniā trāſpoꝛtauit. Eandē aūt inſulā de fluctibus eductā apud caſtrū dagan no noīe: iuxta littꝰ maris angelus firmauit que vſqꝫ in pꝛeſentē diē ibi conſiſtit ⁊ ſemꝑ aquis circūdatur aut fluuialibꝰ aut marinis. In illa eni inſula virgo ſctā eccliam conſtruxit ⁊ uſqꝫ ad reditum ſuum bꝛigidam et luge ſocias ſuas ibi manere fecit. Et aſſūpta athea virgine ad patrem alurcdi quē ſanauerat pergens: honoꝛifice ſuſcepta eſt. Et commendauit ei rex athulphus ſoroꝛem ſuam virginem edithani nomine chꝛiſto conſecrandam quatinꝰ ſub eiꝰ diſciplina ī habitu ſanctimoniali pia deuotione deo ſeruire poſſet. Tradidit illi rex terram quantā ipſa voluit et vbi elegit. Tūcqꝫ virgo ſctā duo cōſtruxit monaſteria: vnum apud polleſwoꝛð. in arderna vbi atheam cū ſoꝛoꝛe regis manere fecit/

alterū apud ſtreneſhalen in quo ip̄a oꝛa-
tionibꝰ vacans aliquantis diebꝰ ſolitaria
manſit. Illis itaqꝫ diebꝰ editha ſoroꝛ re-
gis vocauit oſitham virginē: ⁊ dixit ei.
Uade ad dn̄am nr̄am ⁊ defer ei volumen
iſtud in quo valeat legere ⁊ foꝛtaſſe aliq̄d
ſctē ꝯtemplatiōis inuenire. Que accepto
libꝛo pꝛoficiſcēs ad pōtem quēdam ligne
um ⁊ fluctuū cōmotionē ex obliquo ⁊ im
pꝛouiſe aſpiciēs timoꝛe perterrita repen-
te deoꝛſum coꝛruit ⁊ tribꝰ diebus ac no-
ctibus in pꝛofundo fluminis cū volumi-
ne oībus ignoꝛantibus permanſit. Appa
ruit aūt angelus dn̄i modwenne in cella
ſua oꝛanti dicens. Uade cū feſtinatione
ad fluuium aliquid ibi neceſſarium ope-
ratura. Que cū perueniſſet ad fluuiū in-
uenit ibi editham virginem puellam oſi-
tham queritantem. Quam modwēna ve
lut expauentem conſiderās ait illi. Quid
eſt ſoroꝛ: recte ne ſunt om̄ia? Illa reſpon
dit. Ecce inquit tres dies ſunt domina ex
quo tranſmiſi oſitham ad te ⁊ veni quere
re quare non regrederetur ad me. Nun-
quid non apud te eſt? Et illa. Uere inquit
non vidi eam nec venit ad me. Et interro
gati paſtoꝛes qui pꝛope erant ſi puellam
aliquam vidiſſet reſponderunt. Nudiu-
ſtercius puellam pontem aſcendere vidi-
mus: ſed quo abiit aut quo deuenit nimi
rum curam agentes de pecoꝛibꝰ ⁊ ad alia
intenti penitus ignoꝛamus. Quo audito
ſancta modwenna ait ad editham. Dep̄-
cemur ſoroꝛ chariſſima dominum vt me-
ritis omnium ſanctoꝛū ſuoꝛum reſtitu-
at nobis in hac hoꝛa puellam perditam vt
videamus et cognoſcamus eius mirabi-
lem potentiam ⁊ collaudemꝰ imperpetu
um m̄iam ſuam. Cum igitur ad terrā in-
clinate diu cum lachꝛimis ambe oꝛaſſent
modwēna ab oꝛone ſurgēs clara voce tri
bus vicibus exclamauit. Oſitha/oſitha/
oſitha in ſctē noīe ⁊ indiuidue trinitatis
veni foꝛas et de hoc flumine in quo ſub-
merſa es per virtutē poteſtatis ipſius vi
te reſtituta: ſana et incolumis emergas.
Necdū plene verba finierat: ⁊ ecce puel-
la de fluuio cū volumine illeſo pꝛodiit: et
trina vice ſermone abſoluto reſpōdit. Ec
ce ego/ecce ego/ecce ego dn̄a mea. Quā
abbatiſſa cū maxima exultatione ſuſcipi
ens ⁊ gr̄as immenſas deo agēs edithe vir
gini viuentē reddidit ⁊ retento ſecū volu
mine ad cellam pꝛopꝛiam remeauit. De
miſſis tādem in anglia athea ⁊ luge vir-
gine vt monaſteriis pꝛeeſſent aſſumpta
ſecum bꝛigida in hiberniam tranſfreta-
uit ⁊ monaſteriū celliſclinii: vt p̄mititur
vaſtatū de bonis a rege athulpho ſibi col
latis in ſtatū pꝛiſtinum reſtaurauit. Cū
aūt quoddam monaſteriū viſitaret ⁊ non
haberēt virgines quid ei ad potū darent
niſi aquā ⁊ deſiderarēt ſibi aliquid meliꝰ
pꝛo benedictione addere: inito cōſilio va-
ſa laticibꝰ plena ante ſctām virginem de
ferentes vt illa benediceret poſtularunt.
Quo facto aquas in vinū iocundiſſimū
tranſmutauit. Facta in hibernia ſiccita
te magna cum ſoroꝛes penuriā aque pa
terentur ciſternam quādam pꝛece ſua re
pleuit aqua que toto ſiccitatis tp̄e oībus
indigentibꝰ abundauit. Cū ad quoddā
monaſteriū cū ſoroꝛibꝰ trāſire vellet rep
perit fluuiū qui nec pueros trāſeūtes im
pendere ſolebat vltra modū pꝛeter ſolitū
intumeſcentē vt etiā equites trāſire non
poſſent. Stupefactis in tanto p̄digio ſo
roꝛibus ait virgo ſctā. Quid eſt hoc filie:
q̄d voluit nobis dn̄s in ſigno hoc demon
ſtrare? Uere dico vobis aliqua culpa ī no
bis eſt p̄pter quā deus impedit iter nr̄m
Inq̄ramꝰ ⁊ pſcrutemur ꝯſciētias nr̄as ſi
q̄d pcti agnoſcimꝰ abſcōditū in coꝛde nr̄o
Hec cū dixiſſet p̄cidit ſe vna ad pedes eiꝰ
dicēs. Dn̄a mea ꝯfiteoꝛ tibi coꝛā dn̄o pec-
catū meū. Dū egrederemur de monaſte-
rio vidi cepas ⁊ allia q̄ cōcupiui ⁊ inde ſu
mēs mihi aliqua ꝯtra obedientiā expoꝛta

iii. Iube q̄d tibi placuerit ⁊ iniūge qualē volueris penitentiā: ſufferre ei p̄ſto ſū quātālibet afflictionē illatā. Cui illa benigne reſpōdit. Uade et repone vbi cepiſti ea ⁊ redi poſt hoc ad nos. Quod cū feciſſet riuulus detumeſcens in alueū redit: viamq̄ liberā trāſeuntib⁹ virtus cōfeſſionis mira celeritate reparauit. In monaſterio brigide diſcipule modwēne q̄ cenobio cōſtructo multarū virginū mater effecta fuerat: duodecim erāt ſorores q̄ ceteris quieſcentib⁹ ſtāte borea nimio frigore attrite i orōnib⁹ deuotis peruigilabāt. Quarū afflictionē ⁊ veſtiū penuriā modwēna ɔſiderās ad deū p̄ces cū lachrimis fudit: ⁊ facto mane miſſe ſunt a dn̄o duodecim veſtes in ſtratis virginū ita ſingulis cōuenientes quaſi humano ſtudio fuiſſent mēſurate. Quas dū ille admirātes ſuſcipe recuſarēt neſcientes vn̄ allate fuiſſent: precepto tn̄ virginis ſctē illas idue re coacte ſunt. Uenit enī modwēna ad domū cuiuſdā deneth noīe: qui maxima cura paup̄ib⁹ ac peregrinis hoſpitio ſuſcipere ⁊ neceſſaria miniſtrare ſolebat qui vitulum vnicū ſuum occidit ⁊ cōuiuium ſctē virgini p̄parauit. Sed cū parū ſeruiſie in vaſe quodā haberet ⁊ ad preces ei⁹ modwēna bn̄dictiōe ſup vaſculum porrexiſſet oīb⁹ haurire volētib⁹ non decreuit ſed ad oēm ſufficientiā ſine defectiōe abūdauit. Uitulus quoq̄ occiſus ⁊ comeſt⁹ meritis ſctē virginis miro p̄digio in craſtino cū matre ſua reptus eſt. Cōtigit ei die poſt hec tertia bar regem cū ſuo exercitu iuxta domū deneth trāſitū facere: q̄ de benedictione virginis ſctē ⁊ meritis cōfidens acceſſit audacter ad regē ⁊ ip̄m cū omibus ſuis ad prandiū inuitauit. Ualebant autē adhuc predictū vaſculum ⁊ cibi qui remanſerāt de menſa virginis et omibus ſufficiebant. Res mira ⁊ vehemēter ſtupenda. Modicus cibus manducabatur ſed augmētabať: pot⁹ de vaſe aſſūptus potabatur ſed non conſumebatur ⁊ quanto magis hauriebatur tanq̄ ſi ſemper naſceretur in vaſculo iugiter redundabat. Sicq̄ rex cū ſuo exercitu biduo recreati deū in virgine ſua ſctā glorificantes ⁊ grās agentes leti ⁊ alacres iter ſuū ingreſſi ſunt. Uirgines cuiuſdā monaſterij quodā tp̄e tanta victualiū iopia coangustate ſunt vt vſq̄ ad mortē pene deficere cogerentur. Quo audito modwenna illuc proficiſcens oīa vaſa monaſterij puſilla ⁊ magna cōgregari fecit ⁊ oratorium intrans per diem ⁊ noctē peruigil obſecratiōes ſuas ad deū cōtinuauit. In craſtio aūt ſequētis diei oīa vaſa electo tritico repleta inuenta ſunt. Multis itaq̄ ſignis in hibernia declaratis ad regez ſcotie noīe conagal cognatū ſuū profecta multas eccleſias ⁊ monaſteria cōſtruxit inter que apud ſtriuelin vnā et apud edēburgh in montis cacumine in honore ſancti michaelis alterā edificauit eccleſiam ⁊ i galwedia tres noīatas a fundamētis fecit eccl'ias. In iſtis eni locis cilicio vtēs corp̄e nudo ad duriſſimos lapides frigore/ſiti/inedia/vigilijs ⁊ afflictionib⁹ cruciabatur. In quodā fonte iuxta monaſterium quod cōſtruxerat lonfrotin vocatū ſororib⁹ nocte ſoporatis dimerſa i aquis vſq̄ ad pect⁹ totū pſalteriū decātauit/cōſolationes angelorū frequētes habebat: qui ei apparebāt ſicut amic⁹ cū amico colloquētes cū ea ⁊ inſtruētes. Cū enim nocte quadā cōtra ſolitum ſenſiſſet nō affuiſſe ſibi ex more dulcem preſentiā ſpirituum beatorū contriſtata cogitare cepit aliquā ſine dubio exiſtere cauſam quare in illa nocte viſitationē cōſuetā nō vidiſſet. Craſtina autem die dixit ſororibus ſuis. Conſerue mee ac filie dilectiſſime in nocte hac precedenti nō habuimus ſanctos hoſpites adiutores noſtros: qui antea ſoliti fuerant orōnes noſtras ferre libenter ad dn̄m eaſq̄ aū ɔſpectū throni altiſſimi

cū exultatione pꝛeſentare. Uidebā ei nocte iſta tanq̄ per extaſim pꝛeces noſtras tp̄e vigiliarū vix poſſe attingere vſq; ad culmē tectoꝝ nr̄oꝝ. Unde ꝑfecto cōperi eſſe aliquid offenſe in nobis: ꝑpter quod ſcti angeli quibus om̄e peccatū diſplicet nō ſine culpa nr̄a voluerūt ſe abſentare a nobis. Interrogemꝰ ergo cōſcientias noſtras: ⁊ ſi quid latet abſconditū penitentia ⁊ ꝯfeſſiōe purgemꝰ vt poſſimꝰ ad nos reducere beatos ſpūs dei. Cū hec dixiſſet ſurrexit ſoroꝛ quedā ⁊ ad pedes ſctē modwēne cū lachꝛimis ꝓſtrata ait. Coꝛā deo ⁊ ſctīs eiꝰ cōfiteoꝛ tibi dn̄a mea culpā meam. Cū eni ego peccatrix miſera de vita veteri heſterna die pn̄iam ꝓmittēdo huc cōfugi: ſotulares meos quos donauerat mihi vir illicite copolatꝰ in ſclo neq; reddidi neq; confeſſa ſum: ſed in pꝛopꝛietatē retinui: quos etiā nocte iſta dū frigꝰ paterer pedibꝰ meis īponere nō timui. Ego eni ſum que peccaui: ego ſum q̄ mea culpa ſctōs angelos a vr̄o cōtubernio ſequeſtraui. Cui abbatiſſa rn̄dit. Abſoluat te ⁊ miſereatur tui filia dei filiꝰ deꝰ omp̄s: qui pꝛo pctōꝛibꝰ moꝛi dignatus eſt. His dictis ſotulares in fluuiū pꝛoijci iuſſit: ⁊ die ſequenti dixit. Gr̄as agere debemus oīpotēti deo q̄ ⁊ nocte iſta reſpexit nos miſertꝰ nr̄i ⁊ reiecta offenſe materia remiſit nobis beatos ſpūs vt pꝛius q̄ ſurſum p̄ſentēt opa nr̄a ⁊ oꝛationes ad thꝛonū oīpotētis dei ⁊ ſuffragent̄ infirmitati nr̄e: ⁊ impetrēt veniā nr̄oꝝ exceſſuū ⁊ oīm delictoꝝ. Tribꝰ eni vicibꝰ nudis pedibus ī cilicio cū lazara virgine romā ꝓfecta eſt ſctā dei. Hoc ei iter fecit velut in peccatorū pn̄iam ⁊ quaſi vellet nullū de ſuis exceſſibꝰ īpunitū relinquere ⁊ q̄ cupet coꝛpꝰ ſuū diuerſis gn̄ibꝰ cruciatuū vſq; q̄ caſtigare. Rediēs aūt de roma in angliā venit ad locū q̄ vocat̄ ſcaleclif vbi iuxta mōtē vidit in fluuio trenta modicā inſulam in qua oꝛatoꝛio in honoꝛe ſcti andꝛee conſtructo ſeptem annis anachoꝛitice vixit. Unde ⁊ vſq; hodie andꝛeſeia. i. andꝛee inſula nūcupat̄. In loco qui nūc bꝛedonia d̄r habitauit illo in tp̄e religioſus quidā heremita qui audita huiꝰ virginis fama frequenter venit ad eam et deferebat ei vitas ſanctoꝝ in quibus ſe reficiebant. Quadam vero die dū oblitus fuiſſet ſecū tollere libꝛum: cepit illa meſta eſſe ⁊ conqueri dicens illi. Quare libꝛum moꝛe ſolito nō attuliſti pater? Et ille. Sic modo dn̄a contigit mecum enim afferre oblitꝰ ſum. Miſit itaq; duas virgines cum nauicula que feſtinanter libꝛum repoꝛtare poſſent. Cūq; ad locū qui lega dicitur nauigaſſent: oꝛta tēpeſtate carina ꝓtinꝰ inclinata vtraſq; virgines ſubtus ſe clauſas in fundo aque cooperuit. Cumq; diu aduentum virginū expectaſſēt ambo pariter oꝛationi ſe dederunt obſecrātes diuinam clementiam quatinus illis oſtēdere dignaretur quid de puellis actum ſit. Surgentes tandē ab oꝛatione aſpiciunt miro modo viam patentē ⁊ ſiccam in medio fluminis ⁊ tōfeſtim ingrediuntur per ſiccū fundū viā mirabilem ⁊ aridā ⁊ erāt aque ſtupendo modo diuiſe in partibꝰ duabus ⁊ vtrinq; velut quidā muri a dextris ⁊ a ſiniſtris. Cūq; veniſſent ad locū ī quo fuerat p̄cipitata nauicula heremita manus appoſuit: ſed velut palis confixa nauis immobilis ꝑmanſit. Et cū virgo ſancta manꝰ appoſuit ita leuit̄ nauiculā eleuauit ac ſi penitus om̄i pondere caruiſſet. Inuentis aūt virginibus viuis et ſanis nauiculam pariter ingrediuntur ⁊ vndiq; recurrētes aque illam ſuſtulerūt et ad cellam virginis deduxerunt. Erat autē puella quedam gentilis que audiens famam virginis ſancte cupiebat eam videre ⁊ ab ea in fide chꝛiſti illūinari. Veniēs autem ad eam cum in fide edocta fuiſſet graui infirmitate detenta in lectum decidit et nondum ſuſcepto baptiſmate vitā

finiuit. Quãobꝛem cõtriſtata modwenna fuſa ad deũ pce illã vite reſtituit. Que baptizata habitũ religionis aſſumpſit: et in ſancta conuerſatione vitã conſummauit. Quidã puerulus fidẽ xpi ſuſcipiẽs cũ ab infantia fuiſſet egreſſus nomẽ dñi cũ deſpectu et irriſione mirabili blaſphemauit. Hunc cũ parentes durı⁹ increpaſſent ⁊ induratũ ad ſanctam virginẽ detuliſſent: illa ab erroꝛe eũ reuocare ſtuduit. ⁊ tãdẽ deuote pꝛo eo ad deũ exoꝛauit. Sz dñs eam exaudire noluit: qꝛ poſtmodum ſuper eodẽ eam amplius honoꝛificare decreuit. Poſtq̃ enim miſerand⁹ puer cõtẽpta virgine deſpectis parentib⁹ furioſus euaſit: ſuffocãte eũ diabolo ĩpꝛouiſa moꝛte pꝛerept⁹ eſt. Quẽ cũ parentes ad ſctãz exanimem detuliſſent pꝛo eo oꝛans viuẽtem reddidit: ⁊ a ſpũ blaſphemie deiceps integre liberauit. Cõfluente ad virginẽ ſanctam pꝛopt̃ ſanitatũ beneficia ⁊ miraculoꝝ gloꝛiã de diuerſis regionib⁹ populo ꝓpter hoĩm frequẽtiam tedio affecta: athea ⁊ lazara in eodem loco dimiſſis ſe in hiberniam tranſire ⁊ in bꝛeui vitã finire pꝛedixit. Et addidit. Ubicũq; finis vite mee acciderit: meũ hic ſepeliendũ coꝛpuſculum mihi dñs demonſtrauit. Tranſiens igitur in hiberniã cũ centũ triginta eſſet annoꝝ infirmitate depꝛeſſa vocatis ſoꝛoꝛib⁹ ſuis inter cetera dixit. Peſtẽ meum ligneũ ligonẽ et ſarculũ ceteraq; vtẽſilia mea in quibus operata ſum celliclenij monaſterio concedo. Reliquie vo mee cũ baculo meo diſponente deo in terrã aliam deferentur. His dictis apparentib⁹ ei apoſtolis beatis petro et paulo: tertio nonas iulij ſeptimo a natali eoꝝũdẽ apoſtoloꝝ die feliciter ad celos migrauit.

Tertia vero die poſtq̃ defuncta eſt quedam virgo poſt completoꝛiũ vidit ſanctã modwennã in loco vbi oꝛare ſolebat quaſi viuentem et manus in oꝛõne ad celum extẽdẽtẽ. Quã dũ tremefacta cõſpiceret cecidit pꝛona ad pedes eius et ait. Domina mater qd me iubes facere? Cui illa. Uade die craſtina ⁊ dic ſoꝛoꝛib⁹ meis Hec mandat vobis mr̃ vr̃a. Nolite filie putare me moꝛtuã viuo eni vere cũ dño iheſu xpo et audiui ex vobis aliquas loquẽtes ad inuicẽ in incõpetentib⁹ hoꝛis nec tenẽtes ſanctũ ſilentiũ ſicut opoꝛtuit. An excidit vobis qd ait pꝛopheta cultus iuſticie ſilentium: adhuc coꝛp⁹ meũ inter vos inhumatũ iacet ⁊ vos tam cito obliuiſcimini doctrine dei ⁊ regularis obſeruantie: cui⁹ terminos nõ vobis expedit aliquatẽnus tranſgrediendo pꝛeterire. Nolite filiole contẽpnere minima: ne foꝛte paulatĩ per minimoꝝ negligentiã offendẽtes decidatis quod abſit etiã in maioꝛa. Tu autẽ vade ⁊ pꝛepara iter tuũ qm̃ poſt ſeptẽ dies venies ad me. Et factũ eſt ita. Cũ aũt coꝛp⁹ ſctm̃ ad tumulũ deferret̃ facta eſt contentio magna de habendo coꝛpoꝛe ei⁹ int̃ hiberniẽſes ſcotos et anglos ibi cõgregatos ſed tandẽ colũkillum epm̃ adierunt ⁊ ei⁹ rectũ iuditiũ petierũt. Qui poſt multas partiũ altercatiões dixit Eligite ex vobis oibus octo robuſtos hoies qui feretrũ cũ baculo in humeris poꝛtẽt ⁊ quocũq; dñs voluerit feretrũ deducãt. Quo facto miro modo diuina voluntate cõpulſi verſũ ad angliã recto itinere ſcdm coꝛp⁹ deferre cepũt. Tũc ſctũs eps virtute dei cognita anglicis coꝛp⁹ ſanctũ ꝯceſſit: vñ ⁊ ad angliã delatũ apud andꝛeſeiã honoꝛifice ſepultũ eſt. Poſtq̃ aũt monaſteriũ de burtoñ. ſuper trentã fũdatũ eſt: reliq̃e ſctẽ virginis illuc trãſlate ſunt. Quidaz de nobilib⁹ angloꝝ tirãn⁹ ⁊ crudelis res ⁊ fras pfati monaſterij violẽt inuaſit poꝛtas monaſterij cõfregit ⁊ cũctis direptis domos ꝯbuſſit ⁊ abijt. Nec moꝛa: vniuerſi cũ duce ſuo a demõib⁹ arrepti iuſto dei iudicio ſuffocati ſunt. Cũ eni voꝛax flãma villã inuaderet feretrũ ſctẽ virgis monachi extra eccl'iam depoꝛtarũt: ⁊ ſtatim

ignis ceſſās atqꝫ reſiliēs oīno extinctꝰ eſt Quidā vicecomes in captiuitate poſitꝰ ⁊ in archa ſuppoſito ingēti lapide recluſꝰ ac cōpeditꝰ īuocata ſctā virgine modwēna ſtatim deiecta petra diruptis vīculis cōfractoqꝫ ergaſtulo liberatꝰ eſt.

¶ De ſctō Neoto Abbate ⁊ confeſſore.

Rex quidā fuit occidentalium anglorꝝ ac cācie nomine edulphus egregie magis liberalitati ſtudēs ꝙ mūdane ſeruiens cupiditati. Multa enī de facultatibꝰ ecclīis atqꝫ pauꝑibꝰ erogabat cūctis ecclīam obpugnātibꝰ ſcutū defenſiōis libē opponebat. Dn̄s autē cū ſit excelſus humilia reſpiciens ⁊ alta a lōge cognoſcens eiꝰ opera reſpexit eiqꝫ filium dedit noīe neotū. Hic itaqꝫ neotꝰ regali proſapia ortꝰ trāſactis infātie annis literis ac moribꝰ traditur informandꝰ. Nō eī a ſtudijs virtutū diuiniſqꝫ diſciplinis carnis delectatio nō petulātia vel mētis elatio nō pōpe ſecularis reuocabat ambitio. Nitorē ⁊ gloriā veſtiū precioſarū oēmqꝫ luxum penitus abhorrebat. Cū enī militares tetigiſſet annos ſeculari militie implicari noluit ſed potius eligens temporaliter eligens abiectꝰ eſſe in domo dei ſui quā in regio gloriari palatio in glaſtoniēſi cenobio monachus ſub dunſtano abbate effectus eſt. Ad tante religiōis in breui faſtigiū aſcendit ꝙ nihil ei virtutis ⁊ gratie deeſſe crederetur. Ieiuniorꝝ enī ⁊ parcimonie obſeruatione vigilijs et oratiōibus ſpiritum roborabat ⁊ carnis ſuperbiam edomabat. Sitientibꝰ verbi dei pocula propinabat ab obſeſſis corporibꝰ demones fugabat: lāguidis debilibuſqꝫ medelam ſalutis cōferebat. Cateruatim turbe ad eū confluebant: alij corporalem alij ſpūalem curationē flagitantes. Erat aūt virtutibus et moribus clarus/lingua facundꝰ/verbo diſcretus ſcientia laudabilis/doctrina mirabilis/conſilio vtilis: et oībus factꝰ amabilis aſpectu angelicꝰ ſꝫ corporis breuitate alter zacheꝰ. Scabello namqꝫ ferreo ſuppoſito miſſas celebrauit. Factꝰ aūt ſacriſta cū quidā potens inſtanter ad oſtiū pulſaret feſtinanter acceſſit vt pulſanti celeriter aperiret nec tamen ad ſerā in ſublimi poſitā pro ſtatuē breuitate poterat attingere. Et ecce ſera diuina virtute demiſſa vſqꝫ ad ſuccinctorium depoſita eſt. Sicqꝫ intrare volenti aperuit glorificās deū qui aperit ⁊ nemo claudit: claudit ⁊ nemo aperit qui in ſuis operibus ſemꝑ ab om̄ibus ⁊ vbiqꝫ glorificandus. Populi tandē frequentiaꝫ ac fauorē declinare affectans diuino primo genitus oraculo intra cornubia ꝯfinia remota ſolitudinis loca queſiuit vnius clientis noīe barij quē ſui fecerat ſecreti cōſcium comitatu cōtentus. Qui eū nec in vita nec in morte fidelis ſemper perſeuerans nō deſeruit ⁊ ipō ducente quo p̄monēte ad locū ſibi a deo preparatū deuenit Diſtat enī heremꝰ illa a ſctī petroci ī cornubia monaſterio miliaribꝰ fere deceꝫ et tracto ab ipō viro dei noīe ab incolis locꝰ ille neocſtoke appellatur. Erat aūt locus ille nemoroſus fluuiis perſpicuus ⁊ mari affinis. Tranſactis autem in loco illo in magna vite perfectione ſeptem annis romam profectus a papa martino honorifice ſuſcipitur: vtroqꝫ alterius recreato ſolamine poſtulata cum benedictione aſſequutus domum redijt: et conſtructo monaſterio monachos congregauit ⁊ frequenti angelorum viſitatione conſolari meruit. Erat profecto in illo loco fons irriguus in quo vir dei tres piſciculos inueniens: tangere non preſumpſit donec reuelatione diuina quid de eis agendum foret agnoſceret. Accepit namqꝫ ab angelo vir ille beatus diuinitus reſponſum ⁊ admonitionem vt ſingulis diebus: vel quotiens expediens foret vnum tm̄ piſciculum accipiens reliquos vero duos ſem

per conſeruaret intactos. Cūq; vno ſub-
lato ſemꝑ duo illibati permanſiſſēt i cra-
ſtino diuina virtute piſculoꝝ nūer⁹ repe
riebatur pꝛefat⁹. Accidit eni vt vir dei
moleſtia coꝛpoꝛis detentus vix aliquo ve
ſceretur edulio: famulus pꝛoinde ei⁹ bar
rius cōdolens et compatiens duos de fō-
te auferens piſciculos: vnū aſſatū/alteꝝ
elixum dn̄o ſuo in diſco obtulit rogās eū
⁊ excitans vt inde comederet. Cumq; vir
dei vnde piſces allati fuiſſent requiſiſſet
barrius ſimplex et innocens qd̄ ſimplicit̄
fuerat factum recognoſcens oñdit. Ideo
inquit pater duos de fonte piſculos ſuſtu
li et diuerſo modo tibi in edulium pꝛepa
raui: vt ſi foꝛte vno veſci non poteris ab
altero ſaltem reficiaris. Tunc ſanct⁹ di-
xit. Quare hoc feciſti? Quare victū vobis
diuinitus collatū temere auferens cōtra
nutū dei atq; ſententiam agere pꝛeſum-
pſiſti? Et piſcib⁹ imperio eius in fōte re
poſitis pꝛonus ſolo incūbēs ab orōne ne-
quaq̄ ſurrexit donec ei nūciatū fuiſſet piſ
culos moꝛe ſolito in fonte nature viuētes
Tunc eni denuo iuſſit afferri ⁊ paratum
in eſum ſibi apponi. Et cū ex eo modicuʒ
guſtaſſet illico ſanus effectus conualuit.
Cum viri ſcti boues furto ſublati eſſēt
⁊ ꝓ tali penuria fratres ad agros egreſ-
ſi laboꝛibus inſiſterent: ecce cerui q̄plu-
res de nemoꝛe gregatim aduenientes ad
eos māſuetiſſimi applaudendo pꝛopera
bant. Quo viſo: neot⁹ colla eoꝝ iugo ſub
mitti et aratris apponi iuſſit: ⁊ longo tē-
poꝛe boum vices inuiſo moꝛe ſuppleue-
runt. Fures aūt hoc audientes ablata re
ſtituūt ⁊ veniam humiliter imploꝛātes de
cetero eius conſilio adherentes vitā emē
darunt. Afferunt eni nonnulli ceruos il-
los et om̄es de ſtirpe eoꝛum pꝛodeuntes:
in huius rei memoꝛiā vſq; hodie albedi-
nem circa loca vbi loꝛa tetigerunt appa-
rentem pꝛetēdere. Hoc eni nec aſſerere cō
tendo nec de dei potentia diffidens abne-
gare pꝛeſumo. Factū eſt autē vt idē dn̄i
ſeruus moꝛe ſolito ſtaret in fonte in quo
ſolitus erat totū ex integro pſalteriū per-
ſoluere: ceruia quedaʒ per nemoꝛū deuia
canes inſequentes fugiens: imoderatis
ad eum ſaltibus accelerabat ſupꝛa fontē
ſecus pedes viri dei coꝛruens tā diu pꝛo
ſtrata iacuit donec liberā ide abire iuſſit.
Sed ⁊ canes quaſi moꝛſus vel ictus affli
cti vulnere: retro paſſim om̄es fugā dede
re. Venatoꝛ vero hoc vidēs in terrā pꝛo-
ſtratus ſanctū adoꝛauit neotum ⁊ nouū
hoīem indut⁹ ſacrū ab eo habitū ſuſcepit
⁊ in eccleſia ſancti petroci vice reliquaꝝ
coꝛnu eius repoſitum eſt. Uenit aliquā
do ad virū dei frī ſuus alfred⁹ rex Weſtſa-
xonū coꝛpoꝛe humiliatus: ⁊ mente bene-
dictionē ei⁹ expoſtulans quē benedicens
edocuit ⁊ erudiuit eū ſcientia viam pꝛu-
dentie oſtendens illi/prauos eius redar-
guens actus: iuſſit in melius conuerti et
tanto ſecurius quāto pꝛopinqui⁹ de ſan
guine eius tract⁹. Alio quoq; tempoꝛe:
regem eundē de tirannidis impꝛobitate:
de ſuperba regiminis auſteritate acriter
ſanct⁹ increpauit neotus. Apponebat ei
ſanctū dauid quem ad regendū de poſt fe
tantes dn̄s acceperat: regē manſuetum
⁊ oībus humilitatis exemplar humilita-
te electum et appꝛobatū aſſerebat: ⁊ ſau-
lem ſuperbia repꝛobatum qui cū paruu-
lus eſſet in oculis ſuis caput conſtitutus
fuerat i tribubus iſrael. Quid gloꝛiaris
inquit in malicia qui potens es in iniqui
tate. Eleuatus es ad modicū et non ſubſi-
ſtes: ⁊ ſicut ſūmitates ſpicarū cōtereres
Ubi eſt gloꝛiatio tua? Et ſi nondū exclu-
ſa eſt aliqñ tamen excludetur. Ipſo eniʒ
regiminis pꝛincipatu cui⁹ inani gloꝛiati
one teipm̄ excedēdo ſuperbis in pꝛoximo
pꝛiuaberis. Irrūpentib⁹ quippe intra re
gionē iſtam barbaris atq; dei permiſſio-
ne triumphantibus vix ſolus euadēs va
gus et pꝛofug⁹ eris ſuper terrā ſicq; pau

per ꝛ egenus aliq̄diu latitabis timēs ne
oīs qui inuenerit te occidat te. Cū aūt hu
iuſmodi infoꝛtunij cognoueris effectum
confoꝛtare ꝛ eſto robuſtꝰ viriliter age et
confoꝛtetur coꝛ tuū. In oībꝰ mīe dei me-
moꝛ eris: q2 cū iratus fuerit mīe recoꝛda
bitur. Noueris enī me deuotis apud deū
interceſſionibꝰ obtinuiſſe vt ſuppꝛeſſa qñ
q3 tante aduerſitatis impoꝛtunitate pꝛi-
ſtine iterū pꝛoſperitatis iocūditate ꝛ ple-
na gaudebis regiminis reſtitutione ſi tñ
agere peruerſe quieueris ꝛ digna penitu
eris ſatiſfactione. Nūc igitur q̄ toti ro-
mā legatos dirigens martinū papā ma-
gnis ampliare muneribꝰ ne tardes ſup-
pliciter rogans vt anglicā ſcolā in eadē
vrbe ſitam libertati nō deneget applicare
vt per hoc bñficiū gratius tibi pꝛeſtetur
inter incomoda ſubſidiū. Ego vō poſt mo
dicū viam vniuerſe carnis ingrediar ꝛ q̄
tibi pꝛedico futura credē ne differas. Miſ
ſis itaq3 romam nūcijs qđ petebat impe-
trauit. Miſitq3 ei papa cū multis ſctōꝝ
reliquijs crucis ſancte non modicā poꝛti-
onē. Sctūs tādē dñi confeſſoꝛ angelis in
ſublime plaudentibꝰ debitā humano ge
neri reſolutꝰ in moꝛtē: celo gaudēter ſuſ-
ceptꝰ eſt pꝛidie kalendas auguſti: Tantā
enim tanq̄ delectabilem longe lateq3 to-
tam aeris temperiem odoꝛis reddidit fra
grantia vt aduenientes ac remoti ſe ſubi
to faterentur/renouari dulcedine ꝛ egro
ti quiq3 ſanari. Terra quippe ſepulturē
illius cū pia veneratione languentibus
tradita: multis medicinaliter noſcit̄ pꝛo-
fuiſſe. Guſtata quippe pꝛo quolibet inua
litudinis genere tam hoīes q̄ iumēta con
ualeſcere faciebat. Cū aūt ſcđm pꝛophe
tia3 viri dei anglia barbaris irrūpentibꝰ
vexaretur alfreduſq3 rex vt in geſtis eiꝰ
clarius eluceſſit vagus pꝛofugꝰ: ꝛ humi-
liatus factꝰ fuiſſet noctis pꝛofūditate cū
idem rex totius expers quietis curis val
laretur moꝛdacibus: affuit ꝯfeſſoꝛ dei ſan
ctus neotus vultus et habitꝰ nitoꝛe locū
irradians. Ille vero erectis in ſanctū lu-
minibus et immobiliter defixis vt quis
eſſet certius agnoſceret talibꝰ ab eo ſciſſi
tatus eſt alloquijs. Quid rex īquit tot de
pꝛimeris anguſtijs? An ignoꝛas qm̄ cogi
tationes hoīm nate ſunt: ꝛ qui ſperant in
dño mutabunt foꝛtitudinē aſſumāt pen-
nas vt aquile volabunt: ꝛ non deficient.
Cur vnū oblitus neceſſariū tot et tantis
perturbationibꝰ mente exagitaris? Se-
curus eſto: q2 ſi bona egiſti bona pꝛocul-
dubio recipies: ſi vero mala iam iuditiu3
pertuliſti. Neq3 enī iudicabit dñs bis in
idipm̄: Pone igitur modū triſticie ac de
cetero deſiderata perfruere iocunditate.
Ad hoc enī me miſit dñs de ſuperna ſan-
ctoꝝ quiete vt tua iam terminetur miſe
ria: ſi tamē iuſte viuendo meis conſilijs
acquieſcas. Si igitur cōtinētie pacis/pie
tatis/ꝛ innocentie ſectatoꝛ fueris ac exē-
plo ante te regnantiū patrū totius emu-
latoꝛ iuſticie: in ſolio regali poſt modicū
reſtitueris. Et ne viſionē hanc illuſoꝛia3
arbitreris: ego ſum ille neotꝰ dei cultoꝛ ꝛ
amicꝰ q̄ tuis exiētibꝰ culpis hos īfoꝛtunij
caſus tibi futuros pꝛeciū ſemꝑ tamē tui
memoꝛ incomodi nūq̄ pꝛo te deū interpel
lare quieui. Deꝰ aūt in modico quaſi de-
reliquit te vt in miſerationibꝰ ſuis aſſu-
mat te. Nō ſolū de tirannica rabie victo
rioſus triumphabis: ſed ꝛ ipm̄ tirannu3
xp̄ianū effectū xp̄o aſſignabis ꝛ vniuerſa
eius arma in quibus confidebat auferēs
ſpolia eius vt placet diſtribues. Septi-
ma itaq3 poſt dñicā reſurrectionē hebdo-
mada cōgregato contra eos exercitu: me
pꝛeuio gaudebis et pꝛotectoꝛe donec om-
nia que polliceoꝛ feliciter cōplaceantur.
Hijs dictis ſanctus iterū receptꝰ in gloꝛia
diſparuit. Cū aūt alfredꝰ rex cū guttrun
rege danoꝝ ſe pararet ad ꝑliū: ecce ī nocte
neotus angelica ſpē niuea canicie veſtibꝰ
fulgidis et odoꝛiferis regi alfredo viſibi-

liter apparuit arma ſecū belligera defe-
cens. Rex ꝗppe ſolicitus ac deuot⁹ ſancti
ꝓmiſſum aduentū ac pꝛeſidiū deſidera-
bat cui ⁊ ait. Surgēs tolle moꝛas ad pal
mā ꝑparat⁹ victoꝛie ſicut eni in anguſti-
is ꝑmonitoꝛ ſic in itinere nihilomin⁹ tu⁹
ero ductoꝛ. Nūc igitur vt viri foꝛtes ⁊ ad
bella doctiſſimi cras egredіemini ⁊ domi
nus erit vobiſcū. Dñs eni foꝛtis ⁊ potēs
dñs potēs in pꝛelio qui dat ſalutē regib⁹
per me famulū ſuum optato vos trium-
pho ditabit cū ſalute. Ego añ vos ibo et
gloꝛioſos ac ſupbos humiliabo ⁊ in cōſpe
ctu meo inimici vr̄i cadēt gladio. Cōmiſ-
ſo itaqꝫ pꝛelio rex alfred⁹ sctm̄ neotū ini-
micos conterentem ⁊ ineptos reddenteꝫ
vidit ⁊ agnouit ⁊ bꝛeui ſermone cōuerſ⁹
ad ſuos in hec verba pꝛoꝛupit. Cōmilito-
nes inqt mei bellatoꝛes incliti nōne vide-
tis eū qui nr̄os hoſtes ꝯuerterit? Si noſ-
ſe deſideratis ipſe eſt proculdubio neot⁹
xp̄i miles inuictiſſim⁹ ꝑ quē hodie pꝛeſto
eſt in manibus nr̄is palma victoꝛie. De-
uicto itaqꝫ rege danico ⁊ in loco quodā cū
ſuis obſeſſo cū trigita pꝛimatib⁹ ſuis ac
alijs quaſi innūeris feritate depoſita al-
fredū regē manſuet⁹ audiuit ⁊ in fide xp̄i
inſtruct⁹ baptiſma ſuſcepit et cū ſuis ad
pꝛopꝛia rediit. Rex aūt alfred⁹ in ſolio de
nuo regali ſublimat⁹ ſectando iuſticiā a
culpa ieiunauit: ⁊ reliquū vite ſue tēp⁹
sctiſſimis venuſtauit cōmertijs pie regēs
ſub rege piiſſimo a ꝗ pie regebat. O ꝙ
pia recoꝛdatio/ ꝙ attollenda laudatio/ ꝙ
pium eſt scti neoti pꝛeconiū? Per eū rex
in meli⁹ coꝛrigitur/ in regnū reſtituitur/
tirānica rabies in manſuetudinē conuer
titur/ cultus demonū euacuatur/ grex ca
tholic⁹ augmentatur. Venerabilis que
dam matrona noīe lewina euoluesberi ꝗ
nūc villa scti neoti dicitur dña: vbi quon
dam eiuſdē scti coꝛpoꝛis glebā ſiue reliq-
as diſcipulus ei⁹ barri⁹ diuinitus admo
nit⁹ detulerat ad monaſteriū croulādie:
cui frater ſuus oſketell⁹ pꝛefuit barbaro
rum metuens hoſtilitatē amoꝛe fraterno
cōpulſa reliquias sancti neoti adduxit ſi-
cut ſcriptū i eodem monaſterio palā oſtē-
ditur. Unde poſtea dubitantibus de hoc
quibuſdam fratrib⁹ abbas magna cum
deuotione accenſis cereis loculum cū ti-
moꝛe frangens inuenit teſtam capitis/ oſ
ſa de collo/ de ſcapulis: de thoꝛace: ⁊ non-
nulla oſſa tibiarū ⁊ coxarum. Has eni ſe-
cum dña pꝛefata attulit in pꝛioꝛi loco oſſi
bus quibuſdam cum cineribus dimiſſis.
Tranſlata eni fuerunt oſſa illa ab abba-
te henrico et iuxta altare in honoꝛe eius
conſtructum collocata. Anno domini mil
leſimo ducenteſimo tertiodecimo.

## De ſancto Niniano Epo et confeſſoꝛe.

Sancti Niniani cōfeſſoꝛis ſacra
conuerſationis pꝛimoꝛdia ⁊ ſā
ctitatis inſignia dignitatē offi
cij ⁊ fructum miniſterij finem
optimum ⁊ laboꝛis pꝛemium:
venerabilis beda in angloꝛum hiſtoꝛia
pauciſſimis commendans verbis: ita de
eo ſcribit. Anno ab incarnatione domini
quingenteſimo ſexageſimoquinto venit
de hibernia pꝛeſbiter ⁊ abbas hītu ⁊ vi-
ta monachi inſignis noīe columba bꝛitan
niam ꝑdicatur⁹ vbū dei ꝓuīcijs ſeptētri
onaliū pictoꝝ ꝗ arduis atqꝫ hoꝛrētib⁹ mō
tiū iugis ab auſtralib⁹ eoꝝ ſūt regiōib⁹
ſeqſtrati. Nā ipi auſtrales picti ꝗ int̄ eoſ-
dē mōtes hn̄t ſedes mlto añ tpe relicto er
roꝛe idolatrie fidē ꝟitatis accepāt ꝑdicā-
te eis niniano epō reuerētiſſio ⁊ sctiſſio vi
ro de natiōe bꝛitonū ꝗ erat rome regula-
rit̄ fidē ⁊ miſteria ꝟitatis edoct⁹. Cui⁹ ſe
dē epat⁹ scti martini epi noīe ⁊ eccl̄iaꝫ in
ſignem vbi ipſe etiā coꝛpoꝛe vna cū pluri
bus sctis requieſcit fecit qui vulgo voca-
tur ad candidā caſam eo ꝙ ibi eccl̄iam de
lapide inſolito bꝛitonū moꝛe fecerit. Uex
qđ beda bꝛeui⁹ ſcripſit laci⁹; deo auctoꝛe

pꝛoſequi placet. In bꝛitannia maioꝛi regali ex pꝛoſapia beatꝰ ninianꝰ extitit oꝛiundus in ea vt putatur regione que in occiduis ipſius inſule partibus vbi occeanus quaſi bꝛachiū poꝛrigens ⁊ ex vtraqꝫ parte quaſi duos angulos faciēs ſcotoꝛuꝫ nūcꝫ angloꝛū diuidit cōſtituta vſqꝫ ad nouiſſima angloꝝ tpa pꝛopꝛiū habuiſſe regem nō ſolū hiſtoꝛiarū fide ſed ⁊ quoꝛundam quoqꝫ memoꝛia cōpꝛobatur. Pater eiꝰ rex fuit religiōe xp̄ianus ⁊ vere felix: qui talem ꝓlem habere meruit. Cū eniꝫ ninianus annos pueriles trāſegiſſet mira illi circa eccl̄ias deuotio erat: mira circa ſocios dilectio. In cibo ſobꝛius/parcꝰ in verbis/in lectione aſſiduꝰ/grauis moribus/ioci abſtinens: ⁊ ſpūi ſꝑ carnē ſubiiciens. Tandē ſcti ſpūs inſtinctu aīatus ſpꝛetis diuitijs oībuſqꝫ calcatis affectiōibus peregrinationē nobilis adoleſcēs arripuit. Trāſiēs vero mare ⁊ ꝑ gallicanas alpes ingreſſus italiā ꝓſpero itinere romā vſqꝫ peruenit. Accedēs aūt ad ſūmuꝫ pontificē cū ei itineris ſui cauſam expoſuiſſet amplexatꝰ eiꝰ deuotionē pontifex loco eū filij ſumma cū deuotione ſuſcepit doctoꝛiſqꝫ v̄itatis fidei diſciplinis ac ſanis ſcripture ſenſibꝰ tradidit imbuendū. Adoleſcēs itaqꝫ tota deinde auiditate inhians verbo dei inſtar apis argumētoſe ex diuerſis doctoꝝ ſentētijs quaſi ex multi gn̄is floꝛibꝰ ſapientie ſibi fauos cōpoſuit atqꝫ in alueolo ſui pectoꝛis recōdēs ad interioꝛis hoīs ſui refectiōem: alioꝛumqꝫ multoꝛū cōſolationē ruminādos ꝓferendoſqꝫ ſeruauit. Interea dū caſtus coꝛpore aīoqꝫ pꝛudens/in cōſilijs prouidus/in om̄i actu verboqꝫ circūſpectꝰ ab om̄ibus pꝛedicaretur: accidit vt ad ipſiꝰ ſūmi pōtificis grām familiaritatēqꝫ cōſcenderet. Pluribꝰ igitur annis in vꝛbe laudabilit̄ conuerſatus ⁊ in ſacris ſcripturis ſufficienter eruditus ad virtutum ſumma pꝛouehitur: ⁊ pennis charitatis ſubuectus ad celeſtia cōtemplāda ſuſtollitur. Audiens deiſi pōtifex romanꝰ quoſdā in occiduis bꝛitannie partibꝰ necdū fidem chꝛiſti ſuſcepiſſe ad epatꝰ gradū ninianū cōſecrauit ⁊ pꝛemiſſe genti data benedictione apl̄m deſtinauit. Rediēs aūt vir dei ab vꝛbe actus deſiderio vidēdi ſctm̄ martinū epm: ad ciuitatem turonenſem iter diuertit. Quē ſctūs martinꝰ honoꝛifice ſuſcipiens eū a deo ſanctificatū ⁊ multorum ſaluti pꝛofutuꝝ deo reuelāte cognouit. Licenciatꝰ demū ab eo ninianus cū ad locū legationis ſue veniſſet magnꝰ populoꝛum fit concurſus/ingens cunctis leticia/mira deuotio laus quoqꝫ vbiqꝫ reſonat xp̄i: qm̄ ſicut ꝓphetam eū habebāt. Cepit mox male plātata euellere/male collecta diſpergē male edificata deſtruere. Purgatis ab oī erroꝛe fideliū mentibꝰ om̄ia que fidelibus agenda verbo docuit opibus ⁊ exemplo mōſtrauit ⁊ multis miraculis cōfirmauit. Elegit aūt ſibi ſedē in loco qui nūc Witerna dr̄ in littoꝛe maris ipō pelago claudit̄ a parte tm̄ aquilonari via ingredi volentibꝰ aperitur. Ibi de lapide eccl̄iam cōſtruxit anteqꝫ nullaꝫ in bꝛitānia de lapide dicūt eſſe cōſtructaꝫ. Et qm̄ iam ſctm̄ martinū quē miro ſemꝑ venerabat̄ affectu a t̄ris ad celos migraſſe didicerat ip̄am eccl̄iam in eius honoꝛe dedicauit. Fuit in eadem regione rex quidā: nā tota inſula diuerſis regibꝰ diuiſa ſubiacuit tudwaldus noīe diues ⁊ elatus monita viri dei contempnēs ⁊ doctrine eiꝰ et moꝛibus derogans in facie reſiſtebat. Quodam autem die cum plus ſolito moleſtus eſſet viro dei non vltro paſſus iudex celeſtis ſerui ſui iniuriam multam: intolerabili moꝛbo ſuperbum percuſſit in capite ⁊ elatos illos oculos cecitatis repentina iuaſit ⁊ qui lucem impugnauit veritatis lucem merito amiſit carnis. Sanioꝛi tandem ductus conſilio ad virum dei ſanctiſſimum miſit obſecrans

vt imitatoꝛ dñice benignitatis retribue-
runt ei bona pꝛo malis ⁊ dilectionem pꝛo
odio. Uir aūt dei pꝛimo increpando regē
coꝛripit: deinde ipm̄ tangēs oculis ſignū
crucis impꝛeſſit. Nec moꝛa fugit doloꝛ ce
citas fugatur: ⁊ rex virū ſctm̄ deinceps
honoꝛans: quicq̄d ab eo poſtea petijt ſine
moꝛa iplere curauit. Puella quedā in ob
ſequium cuiuſdā nobilis dñe tradita pul
chꝛa facie ⁊ venuſto aſpectu erat ī quam
cū iniecisset oculos iuuenis īpudic⁹ amo-
re coꝛripitur ceco. Subditur tandem pꝛe
ce vel pꝛecio aliene libidine miſera muli-
er ⁊ tumeſcente vtero crimen pꝛoditur ⁊
mox riſus in luctum / gaudiū in doloꝛem
voluptas mutatur in penā. Compulſa a
maioꝛibus reum pꝛodere ſe minus ream
credidit: ſi ab aliquo magni nominis vi-
ro deceptā ſe diceret vel oppꝛeſſam pꝛeſ-
bitero cui curā parochie pontifex cōmiſe
rat crimē imponit. Scandalizantur boni
mali letantur / ridet vulg⁹ / ſacer oꝛdo ab
impijs blaſphematur / pꝛeſbiter cui⁹ leſa
fuerat fama triſtat. Nato eni puero pon
tifex clerū et ppl'm ad eccleſiam conuoca
uit ⁊ pꝛocax mulier om̄i pudoꝛe poſtpoſi-
to pꝛoꝛūpens: ſui coꝛruptoꝛē ac decepto-
rem ſacerdotem coꝛā om̄i plebe vocifera
re nō timuit ⁊ in faciem ei⁹ puer pꝛoiecit
Sctūs vero ninianus puerū ſibi pꝛeſēta
ri iuſſit nō niſi paucos dies habentē cui ⁊
ait. Heus inquit o puer in noīe iheſu xp̄i
ſi pꝛeſbiter iſte te genuit coꝛā plebe edici-
to. Nec moꝛa ex infantili coꝛpoꝛe vox cla
ra inſonuit mendacem conuicit ⁊ innocē-
tem ſacerdotē abſoluit. Et extendens de
xteram pꝛopꝛiumq̄ȝ patrē in populo deſi-
gnans: hic eſt inquit pater meus ipſe me
genuit: ipē crimen quod ſacerdoti impo-
nitur ꝯmiſit. Innocens q̄ppe ab hoc pia-
culo pꝛeſbiter tu⁹ eſt o epiſcope: nihil mi-
hi ⁊ illi niſi cōmunis nature conſoꝛtium
Sonat mox in oīm oꝛe gratiarū actio et
vox laudis: populus exultat intelligens
quia per ſctm̄ ninianū viſitauit dñs ple-
bem ſuam. Interea ſctūs ninianus au-
ſtrales pictos quibus adhuc erroꝛ genti-
lis inherens idola venerari ac colere com
pellebat aggrediēs euāgelij veritatē ſe-
quentibus ſignis pꝛedicabat. Ceci vidēt /
claudi ambulāt lepꝛoſi mūdantur. Sur-
di audiūt moꝛtui reſurgūt oppꝛ̄ſſi a demo
nibus liberantur. Sicq̄ȝ fides ſuſcipitur
erroꝛ abdicat / deſtructis tēplis eccl'ie eri-
guntur / currūt ad ſalutis lauachꝛū diui-
tes ⁊ pauperes grās deo agūt in inſulis
que pꝛocul ſunt habitantes. Oꝛdinauit
pꝛeſbiteros epiſcopos conſecrauit: ⁊ totā
terram per certas parochias diuiſit ¶ Cō
firmatis in fide om̄ibus cū ad eccl'iam ſu
am eſſet regreſſus refectoꝛiū die quadā
cum fratribus intrauit ⁊ vidēs nihil ole-
rum vel herbarū menſis impoſitū vocat
fratrem cui fuerat hoꝛti cura cōmiſſa: et
defectus cauſam inquirenti ille ait. Uere
pater quicq̄d poꝛroꝛū vel huiuſmodi ſup-
erat terre mādaui nec aliq̄d adhuc aptū
eſui hoꝛtus pꝛoduxit. Uade inquit ſctūs
⁊ q̄cquid inuenerit man⁹ tua tolle ⁊ affer
ad me. Cūq̄ȝ iuſſu epi frater hoꝛtū intraſ-
ſet videt poꝛros aliaq̄ȝ herbaruȝ genera
nō ſolum creuiſſe ſed etiā ſemen pꝛodu-
xiſſe. Et grās agēs deo quātū ſufficere vi
debatur carpēs ante pontificē menſe ap-
poſuit. ¶ Cū fures aīalia ei⁹ abducere ni-
terentur taur⁹ quidā quaſi in furoꝛē ver
ſus illos inuaſit ⁊ pꝛincipē illoꝛū pꝛoſtra
uit ⁊ ventrē coꝛnibus perfoꝛans animam
cū viſcerib⁹ excuſſit. Deinde terram vn-
gulis fodiens mirabili impetu ſaxū qđ in
uenerat pede pcuſſit ⁊ in tāti miraculi te
ſtimoniū quaſi in molli cera ī lapide pes
mergitur relinquens in petra veſtigium
⁊ ob veſtigiū vſq̄ȝ hodie loco nomē. Ma-
ne vero ſctūs eps moꝛtuum inueniēs a la
chꝛimis ⁊ pꝛecib⁹ nō ceſſauit donec homi
nē viuū ⁊ ſanū reddidit. ¶ Cogitante me
hui⁹ ſancti niniani / dunſtani / alioꝛūq̄ȝ cō

feſſorū xpi manſuetudinē/pietatē/⁊ conuerſationē: pudet miſerie nr̄e/ pudet fragilis generatiōis ignauie. Quis rogo noſtrū etiā domi it̄ domeſticos ocioſa poti⁹ q̄ vtilia/carnalia q̄ ſpūalia i mediū mutua cōfabulatione ⁊ collatione nō proferat? Ora que ad laudādū deū ad ſacra miſteria celebrāda grā diuina ſacrauit quotidie detractionib⁹ verbiſq̄ ſecularibus polluunt ⁊ dū pſalmos aliaſq̄ orationes faſtidiunt per hoīm opera vana ⁊ turpia tota die diſcurrūt. Nōne ſicut corp⁹ita ⁊ aīa tota die in motu eſt/lingua i ocio? Rumores ⁊ mores hominū impiorum in ore verſantiū riſu ⁊ fabilis grauitas religioſa diſſoluitur: negotia regū/epōrū officia miniſteria clericorū/principū altercationes/vita oīm ⁊ mores diſcutiuntur. Preter ip̄m iudiciū nr̄m om̄ia iudicamus: et quod magis dolendū eſt inuicem mordemus ⁊ comedimus. Non ſic beati confeſſores non ſic: quorum quieti turba nō obfuit nec meditationē ipediuit iter nec laſſitudine tepuit oratio. Ubicunq̄ enim incedebant aut oratione aut contemplatione ſeu operibus bonis ad celeſtia animu̅ erigebant. Ninianus enim quotiens ab itinere diuertens requiei corporis indulgebat: producto libello legere aut meditationi inſiſtere gratum habebat. Tantam illi gratiam virtus diuina contulit vt etiam ſub diuo recūbens ⁊ legens inter denſiſſimas pluuias nihil vnq̄ humoris cui intendebat codici attigiſſet. Sed vicinis locis aqua circūquaq̄ irruente madentibus ſolus cum libello ſuo ita ſub vndis: quaſi ſub tecti culmine reſideret. Contigit aliquando ninianū cū fratre ſuo ſancto plebeia noīe iter agere qui a via quieſcendi gratia diuertentes apertis pſalterijs ſacra lectiōe animos recreabāt. Mox aeris ſerenitas atris obducta nubibus aquas quas hauſtu naturali cōceperat de ſuperioribus ad inferiora tranſmiſit. Ceter vero aer inſtar camere circa chriſti famulos arcuatus quaſi paries aliquis vndis defluentibus impenitrabilis perſiſtebat. Uerum inter pſallendum beatus ninianus oculos a libello detorſit: tact⁹ modicum cogitatiōe illicita etiam deſiderio quodam demonis ſuggeſtione titillabat. Mox q̄ ipſum codicem eius ymber inuadens prodijt quod latebat. Tunc frater eius quid agebatur intelligens cum ipſum leuiter corripuiſſet i ſe reuerſus epiſcopus erubuit ſe inutili cogitatiōe fuiſſe preuentum eodemq̄ momēto temporis ⁊ cogitationem depoſuit et ymbrem ſuſpendit. Plures interea tā nobiles q̄ mediocres filios ſuos viro ſancto ſacris literis tradunt imbuēdos quos ſcientia erudiebat/moribus informabat/ſalubri diſciplina vitia coercens ſobrie/pie/ et iuſte viuere inſinuans. Deliquit aliquando vnus ex diſcipulis ſancti viri: et timens diſciplinam baculum ſcti viri cui ſolebat inniti ſecum aſportare non timuit. Et intrās paruulā nauiculā vētis irruentib⁹ quaſi ſubito longius in mari deduct⁹ q̄d ageret/quo verteret ignorans in ſe reuerſus reatū ↄfitet/veniā poſtulat/ niniani ſctīs meritis diuinū ſibi adeſſe auxilium p̄cat. In vno foraminū baculū epī fixit ⁊ mox ad baculi tactū vent⁹ ab oriēte exurgēs nauiculam leui pulſu portabat. Reatus p̄ velo ventū excipiebat pro gubernaculo nauem regebat. Et aſcendēs adoleſcens in terrā ſcti baculū in littore fixit: rogās deū vt in teſtimonium tāti miraculi miſſis radicibus humoreq̄ cōtra naturā recepto ramos frondeſq̄ p̄duceret. Nec mora lignum aridum porrectis radicib⁹ ⁊ nouo ſe cortice veſtiens frondes ramoſq̄ produxit: ⁊ in arborem non modicam creſcens virtutem niniani etiam nūc cūctis cernentibus patefacit. Adijcit inſup miraculo miraculū: nā ad radicē arboris fons limpidus erūpens riuulū ductu lon

gioꝛi emiſit infirmis ob ſcti merita vtile⁊
⁊ ſalubꝛem. Hijs atq; huiuſmodi mira-
culis beat⁹ ninian⁹ mirabiliter fulgens
ac ſummis virtutib⁹ pollens ad diem vo
cationis ſue felici curſu peruenit. Sicq;
vita perfect⁹/ etate matur⁹ ſextodecimo
kal. octobꝛis celeſtia feliciter conſcendit:
ſepultuſq; eſt in eccl'ia beati martini quã
ipſe a fundamẽtis cõſtruxerat. Quidam
de plebe de vxoꝛe pꝛopꝛia nat⁹ eſt filius
miſerabilis vtriuſq; parẽtis doloꝛ plebis
admiratio/intuentiũ hoꝛroꝛ: quẽ ꝯtra na
turã natura foꝛmauerat oĩbus membꝛis
in cõtrariũ verſis. Retrouerſis nãq; pe-
dum articulis tali alteri⁹ ꝓminebãt/doꝛ
ſum vultui coherebat/pectus vicinabat
occipiti/curuatis bꝛachijs/manus cubi-
tis inſidebãt. Jacebat illa effigies cui da
ta fuerant mẽbꝛa ſine vſu/ vita ſine fru-
ctu: cui artub⁹ ceteris diſſolutis ſola ſup
erat lingua. Deferẽtes eũ parẽtes ad tũ-
bam ſcti niniani dixerũt. Certe nos feſſi
⁊ fatigati triſticia affecti ⁊ tedio victi tue
iſtum pietati exponim⁹. Nimirũ ſi mun⁹
eſt debet offerentib⁹ grã: ſi onus tu vtiq;
foꝛtioꝛ ad ſuſtinendũ cui potioꝛ virt⁹ eſt
ad ſubueniendũ. Hic igitur aut moꝛiatur/
aut viuat/aut ſanetur/aut pereat. Hec vel
ſimilia cũ lachꝛimis ꝓſequuti relicto ibi-
dem egroto diſcedũt. Et ecce intẽpeſte no
ctis ſilentio vidit miſer aduentantẽ ad ſe
virũ celeſti luce choꝛuſcũ pontificalib⁹ in
ſignijs pꝛefulgentẽ. Qui tãgens ei caput
iubet ſanũ cõſurgere et deo ſaluatoꝛi ſuo
grãs agere. Quo abcedente de graui ſom-
pno euigilans paup mẽbꝛa ſingula ad lo
ca naturalia facili motu retoꝛquet. Recu
perato vero mẽbꝛoꝝ officio tpis pꝛoceſſu
attonſus in clericũ ⁊ ad ſacerdotiũ ꝓmo-
tus in ſcti niniani obſequijs vitã finiuit.
Duo lepꝛoſi ad fontem ſcti niniani ac-
cedẽtes aqua ſe abluũt ⁊ caro eoꝝ mũda
ta ſicut caro paruuli reſtituta eſt.

## De ſctõ Odone archiepõ ⁊ confeſſoꝛe.

Venerabilis xpi confeſſoꝛ odo
nobilibus ſed paganis parẽ
tibus oꝛiundus ſicut roſa de
ſpinis floꝛuit vl' quaſi pꝛecio
ſa de vilibus vaſculis aroma
ta pꝛoceſſit. Nam ex impia illa danoꝛum
multitudine fertur genus habuiſſe: que
olim ſceleratiſſimũ pꝛedonem hynguar
comitata nauali manu in regnum anglo
rum eſt aducta. Hos ille natiuitates pꝛi
cipes ſoꝛtitus ⁊ eoꝛũ accuratiſſima edu-
catione ad iuueniles annos tranſlat⁹ fe-
ſtinabat chꝛiſtianoꝛum cõuenticula inde
ſinenter adire: diuinos qui ab eis dicebã
tur ſermones magna animi oblectatiõe
audire. Domum enim reuertens que au
dierat parentum auribus ſedulo infũde-
bat. Super quibus bonoꝛũ ſtudioꝛu⁊ pꝛi
moꝛdijs pater impius impie irritat⁹ pꝛo
hibebat ne omino chꝛiſtu⁊ nominaret: ne
paternas inſtitutiones chꝛiſtiane religio
nis veneratione immutaret. Verũ ille pꝛo-
hibentis imperiũ penitus deſpiciens ma
gis ac magis eccleſie limina non deſijt te
rere: diuini verbi intento animo ſemina
percipere ⁊ que perceperat abſq; pauoꝛe
domi nunciare. Hinc iterum pater ſupꝛa
humanum modũ exaſperatus grauiſſi-
ma illum coꝛreptione affligit iuſq; here-
ditatis quod ad illũ venire debebat ſubtra
xit. Tunc puer exultans in domino ꝙ ta-
lem pꝛo eius nomine pꝛoſcriptionem ſub
iret in terra pꝛopter quam aſcribendum
ſe eſſe confideret in celo. Dimiſſis paren
tibus parentumq; diuitijs nudus ⁊ omni
mundano decoꝛe pꝛiuatus aufugit: adi-
toq; duce quodam nomine ethelelmo qui
in domo regis edwini ⁊ xpianiſſimus et
inter ceteros optimates pꝛeſtantiſſimus
erat: poſtulabat illius ſe potentia ⁊ aucto
ritate a parẽtũ ſuoꝝ furoꝛe defendi. Qui
bona adoleſcentis indole gaudens nec di
gnũ aliquaten⁹ eſſe iudicans vt tale dec⁹
paganicis ritib⁹ ſub patris iperio deſer-

uiret: paterno illum affectu ſuſcepit defē
ſiōe muniuit ⁊ auxilijs neceſſarijs fouit.
Deinde greca ⁊ latina lingua magiſtris
edocēdū tradidit quarū linguarū pleriſ-
q; tūc tēporis in gente anglorū vſus erat
a diſcipulis theodori archiepī diffuſ⁹. Fa
ctus eſt aūt in vtraq; lingua valde perit⁹
ita vt poſſet poemata fingere ⁊ omino qc
quid vellet diſerto ſermone pferre. Poſt
hec baptizatus admonitionē dñi ſui vſq;
ad ſubdiaconatū pductus eſt: in quo gra-
du per aliqt annos ita ſctitate vite ⁊ pre-
dicationis ſinceritate pollebat vt quicū-
q; illum agnoſceret ſpūs ſcti templū eſſe
non dubitaret. Dñi ſui tādē ſuaſu ad ſa
cerdotij gradū prouect⁹ eſt. Ex quo tēpoē
tam ipſe dux q̄ ceteri pene oēs regalis pa-
latij principes in ſumma eū veneratione
habere ceperūt: ſecreta male acte vite ei
aperire ⁊ de hijs emendādis eius cōſilio
libenter credere. Suggeſſit interea dux
regi habere ſe deſideriū proficiſcendi ro-
mam ⁊ ſctis apoſtolis ibi ſupplicādi. Cū
q; licenciatus a rege iter arriperet cōtigit
illum ifirmitate grauiſſima detineri odo
nem ad ſe venire facit: oratq; vt p ſui libe
ratione dño preces effundat referēs ſe in
dubitanter credere q̄ nihil ei diuina pie-
tas denegaret quē a puero in magna gra
tia acceptū haberet. Tūc odo terre pcū-
bit deoq; cū lachrimis preces fūdit: ⁊ ſur
gens ab oratione calicē vini benedixit do
mino porrexit quē cū bibiſſet: redditā ſibi
oīmodā medelam pſenſit. Facta vo pe-
regrinatione ad domū cū gaudio reuer-
ſus eſt. Audiens autē rex que in via per
beatū odonem geſta fuerāt q̄uis ipſe ma
lus bonos tñ in regno ſuo habere ſe glori
ans cum electione totius eccleſie conſtitu
it illum ſedis que nunc ſareſberi noīatur
epm. Excurſo deniq; breui temporis ſpa
cio mortuo cantuarienſi archiepō ab oīi
bus epiſcopis odo electus eſt. Quia eniz
regem prauorū eſſe morū ſciebant nec ei⁹
peruerſitati vlla contradictione obuiare
audebant ſperabāt ideo odonē robuſtius
pre ceteris acturū/ſuperbū regem humi-
liaturū/regia ſtupra dampnaturū: q2 et
ſctitate erat laudabilis/ſapiētia admira-
bilis/⁊ cſtātia ſingularis. Electus itaq;
ad archiepatū cantuarienſem dixit. No-
uerit tota britannia me nullo vnq̄ pacto
cōſenſurum vt in clericali habitu conſti-
tutus eccleſie cātuarie preſideā cui null⁹
antea qui monachus non fuerat ſcił pre
ſidiſſe. Miſſis igił a rege nūcijs apud flo
riacēſe mōaſteriū abbas cū nōnłlis frib⁹
pſpe angliā igredił: ⁊ odoni habitū reli
giōis ſctē tradito cū honoē regredił. Mox
nāq; ſuſcepto pallio cōtra ſeuiſſimū regē
ſeuer⁹ iſurgit mulieres adulteras quas
plures habebat a liminib⁹ ſctē ecclie ſeq-
ſtrauit. Sed cū nec ſic qdē illas a ſtupro
prohibere potuiſſet cōprehenſas iuſſit in
facie cādēti ferro turpari: ſicq; de regno
anglorū expelli. Deinde dulcib⁹ ſimł ver
bis ac terrorib⁹ regem admonuit vt a tā
ta ſe impietate cōpeſcat: ne dei irati vin-
dictā ſupra ſe citius expiatur: ideo q̄ i al
tiori gradu ruina ſit grauior et infirma-
to capite membra ſana eſſe nequeāt. Ita
q; propter ſancti huius conſtantiam bo-
ni cognomen accepit eo q̄ a tramite veri-
tatis nec timore nec gratia deflecti poſſet
Eo tempore quidā de clero cantuarien-
ſis eccleſie aſſeuerare conabantur panē
⁊ vinum que in altari ponuntur poſt con
ſecrationem in priori ſubſtantia perma-
nere et figuram tantummodo eſſe corpo-
ris et ſanguinis xpi: non verum xpi cor-
pus et ſanguinem. Quorū ille enormem
perfidiam deſtruere cupiens dū quadam
die in cōſpectu populi miſſam celebraret:
fuſis ad deum lachrimis dei clementiam
poſtulauit: vt ad expellendos hominum
errores diuinorū miſteriorum declararet
proprietatē. Cumq; ad confractionem vē
tum fuiſſet cōfeſtim inter manus pontifi

cis fragmenta corporis xp̄i ſanguinē manare ceperūt. Stās itaq; pontifex et pre gaudio vberes lachrimas fundens innuit aſtantibus miniſtris vt illi propius accedant q nuper in fide titubauerant. Qui in tantarum rerum conſideratione pauefacti exclamauerūt O inter hoīes feliciſſimū cui hodie filius dei ſemetipm̄ in carne dignatus eſt reuelare. Exora p̄ſul ſanctiſſime vt in priſtinā formā ſanguis preſens cōmutetur ne nos ꝑpter infidelitatis errorem diuina vltio ſequatur. Orauit ergo et reſpiciens ad aram vbi dimiſerat ſanguinem reppetit vinū. Cū autē eccleſiam ſuā cui preerat reparare vellet deprecatus eſt dn̄z vt quouſq; opus inceptum ↄſummatū fuiſſet nulla infuſio imbriū aut vis ventorū infra parietes eccl'ie deſcenderet que clericos a diuino ope prohibere poſſet: factūq; eſt vt in trib⁹ continuis annis quib⁹ eccl'ia edificaret̄ nō tm̄ infra ambitum eccl'ie ſed nec ītra muros totius ciuitatis pluuia aliqñ deſcēderet. Cum aūt rex edwin⁹ libidini dedit⁹ poſt officiū eccleſiaſticū vna cū ep̄is ⁊ magnatibus iam pranſus die quadā ſederet ſubito exiliens relictis oībus in ſecretiorem camerā ſe cōtulit: duaꝝ feminaꝝ illic eū operientium ſtupri ardore ſuccenſus infandū conſortiū expetiſt. Que res conſidentiū mētes magni pudoris merore deiecit. Habito aūt inter eos colloquio miſſ⁹ eſt abbas dunſtanus regē ab illicitis amplexibus abſtrahere ⁊ ad regiam ſedē inter principes reuocare. Et factum eſt ita. Eapropter turbatus rex dunſtanū ſpoliatū exilio dāpnat. Jccirco eni odo vbi eū nec admonitionibus ſuis ſe velle corrigere videt: vnā de dictis mulierib⁹ qua rex frequenti⁹ abutebatur miſſis militibus a curia regis in qua manebat violent̄ abdurit ⁊ eam in facie deturpatā ac candēti ferro denotatam in hiberniā exilio detruſit. Erat enim ſanctus odo oīm iniquitatū inflexibilis aduerſarius: nō hūc alicui⁹ gaudij ſecularis illecebre non hominū mine/ nō cuiuſuis dampni perpeſſio poterat a rectitudine deterrere. Rege tandem edwino pro ſuis criminib⁹ eliminato: edgarus frater eius ſuper totā angliam rex conſecratur. Cum aūt dūſtanum in ep̄m Wigornienſem cōſecrare deberet hoīem qui ad Wicciorum pontificatum promouendus aduenerat in pontificem cantuariorū ſcti ſp̄us operatiōe promouit. Super quo a circūſtantib⁹ cur ſic ageret inquiſitus: ſcio inquit filij ſcio q̄d operetur in me deus. Et hunc quidē Wigornienſis prouincia me viuente paſtorē habebit: ſed tota britannia me defuncto eodem rectore gaudebit nec enī lege ſancti ſp̄us donū ſtringi poteſt. Sctūs tandem odo in ſenectute bona virtutibus et opib⁹ bonis plenus: relicto ſeculo celeſtia penetrauit quarto nonas Julij Poſt cuius trāſitū obtinuit locū ſummi ſacerdotij elſſinus Wētan⁹ ep̄s data pecunia p̄ncipib⁹ q̄ primi erāt in domo regis edgari Nā et ante odonē magna ad rapiendum ſacerdotiū cupidine agebatur ſed proborū conſtantia epoꝝ a ꝓpoſito decidit. Cū vero die aduent⁹ ſui cātuariam ſolēpni proceſſione ſuſceptus fuiſſet acceſſit ad ſepulchrū ſcti odonis ſtāſq; ſup illud ita defūcto exprobraē nō timuit. Jnepte ſenex ecce tu mortu⁹ es ⁊ ſub tellure putridus iaces: te viuēte ſumm⁹ anglorū pōtifex eſſe nō potui te obeūte fact⁹ ſum qd̄ olim eſſe cōcupiui ⁊ inde male ac decrepite ſenex nl'las grās habeas: qr ſi vltra viuere potuiſſes mihi habitū honorē concedē noluiſſes. Et baculo tūbum ſancti percutiens ſtulto furore accenſus tn̄ receſſit. Eadem nocte apparuit ſctūs odo cuſtodi eccleſie ſaluatoris vultū lacteū habēs veſtimentū vero roſei coloris ita dicens. Surge et dic elſſino ep̄o. Hec mandat tibi ſeruus xp̄i odo. Non ſum mortuus ſed viuo

regi meo om̄ipotenti deo atq̀ʒ vt hoc cer-
tiſſime experiaris: noueris qꝛ ſicut tu me
viuente ad archiep̄atum peruenire non
potuiſti ita per me nūc in celeſti regno vi
uentem inuaſum honoꝛē in ꝓximo ꝑdes
Et qm̄ heſterno die me verbis expꝛobꝛa-
ſti baculo tuo ſepulchꝛū meum percuſſi-
ſti: pꝛedico tibi qꝛ mare tranſfretabis/al-
pes aſcendes ſed pallium non obtinebis.
Cūq̀ʒ illi ter ſic apparuiſſet et ille cuncta
ep̄o retuliſſet: ille que audierat peruipē-
dens verba inepte dicebat eſſe ꝯminatio
nis. Demū vt in vita ſancti dūſtani habe
tur inter alpes niuibꝰ concluſus miſere
vitam finiuit. ¶ Narratio

Circa annū dn̄i octingētesimū quartū-
decimū cū ludouicꝰ pius imperatoꝛ quē-
dam fredericū ad traiectenſem ꝓmouiſ-
ſet ſedem: rex ipſe pꝛimo oꝛdinatiōis die
ad dexteram ep̄i ſedit in pꝛandio monuit
q̀ʒ pꝛeſulem inter cetera vt recentis ꝓfeſ
ſionis memoꝛ anteceſſoꝛū ſuoꝛū cōſtanti
am ſequens ſine acceptione perſonaruʒ
vera pꝛoponeret ac cōtemptoꝛibꝰ penaʒ
infligeret. Cui ep̄s. Recte mecū agis dn̄e
rex qui pꝛofeſſiōis mee teneritudinē ſan
ctis aīas hoꝛtatibus ſed ne grauet queſo
maieſtas tua ſoluere qđ animꝰ meꝰ diu
volutauit vtrū piſcem hic appoſitū hone
ſtiꝰ ſit a capite an a cauda aggredi. Rex
aūt pꝛepꝛoperꝰ ⁊ q̄ptū ſe inuiſcaſſet neſci
us a capite inquit. Et ille. Sic dn̄e angu
ſte te decet vt fides xp̄iana te pꝛimo de tu
is erratibꝰ cōpeſcat: ne ſubditi audeant
ſpernere qđ te viderit toleraſſe. Renūcia
igit̄ inceſto m̄rimonio qđ cū illa inditha
cōtraxiſti. Qđ quidē dictū rex lʒ meſtꝰ to
lerauit. Sermo in latū volās aures eccle
ſiaſticoꝝ in tm̄ exulcerauit vt cōſilio ſuꝑ
hoc acto rex ip̄e ſoluto cōnubio ſeip̄m de-
poneret ⁊ in ergaſtulo cōtraderet: femīa
in monaſterio detruſa. Mediāte poſtre-
mo ep̄o p̄fato ap̄lice ſedis pietate decretū
eſt vt in dicta p̄nia legitimo decetero vte-
rent̄ cōnubio. Impatoꝛe remiſſa libēt in-
iuria: mulier ꝑ duos ſatellites epiſcopuʒ
pꝛefatum ſacerdotalibus indutum poſt
miſſam celebꝛatam occidi fecit.

## ¶ De ſancto Odulpho confeſſoꝛe.

Empoꝛe ludouici pijſſimi augu-
ſti erat vir quidā venerabilis ex
nobili pꝛoſapia francoꝛū oꝛiūdꝰ
noīe bodgis de quo filius deo acceptꝰ no-
mine odulphus pꝛocreatꝰ eſt: Qui abla-
ctatus ſacre eruditionis tradit̄ ſtudijs ⁊
ſctis ac deo deuotis doctoꝛibꝰ cōmendat̄
erudiendus. Creuit enī ſapientia ⁊ etate
ac ſctitate puer venerabilis ⁊ relictis pꝛo
pinquis ⁊ amicis apud traiectum opidū
a ſctō ep̄o frederico cū magno honoꝛe ſuſ-
cipitur ⁊ cū ip̄o diu manēs in vigilijs per
uigil/in ieiunijs potens/in oꝛonibꝰ ſedu
lus/in ſacra lectiōe extitit ſtudioſus. Cō-
tigit enī vt friſones viri feroces ad tanti
erroꝛis dementiā deuenirēt: vt dictꝰ ep̄s
nec per ſe nec ꝑ archidiaconos ad viā veri
tatis reuocare eos poſſet. Vn̄ traiectū li-
teras direxit ⁊ ſctm̄ dei famulum deuote
popoſcit vt ſine moꝛa ad ip̄m feſtinaret.
Ad quē cū veniſſet cepunt per eccl̄ias ver
bū dei ppl̄o p̄dicare donec hoīes velut lu-
pi rapaces ſalutari dogmate ī māſuetas
ꝯuerterēt oues. Sctūs igit̄ odulphꝰ roga
tu ep̄i ibi manēs: ppl̄o vite v̄bū p̄dicare
nō ceſſabat. Nil terrenū ī hac vita cura-
bat vt depoſito carnis onere p̄mia eterna
accipe ī celis mereret̄. Spū v̄o ꝓphetico
plenꝰ vētura q̄ſi iā facta cerneret p̄dixit.
Senectute demū grauatus ⁊ baculi ſui
oblitꝰ ad eccl̄iam die quadā ꝓrexit ⁊ iſtin
ctu īimici cella eiꝰ cū oī ſupellectili ſua in
flāmat̄ Quo audito fuſa cū lachꝛimis ad
deū pꝛece incēdiū ꝯtinuo manſueſcit nec
vltra p̄ualuit: cellā ſolūmō quā īuaſerat
cōbuſſit baculo illeſo. Eundē poſt obituʒ
eiꝰ baculū ſuꝑ ſepulchꝛū eiꝰ f̄res fixerūt

qui in loco vbi fixus fuerat vſq ad tēpo-
ra beati radbodi epi perdurauit. Febre tā
dē correpte in oī ſctitate preſentē vitā de-
ſerēs celeſtia penitrauit pridie Id9 iunij
et tāta illic miri odoris aſpſa ē fragrātia
vt oēs qui illic aderāt ineſtimabili ſuaui-
tate replerent. Accidit enī tpe canuti re
gis anglorū et dacorum q quidā viri oſſa ſā
cti odulphi auferētes mira audacia lōdo
nias tranſtulerūt. Ea tēpeſtate ailward9
eps londoniēſis ecclīaz eueſhaniēſem re-
gebat qui cū intellexiſſet reliqas ſcti odul
phi londonijs aduectas cētū libras vendē
tibus dedit ſicq ieſtimabilē theſaurū glo-
rioſe acqſiuit et cū magno honore ad eueſ
hamēſem ecclīam aduexit. Tpe frederi
ci epi tratectēſis beatū odulphum altari
aſſiſtere cōtigit et ecce iuxta altare aſtitit
ei angel9 dñi talia ſctō viro annūciās. Fe
ſtina inqt vir dei veloci9 miſſā finire et ſi-
cut aſtas ſacerdotalib9 veſtimētis indut9
ſctm̄ calicē manib9 tenēs ad mare cōcito
gradu ppera illicq nauē inuenies que te
traiectū recto tramite deducet. Niſi ei fe-
ſtinās illuc citius veneris traiectenſis pō
tifex more ſolito miſſam ſolēniter celebra
bit. Qd ſi auſu temerario facere preſum-
pſerit diuino iuditio pter pctm̄ qd no-
cte cōmiſit diabolo tradit9 miſerabilit in
infernū ſepeliend9 ſuffocabitur. Hec an-
gelo dicēte genuſq pcti ſeriati innoteſcē
te: ſctūs odulph9 mox ſicut iuſſū fuerat
calicē manib9 ferēs ſacerdotalibuſq ve-
ſtimētis indut9 ad mare nemini quicq di
cēs cōcito properabat et nauē aſcēdēs ſine
aliquo remorum aut nauis gubernaculo
ad traiectenſe littus appulſus eſt: iuenit
q epm cū nimia pompa ad miſſarum ſo-
lēnia ſe preparantē. Uidens aūt eps bea
tum odulphū ſacerdotalibus indutū ca-
licemq manibus tenentē prope aſſiſtere:
admirans ait. Quid tu inquit bone odul
phe tam inſpatus et tam inopinato modo
paratus tam feſtinus hac die aduenisti:
Et ille. Neceſſitate quadā pmaxima coa
ct9 dñe prēvraz ſctitatē tali mō expetij Uo
cāſq epm ſeorſum viſionē angelicā oēm
q rei veritatē ſibi ex ordine pandit: quo-
niam in eadē ſctiſſima nocte paſchali cū
quadā ſanctimoniali ppria videlz ſorore
peccaſſet. Qd audiens eps et vltra q eſti-
mari poſſit dei iudiciū expaueſcēs iuſſit
btm̄ odulphū miſſam ſolēniter celebrare
Poſtea aūt condignam penitentiā a ſan-
cto odulpho ſibi iniunctam explens epa-
tum reliquit decem annis exilium paſſ9:
omībuſq ſuis icognitus beato odulpho
cura paſtorali commiſſa. Elapſis vero de
cem annis prefatus pontifex fredericus
ſancti ſpiritus operante gratia apicē pō-
tificatus et tanti ordinis admirandā ſan
ctitatem vt crebra ipſius teſtantur mira-
cula obtinere meruit.

## ¶ De ſancta Oſitha virgine et martire.

Beata oſitha virgo et martyr
ex nobiliſſimis anglorum nata-
lib9 originē duxit. Erat aūt fi-
lia frithewaldi regis et Wil-
burge filie regis pēde mercio
rum. Traditur aūt virgo oſitha bonis in
formāda morib9 ſctē modwenne abbatiſ-
ſe que iuxta ſiluam que arderna dicitur
duo conſtruxerat monaſteria vnū in loco
qui polleſworth dicitur/aliud in manſio
ne que ſtreueſhal nūcupatur. Horū alte-
rū ſibi elegit orationibus intēta: reliquū
conceſſit beate edithe ſorori regis alfridi
ob ſanctitatis meritum ſibi familiariter
dilecte que in congregatione ſanctarum
virginnm mater et cuſtos effecta eſt. Hu
ic aliquamdiu herebat adoleſcentula dei
ancilla Oſitha a ſancta modwenna abba
tiſſa commendata. Cum itaq hiberno
tempore contingeret beatam editham cu
iuſdam codicis inſpectioni vacare diſpo-
ſuit ſctē modwēne comunicaē ea q lectiōi

vtilia in eo aduerterat. Uade inqt oſitha ⁊ defer volumē iſtud ad dñam et matrē noſtram modwennā in eo foꝛte aliqd ſancte cōtemplationis et edificatiōis exēplū poterit inueniri. Que accepto libꝛo cum ad quēdam pontem ligneū perueniſſet: vi ventoꝛū in pontis faſtigio impulſa deoꝛſum lapſa coꝛruit ⁊ īpetu fluminis rapta in momēto abſoꝛpta eſt. Elapſis aūt tribus diebus angelus dñi modwēne in cella oꝛanti apparens dixit. Uade cū feſtinatione ad fluuiū aliquid ibi neceſſariū operatura. Que cū perueniſſet ad fluuiū inuenit ibi editham virginem puellā oſitham queritantem. Quam abbatiſſa velut expauentem cōſiderās ait. Quid ē ſoroꝛ? Recta ne ſunt om̄ia? Jlla reſpondit. Ecce inqt tres dies ſunt dña ex quo trāſmiſi oſithā ad te ⁊ veni querere quare nō regrederetur ad me. Nunqd nō apud te eſt? Et illa. Uere inquit non vidi eam nec venit ad me. Et iterrogati paſtoꝛes ſi puellam vidiſſent dixerunt. Nudiuſtercius puellam pontem aſcendere vidimus: ſed quo abiit aut quo deuenit nimirū curā agentes de pecoꝛibus ⁊ ad alia intenti penitus ignoꝛamus. Quo audito ſctā modwenna ait ad edithā. Depꝛecemur ſoꝛoꝛ chariſſima dñm vt meritis oīm ſanctoꝛū ſuoꝛum reſtituat nobis in hac hoꝛa puellam perditā vt videamus ⁊ cognoſcamꝰ eius mirabilem potētiam et collaudemꝰ īperpetuum miſericoꝛdiam ſuam. Cum igitur ad terram inclinate diu cum lachꝛimis ambe oꝛaſſent modwēna ab oꝛatione ſurgens clara voce tribus vicibus exclamauit. Oſitha/oſitha/oſitha in noīe ſancte et indiuidue trinitatis veni foꝛas: et de hoc flumine in quo ſubmerſa es ꝑ virtutē poteſtatis ipſius vite reſtituta ſana et incolumis emergas. Necdū plene verba finierat virgo ſancta: et ecce puella de fluuio cum volumine illeſo pꝛodiit: ⁊ trina vice ſermone abſoluto reſpondit. Ecce ego/ecce ego/ecce ego dña mea. Quam ſancta modwenna cum magna exultatione ſuſcipiens et gratias īmēſas deo agēs edithe illam reddidit ⁊ retento ſecum volumine ad cellam remeauit. Locus aūt ille ab euentu nomē ſoꝛtitꝰ ab incolis nunpole appellatur. Uerūptamen monialis tūc non extitit licet nigro pallio illā tunc amictam fuiſſe credatur. Poſt tranſitū vero ſancte modwēne beata oſitha ad parentes reducta virtute et moꝛibus quotidie ꝓficiebat: Cumqꝫ nubilis tempoꝛis pꝛoceſſu eſſe conſpiceretur: rex quidā oꝛientalium ſaxonum ſigherus noīe parentes puelle ſollicitās virginē ſibi petiit dari in coniugem. Que cū a parentibus cōmoneretur aſſenſum pꝛebere eoꝛū blanditijs fauere recuſans aīo et actu virginitatis ſibi placere puritatem inſinuauit. Renitens tamen et inuita dicto regi nuptijs regali apparatu inſtructis deſpōſata traditur. Affectꝰ vero et deſideria ſua ſponſo ſuo celeſti commēdans cum oꝛationis inſtātia pꝛeces deo deuote fūdebat: vt a virili cōcubitu eam immaculatā cōſeruaret. Cumqꝫ multoꝛum dierū euolutione regis deſiderium laudabili fallatia ⁊ mltaꝝ occaſionū opoꝛtunitate viri ſui deſideria repꝛimeret eo ardentiꝰ quo de virginis voto minꝰ inſtructꝰ erat ad cubiculi ſecretioꝛis locum rex virginē iuſſit introduci vt diutius affectato concubitu vteretur. Affuit interea nutu diuino nūcius dño ſuo rumoꝛis ſolatia inſinuans: ceruum habitu coꝛpoꝛis ⁊ foꝛma ſpectabilem pꝛe foꝛibus atrij regalis diſcurrere. Sicqꝫ rex intactam deſerens reginā adiunctis ſibi venatoꝛibꝰ ad ceruum perſequendū perniciter aduolauit. Regina vero quaſi a naufragio erepta: liberatoꝛi ſuo xp̄o gratiarū actiones referebat. Miſitqꝫ feſtinanter lr̄as oꝛiētaliū angloꝛum epīs: ecce videlꝫ ⁊ bede wino viris religioſis mētis ſue deſideria expꝛimētes. Que

feſtino greſſu ad eā accedentes religiōis
habitū tradiderunt: ⁊ velo ſibi impoſito
monialem conſecrarunt. Rediens vō rex
poſt aliquot dies a venatione ad viſitādā
reginā alacriter ꝓperabat. Cūq; eā ha
bitu ſctō indutam ⁊ voto diuino cōſtrigi
aduerteret merore ⁊ meſticia concuſſ⁹ eſt
Nolens tñ amorem in odium cōmutare
reginā ꝓpoſito ſuo inſiſtere ſuſtinuit li
cet inuitus. Cōſtructis edificijs religioni
cōpetentibus dedit ei rex in poſſeſſionem
villam chichēſem. Regina vero cū aſſoci
atis ſibi virginibus ſacris vite auſterio
ris ꝓpoſitū aggreditur/ morū diſcipli
na/ ſilentij rigore/ ⁊ cōtinentie cēſura ſin
gulas īformās verbo ⁊ exemplo ad amo
rem celeſtium ⁊ mundi contemptū indeſi
nenter accendebat. Cūq; in dei famulatu
aliq̄diu deſudaſſet humani generis īimi
cus ⁊ virtutū exterminator diabol⁹ bea
te oſithe conuerſationi inuidit ⁊ quā ꝓ
ficere de die in diem cōſpexit a via ſctita
tis aduertē ſtuduit. Satellites itaq; ſu
os ad euerſionē ſacre virginis deſtinauit
⁊ de finibus dacie filios perditionis fidei
⁊ pietatis ignaros ad depopulandā oriē
talium anglorū plagā excitauit. Qui⁹ gē
tis barbare cōſuetudo fuit piratica exer
cere/ xp̄ianorū cede delectari/ rapinis in
hiare/ ociū inane eſtimabāt quotiēs a ſce
leribus ⁊ operib⁹ impietatis man⁹ conti
nerent. Anno igitur dñi ſexcēteſimo q̄n
quageſimotertio menſe octobris gentili
um caterua a dacorū partib⁹ nauib⁹ ad
uecta apud orientales ſaxones in villa q̄
dr̄ chiche appulſa ē. Qui de nauib⁹ egreſ
ſi rapina et incendijs chriſtianos ſeuien
do aggreſſi ſunt. Ille vero qui inter ſcele
ratos primus erat cū conditionem beate
oſithe requiſiſſet intellecto qḋ xp̄iana eſ
ſet precibus et muneribus ad ydolatriā
cepit eam inclinare ſubijciens minas ni
ſi deorū venerationi quos colebat conſen
tiret verberū ⁊ vulnerum crudelitatē cō
minando eā ſibi inclinare parabat. Vir
go tamen beata blanditias reſpuēs ad mi
narū aſperitatem imperterrita ſupplicio
rum ſibi īminētium diſpendia non time
bat. Unde princeps eius conſtantiam at
tendens ⁊ deorū ſuorū iniuriā non ferēs:
capitali ſentētia in illam ꝓuulgata ad
decollandū caput humiliare cōpulit. Sic
q; capite amputato mox virgo erigitur:
⁊ caput in terram collapſum manib⁹ ar
ripiens recto greſſu firmis veſtigijs ꝓ
grediens vſq; ad eccl'iam aplorū petri ⁊
pauli a loco paſſiōis quaſi per tria ſtadiā
diſtantem angelico ductu peruenit. Cūq;
ad oſtiū eccl'ie ſubſiſteret obſeratū mani
bus cruentatis quaſi vt ſibi aperiretur:
oſtiū pulſans ſanguinis veſtigia in eo re
liquit ⁊ ibidem ad terram cecidit. In lo
co aūt vbi glorioſa virgo capitalem ſubi
it ſententiam fons lucidus erupit varijs
morborum generibus ſanitatem prebēs
Audito aūt virginis ſācte martirio: pa
ter eius frethewald⁹ rex ⁊ Wilburga vx
or eius precipuo deſiderio eſtuabāt vt vel
truncati corporis pignore penes eos de
poſito conſolati doloris iacturam redime
rent. Cūq; corpus ſancte virginis ad eos
allatum eſſet in eccleſia de ayleſbiry cum
magno honore in locello plumbeo colloca
runt. Peractis autē multis poſt hec in
eodem loco meritis ſancte virginis mi
raculis: cuidam fabro ī viſu apparuit di
cens. Surge ⁊ vade ad eccleſiam aileſbi
rie ⁊ tollens loculum illum plumbeum:
in quo ſunt oſſa mea ⁊ equo caute impo
nens ad eccleſiam chichenſem deferre nō
differas. Et ne de labore tanto diffidas:
cum iter aggreſſus fueris in vie labore ⁊
ſarcine ſudore releuatrix ero ⁊ adiutrix.
Poſt trinam vero apparitionē nocte qua
dam nactus oportunitatē eccl'iam ingreſ
ſus excubantes ſopore grauatos inuenit
loculum plumbeum de terra euulſum:
equo impoſuit ⁊ abijt. Mane facto euigi

lantes cuſtodes excitatis côuicanijs platearum diuerticula ⁊ callium ſecreta côpendia rimant̄. ſi forte quem perſeq̄bant̄ ꝯprehendere poſſēt. Cūq; faber ille hoīm cateruā appropinquare côſpiceret: fuſa ad deum ⁊ ad virginem ſctām prece perſequentes eum mētis alienatione oculorumq; ſtupore mirabili percuſſi ad ꝓpria vacui redierunt. Faber vero cū reliquijs ſctē virginis cū ad eccl'iam chichēſem perueniſſet: mauricius londonienſis eṗs in ſcrinio precioſo reliquias ſctās cū honoē collocauit ⁊ roffenſis eṗs ibidē preſens a graui qua detinebatur infirmitate curari meruit. Cum quidā naute qðdā fruſtū marmoris de porticu eccleſie ſctē oſithe clam ſecum auferrēt: nauicula in qua fruſtū erat poſitū velut terre fixa immobilis erat donec reatu cognito fruſtum illud ad eccl'iam de qua erat ablatum attuliſſent. Clericus quidā voto ſimplici in monaſterio ſctē oſithe virginis habitum religionis ſuſcipere ſpoſpondit propoſitumq; arridente fortuna differens ad extrema vite morbi grauat⁹ moleſtia deducitur. Cui ſctā apparens oſitha ait. Quid eſt ꝙ tam ſolicite me inuocas? Nunquid meminiſti quid tibi fecerim quarto anno iam elapſo? Cū egrotares morti vicinus cū ſatiſfacerem huic prouincie imminente mortalitate ⁊ īpetraui a dño meo iheſu xp̄o vt viſitaret populū meū tunc dominum pro te rogaui ⁊ ab infirmitate tua liberatus vite conuerſionem promiſiſti: ⁊ ex tunc de malo in pei⁹ victitaſti. Qua igitur fronte luchris ⁊ nugis curialiū deditus me inuocare preſumis? Cūq; emēdationē vite cū lachrimis ſpoſpondiſſet: illa vultu hilariore illum intuēs ait. Miſereor tui ſi tui ipſe miſertus deo ſeruire vel ſero volueris. Eius vero tactu ſanatus habitum religionis ſuſcepit ⁊ deuote deo ſeruiens in priorem ſancti bartholomei londonijs electus eſt. Mulierem cōtractam erexit/iuueni muto et ſurdo loq̄lam et auditum reddidit: et multis alijs opem eius in ſua infirmitate implorantibus ſalute recepta ſubuenit. Puella quedam officio brachij ita priuata vt lateri inſeperabiliter adhereret cum meritis ſctē oſithe ſanata perfecte fuiſſet votū continentie commiſit proceſſu tamen temporis cum quodā iuuene matrimonium cōtraxit. Cui ſancta oſitha apparēs cur temerario auſu vota que diſtinxerūt labia ſua rupiſſet ſpurciſſimum côiugiū īproperando redarguit ⁊ ꝯpedum vinculo inuiſibili pedes eius arctius côſtringebat: vt pedē pedi ſubiectū diuellere non valēs officio pedū prorſus deſtituta vltionis diuine flagellam ſentiebat. Meritis tandē ſctē oſithe ſoſpitati reddita correctiori vite de reliquo ſtuduit adherere. Mulier q̄dam pedum officio multis annis deſtituta cū a cuſtodib⁹ eccleſie ſancti edmundi tanq̄ obprobrium hoīm ⁊ plebis abiectio proijceretur: quidā vultus venerandi in viſu ei apparens dixit. Mulier q̄d hic moraris? Fruſtra hic expectas quod petis: Surge alias tibi querenda eſt ſalus quā efflagitas. Et illa. Quis es dñe? Ego inquit ſum ſeruus dei edmundus vade ad eccl'iam ſctē oſithe vt ſanitatem perfectā conſequi merearis. Quo cuꝫ perueniſſet dolore mēbrorū q̇eſcente ſanata ſurrexit.

## ¶ De ſancta Oſmanna virgine.

BEata virgo oſmanna clara ſtirpe ac regali hibernienſiū progenita mandatis domini a pueritia tacito corde credebat ⁊ quaſi aurū electū ꝓbata ſuis parentib⁹ cum eſſent gentiles eaꝫ cogentibus ne xp̄icolis crederet: obiurganter obſtabat dicens. Cur inſana gens veſtris mutis idolis nil obeſſe nec auxiliari valentibus me dei cultricem caput incli-

nare cōpellitis legeſq; ꝓphanas exercere iubetis? Nō audientes parētes ei⁹ ſtupebant atq; alter ad alterū dicebat Quid dicem⁹ de illa iam fidei nr̄e penit⁹ obſtāte? Cū aūt tandē viderēt beatam virginē a via veritatis nolle ſeparari eā cuidam nobili i matrimoniū dare volebāt vt gaudio vacaret ⁊ xp̄ianos odio haberet. Qd illa intelligēs parentes ⁊ patriā dereliqt ⁊ aſſūpta ſecū ancilla nōie aclitenis trāſita mari in ſiluā iuxta ligerim fluuiū ab hoīm habitatione remotam domūculam ex folijs ⁊ frondib⁹ fecit: ⁊ radices herbarum ⁊ folia in cibū ſumpſit/ veſtes ex iuncis ⁊ lōgiorib⁹ herbis ſibi fecit. Poſt hec vero dū quidam venator pontificis cum multitudine canū aprū inſectaret aper ille ad beati oſmanni habitaculū ꝑueniēs ante pedes ei⁹ quaſi miam petēs ſe ꝓſtrauit. Quē cū venator adueniēs cultello occidere vellet: nulla gladij acies cutem ei⁹ penetrare potuit. Quo viſo ad ep̄m pergens ſe magica arte a virgine deluſū fuiſſe aſſerens: cuncta que viderat ſtuduit enarrare. Pergente illic ep̄o cū turba mlta inuenta eſt ab eis virgo ſctā orans ad dn̄m prona. Cūq; illam om̄ia preſtigia ⁊ ydoloꝝ culturā deteſtari et conuicia gēti increduli inferre viderent ep̄s ſic eam alloquitur. Credo te virgo apprime dei baptiſmo obedire atq; xp̄icolis ⁊ ꝓphetis indeſinenter credere. Quod ſtatim vt illa audiuit dixit: nihil in mundo ſe magis ꝙ baptiſmū affectare. Tūc gauiſus ep̄s de reſponſione illius ait. Dei templū Oſmanna deo ⁊ eius angelis atq; archangelis omnibuſq; deum diligentibus amica eris lauachrum ſuſcipiens regenerationis. Cūq; cathecumina fieret virgo ſancta: vir quidam cecus lumē oculorum recepit. Tradidit autem ei epiſcopus quendam agricolam qui edificaret ſibi ortum vnde virgo haberet ad veſcēdum. Quod videns diabolus agricole quodam mane apparuit dicens. Homo quid queris aut cui ſeruis quid vtilitatis de tua dn̄a cōſequeris? Si mihi volueris obedire tibi aurum et agentum ⁊ quicq̄d deſiderat anima tua dabo. Et ille. Si inquit hec vera eſſe ſcirem tibi obedirem et crederē. Hijs dictis: accedens temptator oſculatus eſt agricolam precando vt alterum alteri fidem daret ſibiq; conſulens vt frequenter ſue domine conuicia inferēdo eam ad iracundiam prouocaret. Cum igitur receſſiſſent ſe inuicem oſculando dicentes ſequenti die iuxta fontem inde nō longe decurrentem ſe viſuros ⁊ iterum mutuo loquuturos: mox agricola reuerſus domū maligno ſpiritu vexatus cepit amittere viſum. Cumq; ſacram virginem per domum oberrans videre non poſſet clamare cepit ⁊ dicere. Domina mea ab homine iniquo illuſus ſum ⁊ ante conſpectum tuum grauiter me peccaſſe confiteor. Cui illa miſerta ait. Renuncia drachoni peſſimo mundum circueunti ⁊ quem deuoret perquirenti vt dominus iheſus chriſtus miſereatur tui. Qui reſpondit. Virgo beata tuis meritis et orationibus credo me liberandum ab iniquo. Tunc illa ad deū preces fundens illum perfecte ſanitati reſtituit. Mute cuidam loquelum reddidit ⁊ varijs infirmitatib⁹ ſuis meritis medelam adhibuit. Filius regis hiſpanie nomine eclotonius: ea que neceſſaria erant pauperib⁹ errogabat xp̄mq; a pueritia ⁊ om̄es xp̄icolas diligebat. Quod vidēs mater eius affroniſia que erat pagana dixit ad eum. Si amplius chriſtum colueris: an̄ diē craſtinā morte morieris. Qui hec audiēs mot⁹ pre ira matri ſue maledictionē ꝓ maledictiōe intulit: ⁊ ꝓtinus ob hoc loquelā ſimul ⁊ viſum ꝑdidit. Mr̄ vero ꝓ dolore filij adeo mentē conſternata eſt vt in inſaniam verteretur. Quidam interi ſacerdos nōie remigi⁹ de partib⁹ in q̄b⁹ ſctā oſmāna degebat veniēs dixit ad illos

Si facere qđ docerem velletis vobis pro
deſſe poſſet. Cui rex ait. Si vxori mee et
filio poſſis conferre ſalutem mee telluris
epm vel certe participẽ medietatis regni
mei te conſtituã. Cui ſacerdos. Si ad ſã-
ctam oſmannã virginem cum vxore ⁊ fi-
lio accedere velis ipſa mediante reſtituta
vtriqꝫ pſtĩa ſanitate gaudebis. Rege ita-
qꝫ cum vxore et filio ⁊ multo comitatu ad
locum virginis properante ⁊ eam ſalutã
te virgo ſancta dixit. Quid queritis? Cũ
qꝫ illi dixiſſent ꝙ nihil aliud ꝙ̃ ſalutẽ eo-
rum quos torqueri videbat quererent: cõ
feſtim hoc dicto reſtituta eſt ſanitas tã re
gine ꝙ̃ filio. Hijs autem ⁊ multis alijs
choruſcans miraculis btã virgo oſman-
na tandem feliciter migrauit ad xp̃m q̊n
to Idꝰ ſeptembris. ¶ Narratio.

Vir dñi entices vt ait vincentius decur
ſo vite ſue ſtadio circũſtantibꝰ fratribus
emiſit ſpiritũ. Et cũ ab eius diſcipulis ex
equie pararentur viuꝰ reſedit dicẽs. Deo
grãs. Sciatis quia in hijs quadragita an
nis vnũ tantum diem non memini me ci
bum ſumpſiſſe niſi prius fleuiſſem. Ho-
die aũt ſublato merore conſolatus eſt me
deus ⁊ inter choros angelorꝫ tribuit mi-
hi requietionis locum. Et hec dicens ĩ pa
ce requieuit. Quadã nocte cum paſtores
equorũ odonis abbatis cluniacenſis ob-
dormiſſẽt ⁊ frater quidã peruigil in ora-
tione perſiſteret: fur affuit raptũqꝫ equũ
aſcendit et fugit. Predictus vero frr̃ ma-
luit equum perdere ꝙ̃ ſilentium rũpere.
Facto aũt mane viderũt eminꝰ furẽ vno
in loco affixum ſuper equũ ſedere. Quem
apprehendentes paſtores vinctum patri
odoni miſerunt qui ei quinqꝫ ſolidos ar-
genteos dari precepit dicens iniuſtũ eſſe
eũ abſqꝫ digna mercede dimittere eo ꝙ ꝑ
totius noctis ſpaciũ multũ ſuſtinuiſſet
laborem.

¶ De ſctõ Oſmundo Epo et confeſſore.

¶ In cõmemoratiõ ſcti oſmũdi Lectio .j.

Commemorantibꝰ nobis ſe-
dula deuotionis merita bea-
tiſſimi cõfeſſoris oſmũdi libe
at tãte ſctitatis normã ex or-
dine cõtemplari vt parit do
mino annuẽte collibeat mores ac vitã ip-
ſius pro noſtris viribꝰ imitari. Proponi
mus igit tibi primũ o nobiliſſima ĩdoles
iuuenũ ĩ oſmũdi nr̃i auſpicijs ducẽte ado
leſcẽtie tue felix ac expeditũ itinerarium.
Audi ergo cũ eo libẽt precepta pr̃m: va
ca ſcolis/fuge petulantiã: itaqꝫ audacter
ſemp tñ ſub timore dñi induere fortitudi
nem tuam. Cũqꝫ in virũ odoleueris teqꝫ
ſors collegio forſã militari aſcripſerit Ha
bes hũc magr̃m militũ patronũ iuſte bel-
lantium: ſub quo diſces militare non eſſe
pctm̃ dũ ipſius more deo religionẽ/ princi
pi fidelitatem / pr̃ie cuſtodiã prona mẽte
reddideris. ¶ Lectio ſecunda.

Accepimꝰ iam tanti patris exẽplo ĩſtru
ctionẽ rei militaris deinceps quid virum
dei deceat audiamꝰ. An iudicẽ aut aſſen-
ſorem cõſtituit te populꝰ tuus. Ergo qua
ſi vnus ex eis non te attollas/ nõ ſuperbi
as/nõ minorem cõcutias. Ita magnũ iu
dicaturus vt paruũ nollis acceptor cẽ per
ſonarũ. Porro iſte ſctũs iã ⁊ nataliũ iure
regio ſanguine/ſeculariſqꝫ pollicie prero
gatiua principis latere quotidie honora-
ri promeruit: a plebeis tñ queſtibꝰ pupil-
lorũ ac viduarũ lachrimoſis aurem pieta
tis non auertit. ¶ Lectio tertia.

Quid ſacerdotiũ eiꝰ repetimꝰ/ quid ele-
moſinas/ q̃d eccłiarꝫ clericorũqꝫ dotes: q̃d
oĩm prſus abiectionẽ tpalium cõmẽdamꝰ
iſta mire ſctitatis ſue inditia ſunt. Qua
re in ſumma recenſentes totiꝰ vite ſeriẽ
tãti confeſſoris plane recognoſcimꝰ ꝙ oi
tpe duxit eũ dñs per vias rectas deditqꝫ
illi ſcientiam ſctitatis qua regnũ dei di-
gniſſime mereretur. Tãdem vbi ĩ vinea
dñi operator aſſiduꝰ mľtiplicatis talẽtis

fideliſſimꝰ ſeruus probatus eſt iuſſus in trare in gaudiū dn̄i ſui tradidit celo aīaȝ terre corpus miraculis glorioſum oīs humani languoris indeficientē ac expeditiſſimā medicinam. Preſtāte eo quē cōſtanter cōfeſſus eſt dn̄o iheſu xp̄o: q̄ cū patre ⁊ ſpū ſctō viuit rex ⁊ ſacerdos ī eternū amē.

¶ Sequūtur alie lectiōes de eiuſdē. (Lectio. j.

Breuenimꝰ dudū noua ſolēnitate dies natalitios ſaluatiōis btiſſimi preſulis oſmūdi feſtiuū celebrādo natalē iāqȝ illuceſcēte nobis trāſlationis ſue venerāda celebritate quaſi nouā eiꝰ in mūdū natiuitatē cū pleno cleri ac plebis iubilo ſolēniter renouamꝰ. Hodie nāqȝ deuota mater ſariſburienſis eccleſia dulciſſimum alumnū quē intra ſua viſcera plurimo annoꝝ defluxu ab humano aſpectu recondidit: hodie glorioſo eius corpore in ſublime trāſlato deſideratā diu gentibꝰ palam profudit in lucem. Et quem quondam vt granū mortificatū cadēs in terrā ſuſcepit deinceps multiplici miraculoꝝ fructu grauidata: hodierna tandē die apto vtero edidit ſctōꝝqȝ cōfeſſoꝝ collegio apl̄ica pridē auctoritate aſſcriptū ſub veneratione cōgrua demonſtrauit. ℞. Preſulis edmundi celebremus feſta iocundi: qui pius prudēs humilis ſobriuſqȝ pudicus. Expletis curis ītrauit gaudia lucis. ℣. Auxit per merita ſibi tradita q̄nqȝ talēta. Expletis. ⁊c. ¶ Lectio ſecunda.

In ſacre trāſlatiōis feſtiuitate aſſiſtimꝰ ⁊ tū nouiter mūdo exortum ſanctū reuerentes natiuitatis vocabulū vſurpamꝰ. Sed quorſuȝ forſan obijcitur ſpectat hec rerū cōfuſio. Quid ſibi vult in rebus varijs tam patens abuſio noīm? Rurſum ſi ſtupendū videbatur principi iudeoꝝ hominē naſci cum ſit ſenex: qua fiducia ducamur credere ex vtero natum ac demuȝ fonte renatum poſt mortem renaſci? Verum ſi in hac re proprietates diſcurrere docuerimus propaginis naturalis facile tranſumentium licentia perſuaſum rei arbitramur iam miſteriū apud nos agi diu expectate natiuitatis. Aggrediamur igitur diligēter euiſcerare perabolā iſtā interimqȝ quoniam preſenti die prolatis almi viri reliquijs ad glorioſum in q̊ pauſat ſcriniū quaſi ad tripudia noui partꝰ ꝯcurrimꝰ: delectet queſo delectet profeſte minus ſedulo intermiſcere organa diuine laudis. ℞. Ecce ſacerdotē cuiꝰ prudentia ſanctum Suffulſit: tēplum xp̄i ſtabiliuit ⁊ edem. ℣. In vita placuit dn̄o plebem bene rexit. Suffulſit. ¶ Lectio. iij.

natio pictoꝝ illo tꝑe faciebat. Cui rex oſwaldus dedit locū ſedis epālis vbi ipē petebat in inſula lindiſfarnēſi: qui ſcꝫ loc⁹ accedente ac recedente reumate bis quotidie inſtar inſule maris circūuoluit vndis: bis renudato littore contigu⁹ tre redditur atqꝫ ei⁹ admonitionibus humiliter ac libenter in oībus auſcultans eccl'ias in ſuo regno edificare ⁊ dilatare diligenter curauit. Miro aūt ſpectaculo ſepe contigit vt euangelizante antiſtite qui anglorum linguā perfecte nō nouerat: ipē rex anglice populo interpretaretur ac ducibus ⁊ miniſtris ſuis. Tunc ꝯfluebāt quotidie de gente ſcotorū ad predicanduꝫ anglis monachi de monaſterio aidani quod erat in inſula hij famoſiſſimū q̄ quidēꝫ inſula hij ad ius pertinebat anglorū non magno ab ea freto diſcreta ſed donatiōe pictorū iam dudū monachis ſcotorū tradita eo ꝙ illis predicantib⁹ fidem chriſti perceperūt. Conſtruebanẗ ergo eccleſie per loca confluebant ad audiendū verbū populi gaudētes donabātur mūere regio poſſeſſiones ⁊ territoria ad conſtruenda monaſteria. Oſwald⁹ igiẗ exemplo ⁊ verbo aidani inſtruct⁹ non ſolum ſpem celeſtis regni ſed etiam terreni regni amplitudinem plus q̄ aliquis predeceſſorꝫ ſuorum conſequut⁹ eſt. Quippe preter illud berniciorū atqꝫ deirorꝫ prouintias q̄ eaten⁹ diſſidebāt in vnā redegit ꝯpagē. Oēs nationes britannie q̄ in quattuor līguis ſcilꝫ brittonū/pictorū/ſcotorū/⁊ anglorū: tunc diuidebanẗ in dictione ſua accepit. Nullum fidelem publice pauperem eſſe pmiſit qui pauperum quorū nouit mediā vel ꝑdijs vl' donis copioſis ſuſtētare curauit Igiẗ cū ita dei grā ſibi ſubditis operam dilectiōis impēderet dei diſpenſatione cōtigit vt flagellis nup credentiū fidē experiendo ꝯprobare vellet. Immiſſa igiẗ circūquaqꝫ p angliā graui peſte plurimi ſtrage ſeuiſſime pereuntes: regna celeſtia ꝯcenderūt. Cū itaqꝫ rex ſctūs ppl'o ſibi ſubdito diuine aīaduerſionis iudiciū imminere conſpiceret cū lachrimis ⁊ querulis vocib⁹ ac gemitib⁹ hoc dei flagellū ſuis maxime pctis aſcribere cepit dicēs. Ego ſum inq̄t dn̄e qui peccaui ego inique egi: iſti q̄ oues ſunt quid fecerūt? In me dn̄e ⁊ ī domo mea gladi⁹ vltionis tue conuertatur ſi tamen mea vel meorū hoc iniquitas cōmereẗ. Cū igiẗ precib⁹ ⁊ lachrimis diutius inſiſteret ſubito dei voluntate eadem peſte corrept⁹ eſt. Placuit enī pietati diuine vt vas electionis ſue ab oīi labe terrene cōuerſatiōis ad purū emundaretur ne q̄cq̄ vanitatis mūdane in corpore ſuo penitus remaneret. Cūqꝫ ad extremum vite ſpūs vigore penitus deficiēte veniſſet: oculos in celum erigere ⁊ quaſi q̄buſdam colloquendo labia mouere cepit. Intellectuales quidem oculi ei⁹ ſicut ſacris ep̄is poſtmodū referre ſolebat vna cū corporalibus angelicos quoſdam ſpirit⁹ preclaro ītuitu aſſiſtere ſepe videbat de quorum nūero tres ad ſe conſolandū accedētes dixerunt. Oſwalde rex dei electiſſime mortis horrorem noli timere nr̄ collega ⁊ conſors in celo reputatus pacto vite termino nr̄o collegio adijciend⁹ eris. Nō tamen in iſto moritur⁹ es tempore nec hui⁹ peſtilentie acerbitate vlterius feriendus xp̄s tue deſolationis anguſtias miſeratus oēm anglorꝫ ppl'm a peſte ⁊ clade meritis tuis ⁊ p̄cib⁹ abſolutū liberauit viteqꝫ tue tot annos miſericorditer adijciens te martirio coronandū inſtituit: nobiſqꝫ amodo tam viuentis q̄ morientis tui cuſtodiā delegauit. Diem ⁊ horā ſui martirij deſignarūt eos tunc ſibi affuturos aſſerentes. Supra ſolis claritatē facies eorum radiabāt ſed nec formā eorū verbis rex explicaẽ valebit. Hijs dictis ab oculis ei⁹ in celo recepti ſunt. Rege enī cōfeſtim ſanitati reſtituto: anglorum fines dieb⁹ vite ſue nulla peſtis perturbare preſum

pſit. Ex illo tēpoꝛe in oībus deo ꝛ ho-
minib⁹ emendatioꝛem ſe pꝛebuit et vite
ſue exitum cū gaudio expectauit. Uite p̄
terite natiuitates mentis deuotiōe trāſ-
cendit: elemoſinis ꝛ lachꝛimis pꝛeteritas
negligentias quotidie redemit. Poſt hāc
quoq; viſionē vna cum kyneburga vxoꝛe
ſua regis Weſtſaxonū kynegilſi filia ca-
ſtitatis mundiciā in poſterū conſeruauit
Sctūs aūt oſwaldus pauperibus ac pe
regrinis ſemꝑ humilis benign⁹ / ꝛ larg⁹
fuit. Cū eni quodā die paſce aſſidente ſe-
cum in mēſa epō aidano veniret ad ianu-
am regis magna pauperū multitudo ele
moſinā petēs ꝛ rex aliud ad manū nō ha-
beret poꝛrigendū ip̄m ferculum coꝛam ſe
poſitum cū diſco argēteo minutatim cō-
fringendo ad pauperes miſit. Quo viſo:
pontifex tali facto delectatus appꝛehēdit
dexterā ei⁹ et ait. Rogo deū vt nunq̄ ve-
teraſcat man⁹ iſta. Quod ita factum eſt.
Nam oſwaldo poſtmodū interfecto bꝛa-
chium a coꝛpoꝛe reſecatū hactenus dura
uit incoꝛruptū. Cōmiſſo tandem graui
pꝛelio ab eadem gēte pagana paganoq;
rege mercioꝝ penda a quo ꝛ pꝛedeceſſoꝛ
eius edwinus perempt⁹ fuerat: in loco q̄
lingua angloꝛum maſerfelđ. vocat̄ occiſ⁹
eſt āno etatis ſue triceſimo octauo nonis
auguſti. Eſt aūt loc⁹ ille contermin⁹ fini-
bus armoꝛice vallie: q2 antiquit⁹ ꝑs ma-
xima wallie dicta eſt armoꝛica. Ab vꝛbe
enim ſolapie ſeptem fere miliaribus ver
ſus eandem Walliam diſtare pꝛobat̄ idē
locus abbatiſq; ſalopie dictioni cedit. A
foſſa quoq; regis offe que angliā ꝛ Wal
liam diuidit miliario non plene dimidio
ꝛ a wenolocenſi cenobio miliarib⁹ ſexde
cim ſeparatur. In quo quidem campo ec
cleſia que candida eccl'ia d̄r in ſcti oſwal-
di honoꝛe fundatur ꝛ non pꝛocul inde fōs
perhennis exoꝛitur qui ab incolis fōs ſan
cti oſwaldi noīat̄. Pēda ꝟo rex caput ſan
cti oſwaldi abſciſū cū bꝛachijs per annū
in ſtipitibus ſuſpendi iuſſit. Oſwaldus
namq; rex regno mercioꝝ pꝛimit⁹ ſubiu
gato ꝛ rege penda in Walliam fugato cō
gregatis paganoꝝ copijs in loco memo-
rato ſctm̄ regē oſwaldum interfecit. Se-
pulto vero in cimiterio lindiſfarnenſi ca
pite frequenter in loco illo quaſi lucerna/
quandoq; vt candida foꝛma aliqua/nunc
ſicut cādela / modo nitida velut tela lux
celitus emiſſa refulſit. Extracto pꝛoinde
capite in vꝛbe bamburch honoꝛifice loca-
tur. Tepeſcente demū erga ſancti reliq̄
as populi deuotiōe nec erat qui digne re-
liquias huius ſancti pꝛecioſas excoleret:
vel cuſtodie diligētiam exhiberet. Mona
nachus igit̄ quidā de burgo ſancti petri
in partib⁹ illis adueniens ꝛ ſecreta eccle-
ſie vbi reliquie erant repoſite diligent̄ ex
ploꝛans habita opoꝛtunitate bꝛachiū ſā-
cti oſwaldi de theca extrahens ſecū clan-
culo aſpoꝛtauit ꝛ in ſuo cenobio cū honoē
collocauit. Maluit eni talis furti ſacrile-
gus foꝛe depꝛedatoꝛ q̄ tāto carē theſau-
ro ſue conſcientie impꝛob⁹ accuſatoꝛ. De
pctī eni crimine quodāmodo laudē glie
acquiſiuit: dū de ſue nota infamie hono-
ris cumulū ſue eccl'ie ꝯpenſauit ꝛ ſancto
martiri perpetuam venerationē acquire
re meruit. Elapſo poſt martiriū ſcti oſ-
waldi anno vno apparuit quidā in viſio
ne regi oſwio dicens. Uade inquit citiſſi-
me ꝛ caput cū bꝛachijs fratris tui ꝑ xp̄o
occiſi diligenter inquire. Nā caput diuti
us in ſtipite configi xp̄i clemētia indignū
duxit: ſed et bꝛachia cū manib⁹ dei hono
rare bonitas diſpoſuit: ꝛ a volatilib⁹ celi
ea ledi non permiſit: nec a pulchꝛitudine
ſua tanto tempoꝛe maculari. Dexterā cū
bꝛachio non iam in ſtipite ſed in aquis vi-
uentib⁹ reperies vbi meritis ipſi⁹ de ſa-
xo duriſſimo fōs viu⁹ emanare cepit. His
dictis heros ille diſparuit ꝛ rex iter cū fe
ſtinatione maturans iuſſa cōpleuit ꝛ ca-
put in cimiterio lindiſfarnenſi ſepeliuit:

⁊ brachium apud bamburgh compoſuit.
Corp⁹ quoqȝ ⁊ oſſa adduxit ſecuȝ regina
mercioꝝ oſrida filia regis oſwi: et vſqȝ
ad monaſteriū de bardeneia in lindeſeia
detulit: ſed repulerūt eū monachi īuidē-
tes mortuo qꝛ ſup eos bellico iure regnū
acceperat: ſed nocte intempeſta lucis vi-
ſa columpna ſuper corpus diuinit⁹ emiſ-
ſa vltro petierūt quod añ reiecerāt. Ibi
enī ex cadente ſanguine reuiruit ceſpes.
Poſt multos martirij ei⁹ annos ſanct⁹
cuthbertus cuidā in obſequijs eius deuo
to apparens dixit. Surge inquit ⁊ caput
ſcti oſwaldi in eccl'ia de bamburgh negli-
gēti⁹ cuſtoditū ad me deferre ne differas
vt vna mecū ī vno loculo requieſcat. Qd
enī in cimiterio meo humatū mihi de⁹ cō
mendando delegerat: hoīs violētia a me
ſeparari non debebat. Surgens vir ille
⁊ ad locū deſignatum ꝑueniens occaſiōe
habita caput martiris amplectens feſtio
greſſu domū rediit. Et ecce ſcti cuthberti
ſepulchrū motu interi⁹ perſtrepēte: ſine
cuiuſqȝ manus tactu ſubito aperiri vide
tur ⁊ cōpoſito ſecum capite ſpōtaneo mo
re recludi. Circa annū dñi nōgenteſimū
nonū ſicut in hiſtorijs legitur oſſa ſancti
oſwaldi tranſlata ſunt de bardenay vſqȝ
glouerniam per ethelredū ducē mercioꝝ
vbi in honorem ſcti oſinundi monaſteriū
conſtruxit. Quanta enī fides oſwaldi in
deū fuerit: que mentis deuotio etiā poſt
mortem virtutū miraculis claruit. Nam
in loco vbi pro patria dimicās a paganis
interfectus eſt: vſqȝ hodie ſanitates infir
morum celebrari non deſinūt. Nec mi-
rū dum eſt in loco mortis illius infirmos
ſanari qui ſꝑ dū viueret īfirmis ⁊ paupi-
bus conſulere/ elemoſinas dare/ opē fer-
re non ceſſabat. In loco ſiquidē martirij
eius paralitica quedā curat. Puluis de
loco martirij eius in poſte cuiuſdā dom⁹
appenſa conflagrata tota domo poſtis ſo
lummodo in qua puluis pendebat itacta
permanſit. Cū quidā ab immūdo ſpiri
tu grauiter vexaretur allata eſt aqua in
qua oſſa ſancti martiris fuerant lota ⁊ ec
ce demoniacus ſubito conticuit et quaſi ī
ſompnū laxatus caput et cetera mēbra in
quietem cōpoſuit. Et poſt aliquantulum
hore ſpaciū reſedit ⁊ grauit ſuſpirās ait.
Mox vero cū capſella atrio dom⁹ appro-
pinquauit receſſerūt omēs qui me preme
bant maligni ſpūs ⁊ me relicto nuſqȝ cō-
paruerūt. Ferunt enī de ſctō oſwaldo qꝛ
a tpe matutine laudis ſepius ad diē vſqȝ
in orōnibus perſtiterit atqȝ ob crebrum
morem orandi ſiue gratias dño agendi:
ſemper vbicūqȝ ſedens ſuper genua ſua
manus habere ſolit⁹ ſit. Uulgatū eſt aūt
ꝙ etiā inter verba orationis vitam finie
rit. Nā cū hoſtibus circūſept⁹ videret ſe
perimendū orauit pro animabus exerci-
tus ſui. Unde dꝛ in prouerbio. De⁹ miſe
rere aīabus dixit oſwald⁹ cadens in trā.
Apud farnham in honore ſcti oſwaldi
conſtructa eſt eccl'ia in qua multi benifi-
cia eius poſtulantes infirmitatis ⁊ inco-
modi remedia multotiens experti ſunt.
Cuius claues latro quidā latent auferēs
aperto oſtio intrauit ⁊ vniuerſa illius or-
namenta rapiēs aſportauit. Et ecce lumi
ne oculoꝝ obtenebrato quo ſe diuerteret
penitus ignorauit. Adueniente tandē ſa
cerdote: lachrimis profuſus miam illius
homo miſer deprecabatur: reumqȝ ſe me
rito dampnabilem iudicans ꝙ fraudulē-
ter diabolo iſtigāte egiſſet: idicauit. Quo
audito ſacerdos deo ⁊ beato oſwaldo im-
menſas gratias referens errori illius cō
doluit et liberum abire permiſit. Cum
aūt in monaſterio ſeleſcie ⁊ vbiqȝ in pro-
uicia mortalitatis peſtis ſeuiret ⁊ paſſim
de hac vita multi raperentur viſū eſt fra
tribus triduanū ieiunium indicere et di-
uinam clemētiā ſuppliciter obſecrare: vt
miam illis dignaretur impendere ⁊ ſiue
periclitantes hoc morbo a preſenti morte

liberaret ſeu raptos de mūdo a perpetua
aīe dampnatione ſeruaret. Erat tūc ī mo
naſterio illo puer quidā qui eadē tactus
infirmitate in lecto iacebat cui apl'orum
principes dignati ſunt apparere dicētes
Noli timere fili mortem pro qua ſollicit⁹
es: nos eniꝫ te hodierna die ad celeſtia ſu
mus regna perducturi. Uoca ergo ad te
preſbiterū eoppaꝫ ⁊ dicito illi qꝛ dn̄s exau
diuit preces veſtras ⁊ deuotionem ac ie
iunia propiti⁹ aſpexit: nec aliquis de hoc
monaſterio hac clade moriturus eſt pret
te ſolum qui hodierna die ad viſionē dei
perducendus es in celum. Qđ diuina cle
mentia nobis per interceſſionem glorio
ſi regis oſwaldi conferre dignata eſt. Hac
etenim die idem rex ab infidelib⁹ in bello
extinctus mox ad ſempiterna aīarū gau
dia aſſumpt⁹ in celum electorū agminib⁹
ſociatus eſt. Celebrent igitur miſſas ſiue
pro gr̄arū actione qꝛ exaudite ſunt oratio
nes vr̄e: ſiue etiā in memoriā regis p̄fati
qui pro eis ſupplex ad deū orabat. Cū au
dita puer enarraſſet eadem die mortuus
eſt et cuncta que dixerat vera repta ſunt
⁊ dies ſc̄ti oſwaldi natalicius per mona
ſteria extunc venerari cepit.

## ¶ De ſancto Oſwino Rege ⁊ martire.

Beatus ei oſwin⁹ ex antiquo
rum clariſſima regū ꝓſapia
anglorꝫ oriund⁹ extitit. Poſt
mortē ſequidē regis northan
humbrorū edwini: p̄mis ei⁹
ſucceſſoribus oſrico videlꝫ rege deiroruꝫ
⁊ eanfcido berniciorum apoſtatis a ced
walla rege britonū iuſto dei iudicio dele
tis: filius oſrici oſwin⁹ ne a cedwalla pe
rimeretur non paruo tempore apud occi
dentales ſaxones exulauit regnūqꝫ deiro
rum et berniciorū oſwald⁹ edwini regis
nepos ex ſorore acta ꝓgenitus obtinuit
Quo tādē a paganis martirizato ſucceſ
ſit frater ſuus oſwi ⁊ viginti octo annis
laborioſe regnauit. Audiens igitur Oſ
winus exulans filius ſcꝫ oſrici qꝛ defun
cto oſwaldo regnaret oſwi pro fratre ſuo
inito cum ſuis conſilio ad regnū deirorū
regreſſus ab omī plebe letant recipitur:
⁊ in regem nemine cōtradicente ſublima
tur anno dn̄i ſexcēteſimo quadrageſimo
ſecundo ⁊ prouincie deiroruꝫ nouē annis
in maxima oīm rerū affluentia ⁊ ipe ama
bilis omnibus prefuit. Erat enim oculus
ceco/pes claudo/bacul⁹ tremulo/orpha
norum ⁊ viduarū oīmqꝫ indigentiū pius
pater. Pauperes et maxime peregrinos
benigne recipiebat/eſurietes alebat/nu
dos veſtiebat: ⁊ omibus ei⁹ bn̄ficia poſtu
lantibus hilariter impendebat. Cū igi
tur vir dei pietatis vacaret operibus hu
mane ſalutis inimicus oſwi regem ber
niciorū magis ac magis aduerſus eum
excitauit ⁊ donec congregatis exercitib⁹
ad preliandū in loco q̄ Wilfareſdoun dici
tur occurrerent inflāmauit. Piiſſim⁹ au
tem rex oſwinus videns ſuos licet multo
pauciores cū hoſtibus volentes contēde
re ⁊ ꝓ rege ſuo paratos occūbere dixit ad
eos. Congratulor o pricipes ⁊ fideles mi
lites vr̄e ꝓbitati ⁊ milicie ⁊ gratias ago
bone voluntati veſtre. Sed abſit a me vt
mei ſolius cauſa belli diſcrimen omes in
curratis qui me q̄q̄ iure dn̄m pauperē
tamen et exulem vobis regeꝫ cōſtituiſtis
Malo itaqꝫ cum paucis ſolus exulaē im
mo potius diligo mori: q̄ vos mei ſolius
cauſa contingat quoq̄ modo periclitari.
Impius enim et inhumanus eſt qui cuꝫ
dei iudicium nullo modo poſſit euertere:
plures ſui ipſius cauſa conatur euertere.
Quare diuinam ſuper me ſententiā pa
cificus non belligerando libenter ample
ctans preſertim cum per os ſancti aidani
per martirij palmā ad celeſtis regni gau
dia me tranſiturum ignoſco. Quo ordine
⁊ tempore xp̄s voluerit vitam tempora

lem finire non recuſo Hiis dictis exercitū
domū remiſit ⁊ cū vno tm̄ milite tōdehe-
re noīe in gedlingum in domū hunewal-
di comitis cui vicū illū ⁊ multa cōtulerat
predia ſe recepit. Hunewaldus aūt eū in
cōclaui quaſi decenti⁹ habitaturū intro-
duxit deiꝗ timore poſtpoſito regi berni-
ciorū q3 regem oſwinū ſibi traderet iugu
landū ſceleſtus innotuit. Audiens enim
hoc rex oſwi ethelwinū dom⁹ ſue prepo-
ſitum illic direxit ⁊ vt regem edwinū in-
terimeret imperauit Quo cū perueniſſet
⁊ oſwinus ab hunewaldo ſibi tradit⁹ fu
iſſet ait rex. Quia nequiter tradit⁹ inno-
cens a vobis iuſſus ſu3 occidi ꝑcor vt hūc
militem libere permittatis abire nec mei
cauſa faciatis eū mortem ſubire. Maluit
tn̄ miles morti ſuccūbere: ꝙ̄ mortuo dn̄o
etiā ſi copia daretur ſupuiuere. Excepit
itaq3 rex oſwinus vna cū milite ſuo mor
tis ſententiā ⁊ effuſo ſanguine ſuo perpe
tuam in celo adepti ſunt manſionē tertio
decimo kal. ſeptembris anno regni ei⁹ no
no. Erat eni rex oſwinus ⁊ aſpectu ve-
nuſtus et ſtatura ſublimis/affatu iocun
dus/moribus ciuilis ⁊ manu oībus nobi
libus ſimul ⁊ ignobilibus largus. Unde
ob regiam animi eius ⁊ vultus ⁊ merito
rum dignitatem ab oībus diligebat ⁊ vn
diq3 ad eius miniſterium de cunctis ꝓpe
prouincijs viri etiam nobiles concurre-
bant. Donauerat aūt rex oſwin⁹ equum
ſuum optimū aidano epo eo ꝙ magis pe
dibus pergere ꝙ̄ equo vehi cōſueuerat.
Qui cito poſtmodū equū illum cū nil ali
ud ad manū haberet cuidā paupi elemo-
ſinā petēti donauit. Hoc cū didiciſſet rex
plurimū indignat⁹ ait epo aidano ſecum
ad menſam cōſedenti. Quid feciſti domi-
ne preſul: Nū viliores equos habuimus
qui ſufficerent ad elemoſinā: Cui epiſco-
pus. Quid loqueris dn̄e rex: Nū charius
erit tibi filius eque ꝙ̄ filius marie: Cōti-
nuo rex procidens ad pedes epi veniā ro-
gauit promittens fideliter ꝙ nunꝙ̄ oblo-
queretur quicq̄d de reb⁹ ſuis dei filijs er
rogaret. Dū igitur pacati ſimul ad men
ſam ſederent: eps ſubito in lachrimas eſt
reſolutus. Cuius rei cauſa a circūſtanti-
bus requiſita preſul ait. Non multo tpe
victurus eſt rex iſte ante modo nō vidi re
gem humilem: nec digna eſt hec gens ne-
quā talē diu habere regem. Unde cōtigit
cito poſt hec ipſum occidi vt prefatū eſt:
anno dn̄i ſexcenteſimo q̄nquageſimo pri-
mo ⁊ regni eius nono. Sed et ipſe anti-
ſtes aidanus poſt regis occiſionē duode-
cim ſolummodo ſuperuixit diebus. In
gedlingo modo gilling vocato non ꝓcul
ab vrbe richemūdie ſito regina eanfleda
oſwi regis vxor ⁊ regis oſwini propinqua
in expiationē3 necis eius īpetrata a rege
oſwi licentia monaſteriū cōſtruxit: i quo
orōnes aſſidue pro regis occiſi ⁊ ei⁹ q̄ occi
dere iuſſit aīe ſalute quotidie dn̄o deberēt
offerri ⁊ virū quendā deuotū noīe trūhe-
re natione anglū a ſcotis ordinatū ⁊ edo-
ctū regis occiſi propinquū cōſtituit abba
tem. Quiq3 poſtea ſub rege merciorum
wulfero in prouincia merciorum et me-
diterraneorū anglorū eps effect⁹ gentiū
multitudinē ad fidem conuertit. Corp⁹
aūt ſancti regis ab eis qui eum occiderāt
ad oſtiū tyne fluminis verſus aquilonem
delatū eſt et in oratorio ſctē marie virgi-
nis ſepultū in quo loco religioſorū multi
tudo cōgregata iugit deo ſeruiebat. In
tantā aūt honoris eminentiā excreuerat
locus ille vt per totā prouinciam ꝓ reue-
rentia loci ⁊ religione defunctorū corpora
ibidem tumulanda deferrētur. Elapſis
poſt hec multis annis ynguar ⁊ hubba ii
quitatis filij danorū principes ad oſtiū ty
ne fluminis applicantes ipſum monaſte
rium et omnem circa regionem graui de
populatione vaſtarunt monachos i qua
dam eccleſiola omniū ſanctorum honore
a ſancto cuthberto dedicata cōbuſſerunt:

& cuncta cenobij edifitia in planiciem redigerunt. Anno autē gratie milleſimo centeſimo decimo cū monachus quidā nomine edmundꝰ loci edituus nocte quadā poſt orōnes more ſolito fuſas ſopore depreſſus eſſet apparuit ei quidam etate canus/vultu decorus ſtatura procerꝰ & verbis iocundꝰ atqꝫ benignus. Quē cū diligenter intuens aſpiceret & quis eſſet interrogare nō auderet: is qui ei apparuit dixit. Edmunde frater edmunde. At ille ſecurior redditus ait. Quis es dñe? Ego ſū ait oſwinꝰ rex ꝗ ab hunewaldo comite nequiter traditus ab oſwio rege morte deteſtanda peremptꝰ hac in eccl'ia cūctis incognitus iaceo tumulatus. Surge & dic pōtifici egelwino quatinꝰ corpꝰ meū eleuet & decentiori loco illud collocare nō tardet Quod cū illo epō nunciaſſet & ille corpus ſctm̄ de terra eleuaſſet tanta odoris fragrantia egreſſa eſt vt oīm aromatū genera diffuſa putarentur & omēs qui aderāt ineſtimabili ſuauitate replerētur. Sicqꝫ ſacrū eiꝰ corpus ī aquilonari oratorij parte cum honore reconditū eſt. Iuditha toſtij comitis vxor cū magna inſtantia partem reliquiarū ſctī martiris ab epō petiit & partem capillorū capitis ſctī accepit. Ignis aūt aduſtione pilos probare voluit non vt in aliquo de ſancti diffideret meritis: ſed vt martiris merita circūquaqꝫ per hoc extollere poſſet. Accenſo itaqꝫ igne copioſo et capillis iniectis poſt vnius hore ſpaciū capillus ab igne intactus omnino & incōbuſtꝰ permanſit. Cū eniz ſacerdos quidam vanus et lubricus comitis toſtij conſiliarius occupatis circūquaqꝫ hoſpitijs in eccl'ia parari ſibi lectū iuſſiſſet meretricem ſecreto ad ſe introduci fecit. Et cū iniquitatem perpetrare cū illa vellet cepit oīs eccl'ie fabrica motu ſubitaneo a ſummis vſqꝫ deorſum quaſi ventorū flatibꝰ parietes eccl'ie hac & illac impellendo agitari ſuiqꝫ ruinā & oīm interitum cōminari. Perterritus ſacerdos et reatum ſuum intelligens meretricem de eccl'ia exire coegit & oīns illa ꝯmotio ceſſauit. Cum naues quinquaginta regis Willelmi apud tynemuthā applicarēt bona loci ſctō nequaꝗ̄ parcentes ſpoliarūt: telāqꝫ cuiuſdā mulieris abſtulerūt. Mulier aūt eccl'iam intrans cū lachrimis ſctm̄ deprecabatur quatinus ei telam redderet & de predonibꝰ vindictā faceret. Naute vero nauigātes ſubito in ſcopulos abſqꝫ turbine ventorum quaſi remige carerent offendentes ſeſe collidere mutuiſqꝫ congreſſibus ſibimet occurrere & fluctus ſeuientes nautas preter paucos ſubmerſerunt & ad littus eccl'ie quā molauerant ſpolia eiecerunt & vniuerſi cū vetula concurrentes bona ſua iuxta littora reperta receperunt. Sanctus enim oſwinus mulierem oīm mēbrorū officio deſtitutā ſanauit: militem qui cū equo ſuo de rupe altiſſia corruit īcolumē reddidit. Equus de ſcopulo in ſcopulum lapſus nō ſolum de ꝑcipitio ſaluat᷑: verū ſubito multis intuentibus mirabiliter reuocatur. Cuidaz incarcerato apparens ꝑcepit vt velociter ſurgens ad tynemuthā properaret. Qui manus et pedes ſolutos aſpiciens ſurrexit et ſeram oſtij leuit᷑ excutiēs iuſſa martiris cū feſtinatione impleuit. Auriga cū bobus ad quadrigam iunctis de ſupercilio montis corruens a periculo liberatur Quidam pro columba quaz ſub feretro preſumptuoſe occidit infirmitate correptus cū ſe promitteret pro delicto ſatiſfacturum ſanatur. Sed cū votum implere negligeret recidua infirmitate deceſſit. Duas mulieres cecas illuminauit/paraliticā curauit/ſurdis duobus auditū reddidit/puellam a demone vexatam liberauit. Mulier quedam a demonibꝰ per annum vexata cū ad eccleſiam martiris adducta ſanaret᷑ cū lachrimis narrauit ꝙ tēpore dormitionis ſue circūdederūt eaz de

mones infiniti aſpectu terribiles et horri
biles valde. Quorũ ſeptem maiores erãt
& terribiliores cornuti/hiſpidi/ & caudati
oculos habentes teterrimos & eam vndi
qz circũſtantes dilacerare nitebãtur. Cũ-
qz magnis vocibus exclamaſſet: quidam
indutus ſuperpellitio candorem lilij hñs
in facie apparens dixit. Ego ſum inqt rex
& martir oſwinus ſub cuius feretro req-
eſcis. Et cum manica ſuperpellitij multi
tudinem demonũ effugauit & cũ omi mã
ſuetudine cũ loco et tempore peccata q̃ fe
cerat & nũq̃ cõfeſſa fuerat & tranſgreſſio
nem cuiuſdã voti diſtincte reuelauit: hor
tans vt peccata confiteretur & votum ſu
um impleret & de cetero officium pando-
cinandi venaliter non exerceret pro qui-
bus vt aſſeruit poteſtati demonũ tradita
fuit.

¶ De ſctõ Oudoceo epo & confeſſore.

SAnctus oudoceus xpi ſeruus
ab infantia bonis et ſctis me-
ritis deditus: ieiunijs vigiliis
& orationib⁹ pro eterna merce
de aſſiduus: liminibus btĩ pe-
tri apoſtoli viſitatis: locũ ſctĩ dauid adijt
& inde per eccl'iam ſctĩ theliai diuertẽs re
liquias quaſdam ibidem acquiſitas ſecũ
ſumpſit. Cumqz in itinere conſtitutus la
tronib⁹ obuiaret: & illi copiã thezauri eũ
habere ſperantes depredari vellent ceci-
tatem incurrerunt & penitentes prece ou
docei oculorum viſum receperunt. Cuz
aũt factus epiſcop⁹ iter cum ſuis ageret
de mulieribus quibuſdam butirũ lauan
tibus aquam de vaſe ſibi porrigi poſtu-
lauit. Ille vero ironice nullum aliud vas
niſi butirũ ſe habere reſponderũt. Epiſ-
copus vero accepto ab eis butiro & forma
ta ad modũ tintinnabili nola: inde pota-
uit & in tali forma remanſit aurea videli
cet in tantum q̃ videntibus apparet eſſe
ex auro puriſſimo & ab illo die in eccleſia
laudanenſi in miraculi teſtimonium con
ſeruatur. Rex quidã venando cũ ceruũ
inſequeretur & ceruus ad pallium ſancti
confugeret rex cũ venatoribus hoc vidẽs
miraculum veniaz a ſeruo dei humiliter
poſtulauit & totũ territoriũ illi conceſſit.
Dimiſſa tandem vir dei paſtorali cura
conſtruxit monaſteriũ iuxta aquã nomi-
ne weie: & congregata fratrũ magna cater
ua in magna abſtinentia & ſanctitate vi-
te per multos annos vitam ducens exem
pla virtutum et toti⁹ ſctĩmonie vſqz ad
mortem fratribus oſtẽdit. Migrauit au-
tem ad xpm ſexto nonas iulij.

¶ De ſancto Paterno Epo & confeſſore.

PAternus aũt eps ſanct⁹ terrenã
hereditatem derelinquens ac exi
lium amãs ſummi regni celeſtis
fieri heredem concupiuit. Qui genti qui
dam armoricus fuit. i. de minori britan-
nia ortus & de parentib⁹ nobili proſapia
procreatis petrano ſcz patre matre vero
guean qui vno conuentu vtentes ſanctũ
paternum genuerunt & poſtea ſempiter-
no dei ſeruitio ĩ caſtitate manẽtes ſe ſub-
diderunt. Nam petran⁹ illico britanniaz
minorem deſerens hiberniam petijt & ma
gna vite abſtinentia & virtutib⁹ deo pla-
cuit. Gratioſa q̃ppe apparuit natiuitas
ſctĩ paterni per quem pater ei⁹ ſctũs effe-
ctus eſt & mater eius famula xpi religio
ſam vitam duxit. Adoleſcens autẽ pater
nus factus interrogauit matrem quẽ pa
trem habuiſſet viueret an non: aut ſi vi-
ueret vbi erat & cur alibi moraretur & nõ
potius in ppria hereditate maneret. Cui
lachrimando mater reſpondit. Pater tu-
us quidẽ viuit & plus deo q̃ mũdo. Perre
xit aũt hinc ad hiberniã vbi ieiunat orat/
vigilat meditatur: genuflectit altiſſimo
dño. Tunc adoleſcens ait. Quo ergo me
liori modo poteſt filius viuere q̃ boni pa

tris imitatione: Nam ſi rex ſit pater illū
imitari in regimine filius appetit. Itaqꝫ
ego moriar ſi non aſſequar patrē meum
per ſemitas quas elegit. In illo enī tem-
pore chorꝰ eccl'iaſticꝰ monachorꝝ minorez
britanniam deſerens: britannie maioris
oras appetere meditabātur. Hac enī pro-
uocatus fama puer paternus cū illis per
gere feſtinabat. Conuenientibꝰ itaqꝫ ad
nauigandū cunctis paternus mox quar-
tus dux cohortis efficitur. Nam conſobri
ni eius: videntes eum ad culmē perfecti-
onis properare dixerunt. Qm̄ dn̄s inqui
ūt i moribꝰ te p̄fecit oportet vt pplo ad exē
plum vite debeas preeſſe. Sicqꝫ octingē
ti monachi ⁊ quadragintaſeptē paternuz
eligentes ducem ⁊ eū ſequentes proſpe-
ro nauigio oras inſule maioris britānie
tenent. Cepit aūt ſctūs cū ſctis locū in ec-
cleſia cognomēto mauritania ⁊ edificato
ibidem monaſterio ſub echonomo prepo-
ſito et decano ſtatuit ⁊ bn̄dictis fratribꝰ
hiberniā nauigauit ⁊ viſitato patre ſuo
ac conſolato gratias deo referebant Erāt
tunc in hibernia duo reges qui orta inter
ſe diſſentione multum diſcordabant. Va-
ſtationes fiunt/rapiuntur prede/domus
cremantur/conſurgunt bella/⁊ multis
gladio interfectis terra deſolata in ſolitu
dinem redigitur. Tandem miſericors ar
biter orbis ſolita miſertus prouidentia:
cauſaꝫ inſperate pacis ad epm̄ cuiuſlibet
ciuitatis per angelum ſuū mittens dixit
Niſi vterqꝫ exercitus vultū ſcti viri nup
ex britānia aduenie͂tis viderit reges ma
liuoli adinuicē nūq̄ placari poſſūt. Miſ-
ſis ſtatim legatis paternū honorifice ad-
uocant: ⁊ conuocato exercitu paternꝰ in
medio ſtatuit. Et ecce grā vultꝰ eiꝰ ppul
ſatis penitus regū diſcordijs inter vtraſ-
qꝫ prouincias pax ⁊ vnitas perpetua con
firmatur hijs aūt rite peractis oēs quaſi
vno ore deū in ſeruo ſuo paterno bn̄dicūt
Paternꝰ itaqꝫ valedicto patre britanniā
adijt ⁊ fratres incolumes inuenit. Inter
quos nymannaucū quēdam noīe nup ad
uenientem repperit qui in minori britan
nia poſt paternū viuere nō valens ad lit-
tus maris venit ⁊ quandā petrā inueni-
ens ſuper eā ſtetit ⁊ ait. Si dn̄o deo ſunt
placita que meditor ⁊ ſi vere ſctūs eſt pa
ternꝰ ille quē ſequi volo: ſurgat petra et
ſuper equora natet/ſolidentur vnde/ob-
duret pelagus: ne lapidem mergat et ad
ſctm̄ paternū incolumis vehar. Et ecce di
cta citiꝰ lapis ſuper nudas maris velocit
currēs mirabili nauigio vſqꝫ ad monaſte
rium viri dei ipm̄ tranſduxit. Tunc pat
nꝰ monaſteria ⁊ eccl'ias per totā keretica͂
regionem que nūc cardiganſhire appella
tur edificauit. Interea mailgunꝰ rex bo-
rialium britonum ad debellādos ⁊ depre-
dandos auſtrales britones cū ſuo exerci-
tu venit ⁊ qm̄ ſp temptator erat ſctōrum
duos predones ſe precedere iuſſit vt ſctm̄
paternū quouis modo callide temptarēt
Qui vaſa quedā glarea replētes regales
thezauros ad ſctm̄ ſe apportaſſe ſimulāt
⁊ donec rex p̄ſpere reuertatur: hos cuſto
dire mandāt. Annuit ſctūs deponi iubet/
illos inueniendos eſſe ſicut relicti fuerāt
affirmat. Rege itaqꝫ pacatis ſibi inimicis
regreſſo venientes predones ⁊ vaſorū in-
teriora ſcrutātes glareā deponūt ⁊ regis
thezauros furti ablatos: ⁊ p̄ eis glareas
imiſſas fore exclamāt. Sctūs āt paternꝰ
ecōtra aſſeruit vt dimiſſos ita fore inētos
Illi tamē ruinā totius monaſterij et de-
populationem minabātur ſi thezauri nō
redderentur. A rege aūt antea per britan
niam fuerat edictū vt oē mendatiū aqua
feruentiſſima deprehenderet. Tunc i fer-
uore ſpūs iubet paternꝰ aquā in eneo ca
cabo donec ferueret caleſieri ⁊ manū im-
mittens albam ⁊ frigidā poſt aliquantu
lum more ſpacium extraxit. Coacti enim
poſt hec predones cū manus ſuas in fer-
uentem aquā miſiſſent: malitiam mentis

um man⁹ exuſte declarabāt. Cūqꝫ toti cō
buſti vitā finiſſent: rex oculis excecatus
infirmatur ꝛ ꝑpter reatū in ſctm̄ pater
num inique cōmiſſum ſe moꝛiturū confi
tetur. Adduct⁹ aūt ad virū dei cū magna
difficultate rex gemens ꝛ penitens flexis
genib⁹ indulgentiam petijt ꝛ accepta ve
nia ſanantur oculi eius et mēbꝛa. ¶ Cele
ſtis aūt nūci⁹ ad ſctm̄ dauid in roſina val
le veniens dixit. Surge ꝛ vade in hieru
ſalem vt ibi gradū epalem ſuſcipias ꝛ ad
de tibi duos condignos comites paternū
videlicet ꝛ theliaum qui ad eundē gradū
epalem pꝛomoueri poſſunt. Mox ei miſ
ſis ad illos nūcijs ſine moꝛa venerūt. Per
barbaras enī nationes iter agentes gra
tiam linguarū a dn̄o acceperunt: vnum
quēqꝫ hoīem pꝛopꝛia lingua in qua nat⁹
fuerat alloquentes. Ad vꝛbem hieruſalē
tandem accedentes nobiliſſime poſt apo
ſtolos pꝛedicabāt contra iudeos ꝛ hereſim
ibidem oꝛtam. Nā vnuſquiſqꝫ in lingua
ſua eos loquentes intelligebat. Per impoſi
tionē poſtea man⁹ patriarche epi oꝛdina
ti ſunt ꝛ munerib⁹ ditati. Patern⁹ quidē
tunica ex auro texta et baculo ditat̄. Re
greſſi enī ad patriam i tres epatus bꝛitā
niam diuiſerunt. ¶ Cū autem patern⁹ in
eccleſia mauritania pꝛefata poſt tātos la
boꝛes quieſceret deābulabat quidā tirā
nus regiones altrinſec⁹ noīe arthurus: q̄
quadā die veniens ad cellam ſcti epiſco
pi ꝛ ipm̄ alloquens tunicā memoꝛatā aſ
pexit: ꝛ zelo cōfoſſus inuidie petiuit eam
Cui ſctūs. Non cuilibet maligno ſed cle
rico ſtm̄ deo ſacrato hec tunica ꝯdigna eſt
Ille aūt indignans monaſteriū egreſſus
iterumqꝫ regreſſus vt eā vi tolleret. Un⁹
aūt diſcipuloꝛū vidēs illum in furoꝛe re
uertentem cucurrit ad ſctm̄ patnū ꝛ ait.
Tirannus: qui hinc antea exiuit inſul
tando cū furoꝛe regreditur. Patern⁹ ait
Immo abſoꝛbeat eū tellus. Quo dicto:
ſtatim terra apperuit os ſuum ꝛ vſqꝫ ad
mentū arthurū abſoꝛbuit. Qui illico ag
noſcens ſuum reatū incipit deū ꝛ ſctm̄ pa
ternū laudare donec veniam humilit̄ pe
tens terra illum ſurſum emitteret. Tunc
ſctūs regi flexis genib⁹ veniam imploꝛā
ti benigno vultu indulſit. Illis enī dieb⁹
caradaucus vltra terminos bꝛitannie re
gnū ſuū dilatauit ꝛ ad minoꝛē bꝛitanniā
veniens illam dn̄io ſuo ſubiugauit. In
cole aūt illi⁹ pꝛouincie ad illum veniētes
dixerunt. Niſi paternū nr̄ātē ad nos ex
maioꝛi bꝛitānia reuocaueris: nos tibi pla
cabiles ꝛ ſubiectos inuenire non poteris
Tunc rex tranſito pſpere mari obnixis
pꝛecib⁹ ſctm̄ epm̄ rogauit vt ad inſtructi
onem minoꝛis bꝛitannie ꝛ populi edifica
tionem greſſum maturare dignaretur.
Eps enim ſctūs ſcd̄m apoſtoli pꝛeceptū
poteſtati reſiſtere volens illuc perrexit ꝛ
magnā perſequutionē a falſis fratribus
patienter ſuſtinuit. Sāpſon aūt eps illi
us pꝛouincie quem pꝛecipuū oēs i ſancti
tate magnificabant: parochias perambu
labat/certū ſenſum ſingulis eccleſijs me
tropolitane ſoluere eccl'ie ſtatuens. Cūqꝫ
veniret ad vicina loca vꝛbis iuxta quam
ſanctus patern⁹ monaſteriū fūdauerat:
vnus monachoꝛū ſampſonis ait. Mitte
ad ſctm̄ ex bꝛitānia nuper venientē vt pꝛo
bes eius humilitatem et pꝛecipe cū nūcio
vt quocunqꝫ ſtatu eū inuenerit: eodem ſi
ne excuſatione quacūqꝫ ꝑperet ad te. Sā
pſon aūt conſiliū ſimpliciter accipiēs nū
cium miſit. Nūcius aūt ad virū dei veni
ens caligam in vno pede iuenit altero nu
do manente. Seruus nūciat legationem
ꝛ paternus futura pꝛeuidens ad epm̄ ſi
ne moꝛa perrexit. Malicioſus ille mona
chus auctoꝛ cōſilij mali paternū ſemiue
ſtitum pedib⁹ ſubꝛidet: ꝛ ſtatim arrept⁹
a demone cecidit in terram. Mox ſampſō
monachum illum auctoꝛem eſſe tempta
tionis intelligens in ſancto paterno ipm̄
pacifice ſalutat: indulgentiā petijt et ac

cepit. Tunc paternꝰ expulſo demone fati gatū ſanat. Statuit aūt ſctūs ſampſon vt eius omis epatus terre ſibi ſenſū redderet: ſcti tamē paterni epatꝰ liber ab omni hoīe fieret. Urbs aūt guenet ſedes epiſcopatꝰ ſancti paterni erat. Poſt hec cōgregata ſynodo vbi multum ab inuidis ⁊ falſis fratribꝰ fatigatus extitit. Cōfirmata tū demū inter ipm ⁊ epōs vnitate pacis timens ne per intolerātiā illoꝝ aliquo vel tenui modo iraſcetur vel lederet hūilitas eiꝰ terrā illam deſerens frācos adiit ⁊ ſeptimodecimo kal. maij ī dño obdormiuit. Tres nāqꝫ eius ſolempnitates minoris britannie incole feſtiue venerant ⁊ colunt diem videlicet qua pax pfata cū epis reformata fuit kalendis nouembris ⁊ diem qua gradū epatus accepit duodecimo kalendas iulij ⁊ diem obitus ſui.

Poſt obitum vero ſcti paterni minorem britanniam atra fames inuaſit nā trium annoꝝ ſpacio poſt tranſitum eiꝰ nec ros nec pluuia de celo ſuper totā prouinciā deſcendit. Inuenerunt tandē incole ꝙ ſā ctus paternus iniurioſis ⁊ falſis frībus afflictus terrā reliquiſſet: inito cōſilio ad locū ſepulture eiꝰ apud francos perrexerunt vt honorifice reliquias eiꝰ ſecū trāſferrent. Quod cū aſſequi nullo modo valerent vnū ex oſſibꝰ eiꝰ illis donatū omis exercitus portare non potuit. Turbatis igitur omibꝰ ⁊ quid agerent ignorantibꝰ ſupuenit nobilis quidā vrbis guenet ſic dicens. Dū enim viueret ſctūs pater poſtulabat a me ſepius terrā meā vt ibi eccleſiam fundaret. Quod itaqꝫ priuaui eū ſua petitione dū viueret hanc poſt mortē libens cōcedo. Surgat itaqꝫ ſumat honorē petitionē accipiat. Hoc dicto: os memoratum leuiſſime a terra ſuſtollūt ⁊ ad terram ſuā ſecum deferunt ⁊ in eccleſia illiꝰ honore in terra illius diuitis cōſtructa cū magno honore collocant. Quodā enī tēpore ſctō paterno adhuc ſupſtite dū quidam eius miniſter monaſterij ſiluas viſitaret incidēs ī latrones occiſus eſt. Quo audito paternꝰ ſiluā adijt: ⁊ miniſtrū proprio noīe vocauit dicens. Reſpōdeas magiſtro tuo. Tūc caput a cadauere reuulſū reſpōdit. Hic aſſum dñe. Cū qua voce peruenit epſ ad locū reſponſionis ⁊ vidēs caput miniſtri a corpore ſectū eleuatis in celum oculis cadauer benedixit ⁊ capite ſubito corpori cōiuncto viuus ſurrexit. Hoc audiens quidā potens illꝰ prouincie venit ad epm ⁊ dixit. Mei ſunt malicioſi interfectores miniſtri tui: ⁊ ne vltio diuina per cōmotionē animi tui me anticipet miſericordiā humiliter ⁊ veniam peto. Et vt mentem tuam ad me placabilem efficiā partem agri dicabo tibi. Cui ſctūs paternus veniam benigne largitus hoc prenūciauit. Anteꝙ finias vitā tuam domino placebis ⁊ in cimiterio cū honore ſepulturam merebcris.

## De ſancto Patricio Epō et confeſſore.

Beatꝰ enim patricius de genere britonū ortus eſt: pater eiꝰ calphurinus mater vero conchos dicta eſt. Cū aūt eſſet annorum ſexdecim cū ceteris in captiuitate ducitur: ⁊ cuidā regi gentili ſex annis ſeruiens ſues illius paſcebat. Centies in die ⁊ centies in nocte deū exorabat. Et ecce apparuit ei angelꝰ dñi victor noīe qui frequenter eū viſitans dixit Bene ieiunas: cito exiturus ad patriam tuam: ecce nauis tua parata expectat te. Stetit aūt angelus ſup terrā ⁊ vſqꝫ hodie manent veſtigia eiꝰ. Et iterum dixit patricio. Uade ⁊ vide locū vbi porcus ille terram naribus fodit: ⁊ quod ibi inueneris da dño tuo in redemptionem ſeruitutis tue. Et factum eſt ita. Poſtꝙ exiit patricius ſera penitentia tenuit regē ꝙ ſeruum ſuum optimum dimiſiſſet perrexit vt eum reduceret. Et non inueniēs eum

reuerſus in domū ſuam pondus auri pꝛo
redemptione ſuſcepti nō inuenit. Tran-
ſito aūt mari cū multis gentilibꝰ per vigī
ti octo dies in deſertis ambulauerūt ⁊ ci-
bus illis defecit. Et dixit ei quidā gētilis.
Tu dicis qꝛ deꝰ tuus magnus eſt: quare
ergo non rogas eū pꝛo nobis qꝛ fame peri
mus. Et ait patricius. Conuertimini in
toto coꝛde vr̄o ad dn̄m meum: qꝛ nihil im-
poſſibile eſt illi vt mittat nobis cibum in
viam nr̄am. Et oꝛauit pꝛo eis patricius:
⁊ ecce grex poꝛcoꝝ apparuit illis in via:
⁊ multos ex eis occiderūt et mel ſilueſtre
inuenerunt. Qui gratias deo agentes di
xerunt ei vt comederet cū eis ſed non co-
medit: quia illi immolauerunt cibos ydo-
lis ſuis. Et manſit patriciꝰ cū illis diebꝰ
triginta non manducās neqꝫ bibēs hila-
ris tamen perſeuerabat. Et cū doꝛmiret
foꝛtiter a ſathana temptatꝰ eſt: et cecidit
diabolus ſuper eū tribus diebus et nocti
bus: ⁊ inſtar ſaxi ingentis grauiter oppꝛeſ-
ſit eum ita vt ſe mouere non poſſet. Tūc
patricius vocauit heliam bina voce ī ad-
iutoꝛium: venitqꝫ helias ⁊ liberauit eum
Et ait ad euꝫ diabolus. Ab hac die nō ha-
beo poteſtatem in te vſqꝫ ad diem moꝛtis
tue. Et ſtatim eiecit ab eo deꝰ oēm toꝛpo-
rem et grauitatē ⁊ vires ei reſtitute ſunt.
Quadā aūt die vidit in ſompnis virum
ad ſe venientem quaſi de hibernia inſula
cum epiſtolis multis ⁊ dedit ei vnā ex il-
lis ⁊ legit. Erat aūt pꝛincipiū epiſtole ta-
le. Hec eſt vox hibernienſium. Et cuꝫ hoc
pꝛincipiū legeret audiuit ſimul in eodem
momēto vocē infantiū ex vteris matrum
diuerſaꝝ hibernie regionū ⁊ clamauerūt
quaſi vno oꝛe. Rogamꝰ te ſctē pr̄ vt veni-
as ⁊ ambules int̄ nos. Statimqꝫ patrici-
us audiēs hoc cōpūctus eſt coꝛde ⁊ nō po
tuit vltra epiſtolā legere. Et expgefactꝰ
grās egit deo: certiſſime ſciens ꝙ dn̄s vo
caſſet eū ad ſaluandos illos qui ipm̄ inuo
cabant. Et cogitauit terram exire vt ſcri
pturas diſceret ſanctas ⁊ puenit ad ſan-
ctum germanū antiſiodoꝛēſeꝫ epm̄ ⁊ mā-
ſit apud illum quadꝛaginta annis legēs
⁊ iplēs ſcripturas diuinas ⁊ virgo coꝛpe
pmāſit ⁊ ſpū: ⁊ poſtea ad beatū martinū
veniens quadꝛaginta diebus cū illo man
ſit. Inde vero patricius romā ꝓficiſcēs:
venit in itinere ad quēdam heremitā i lo-
co deſerto habitantem a quo baculū acce
pit qui in manu iheſu xp̄i dn̄i nr̄i erat vt
eius auxilio ſuffultus iter pꝛoſperū hab e
ret. Vocat̄ aūt baculꝰ iheſu et in ciuitate
ſancti patricij vſqꝫ hodie manet. Et decli-
nauit ad quēdam ſctm̄ epm̄ noīe amotuꝫ
⁊ gradū epalem ab illo ſuſcepit. Cū ergo
romam ingreſſus eſſet inuenit gloꝛiam ⁊
honoꝛem apud celeſtinū vꝛbis rome epm̄
Qui miſit eū ad cōuertendā hibernie in-
ſulam: nā antea palladiū miſerat ſed ha-
bitatoꝛes non ſuſceperūt eū neqꝫ doctri-
nam eius ſed reuerſus in terrā bꝛitonuꝫ
moꝛtuus eſt. Cum aūt patriciꝰ veniſſet
ad mare inuenit lepꝛoſum ſup ripā ꝗ ro-
gabat eos vt ſecum aſſumerēt eū in naui
ſed familia patricij ſcꝫ triginta quatuoꝛ
viri de peregrinis recuſabant. Tūc ſctūs
patriciꝰ altare ſuū lapideū ꝓiecit in mar̄
in quo ſedit lepꝛoſus et quouſqꝫ ad poꝛtū
in finibꝰ laginoꝛū perueniret lapis a naui
nō receſſit. Et inuenientes piſcatoꝛes cū
retibꝰ donū de piſcibꝰ poſtulaūt ⁊ illi da
re recuſarūt. Nō cū ſctō diſpliceret fluui
us ille piſces in vindictā huiꝰ ſceleris nō
habebit ineternū. Tūc patriciꝰ aſcēdēs
in terram que anathailtā vocata fuit ſed
plebs regiōis illiꝰ cōgregata repulerunt
eum. Ob hoc mare repleuit totā terrā il-
lam. ⁊ ineternū nō habitat̄. Exinde naui-
gauit ad aquilonarem partē ad virū cuꝫ
quo in ſeruitute fuerat vbi vidit multitu
dinē gētiū aduentū eiꝰ expectantiū. Nā
per multa tpa magi ⁊ pꝛophete aduentū
patricij pꝛedixerūt dicentes. Adueniet ho
mo cū ſuo ligno cuiꝰ menſa erit in oꝛien-

te domus ſue ⁊ pplˀs eiꝰ retroꝛſum : ⁊ ex
ſua menſa cantabit ⁊ familia reſpōdebit
ei. amē. Hic cum aduenerit deos nr̄os de⸗
ſtruet / templa ſubuertet / reges ſibi reſi⸗
ſtentes occidet : ⁊ doctrina eiꝰ regnabit in
ſeculū ſeculi. Pꝛecepit aūt rex illius pꝛo⸗
uincie noīe leogaire pplˀis ſuis vt ſolicite
aduentū eiꝰ expectātes a finibꝰ ſuis repel
lerent eū. Cū aūt patriciꝰ veniret ad ter⸗
ram dimiſerūt gentiles canē ferociſſimū
vt illum deuoꝛaret. Sed canis ille velut
lapis fixus ſtetit immobilis. Hoc aūt vi⸗
dens quidā gigas noīe dichu ſurrexit cū
gladio vt ſctm̄ interficeret ⁊ ip̄e ſicˀr aru
it : ⁊ nec manū nec pedem mouere potuit
Patriciꝰ vero pꝛedicauit illi verbū dei et
ad fidem cōuertit. Qui tradidit illi agrū
in quo ſtabāt ⁊ rogauit ne lōgitudo eccle⸗
ſie ab occidente in oꝛientem verteretˀ ſed
ab aquilone in meridiem. Et factū eſt ita

Alio die cū patriciꝰ miſſam celebꝛaret
quidā magus effudit calicem ſuū ⁊ ſtatiꝫ
terra aperiens os ſuū deuoꝛauit eū. Vi⸗
dēs aūt rus frater dichu valde ſenex ꝙ frˀ
ſuus xp̄o credidiſſet pugnauit contra pa
tricium : et noluit credere. Cui ſctūs ait.
Quid tu pugnas pꝛo hac vita que tibi de
ficit? Nā om̄es ſenſus tui defecerūt / ocu
li non bene vident / aures non bene audi⸗
unt / dentium numerus imminutus eſt :
ſimiliter ⁊ cetera membꝛa. Si quis ergo
renouauerit iterū iuuētutē tuaꝫ : nūquid
crederes illi? Reſpondit rus. Si hoc fece
ris tibi credam. Tunc oꝛante patricio re⸗
nouatus eſt Rus in etatem pulcherrimi ⁊
foꝛtiſſimi iuuenis. Et ſtatim credidit ⁊ ba
ptizatus eſt cum tribus filijs ſuis ⁊ cete⸗
ris multis. Dixit autē patricius ad rus.
Datur tibi electio vtrū in hac vita pꝛeſen
ti longo tempoꝛe iterum viuas an nūc ad
celum pergas. Reſpondit rus. Eligo vt
modo ad vitam eternam exeā. Et ſtatim
accepto ſacrificio migrauit ad dominum

Tunc perrexit patricius ad regem mi⸗
luch cum quo in ſeruitute fuerat vt eum
ad fidem cōuerteret. Quod ille audiēs cō
gregauit oēm ſubſtantiā ſuam ⁊ ſuccen
dit eam ſuper ſe illicoꝫ cōbuſtus eſt : ma⸗
gis moꝛtē eligēs ꝙ̄ vt ſeruo ſuo quaſi ſub
iectus permaneret. Patriciꝰ vero de mō⸗
te pꝛopinquo hoc intuens duabus hoꝛis
ſuſpirans ⁊ lachꝛimans ait. Hic rex quia
ſeip̄ꝫ igni tradidit ne deo eterno ſeruiret
nemo ſedebit de filijs eius rex ſuper ſedē
regni eius ſed ſemen eius ſeruiet in ſem⸗
piternum. Et poſtea factum̄ eſt ita. Ve⸗
nit aūt patricius ad domū cuiuſdam vi⸗
ri nobilis ⁊ pꝛedicans ei xp̄m baptizauit
eum : ⁊ inuenit cū eo filiū qui ſibi placuit
⁊ dedit ei nomen benignum. Puer enī il⸗
le ſuis manibꝰ pedes patricij ad ſuum pe
ctus colligabat ⁊ noluit doꝛmire cum pa⸗
tre ſuo ſꝫ flebat niſi cū patricio doꝛmiret
Cum aūt mane patricius currum aſcen⸗
deret et vno pede in currū eleuato alterū
tenuit puer ſtrictis manibus dicens. Di
mitte me apud patriciū pr̄em meum pꝛo
pꝛium. Tūc dixit ſctūs. Baptizate eum
⁊ eleuate in currū qm̄ heres regni dei eſt.

Poſt hec venit patriciꝰ ad cāpum bꝛeg.
vt paſcha celebꝛaret ⁊ ignem ſuccendit.
Erat aūt magna ſolempnitas in loco illo
in qua mos erat vt nemo ignem ſuccen⸗
deret in om̄i pꝛouincia donec pꝛius in il⸗
lo loco accenſus eſſet. Cum aūt rex leogai
re vidiſſet ignē ait. Quis auſus eſt igneꝫ
accendere donec pꝛius in domꝰ mea accē
datur? Cui magus quidā ait. Niſi ignis
iſte extinguatur in hac nocte ip̄e pꝛincipa
tum in hac inſula tenebit ineternū : et hij
cū quibus erit doctrina eius. Et perrexit
rex cū ſuo exercitu vt ignem extingueret
Et ait magus ad regeꝫ. Noli tu exire ad
hoīem illum ne adoꝛes eū ſed ille vocetur
ad te : ⁊ nemo aſſurgat in aduētu eiꝰ. Sꝫ
vnꝰ tm̄ ex illis noīe dego ſurrexit ⁊ benedi
xit illum patriciꝰ ⁊ vitā eternā pꝛomiſit
ei ⁊ ille credidit deo. Erat autem quidā

magus qui grauiter reſiſtebat deo cuius
obſtinatiam vidēs ſctūs ait ad dominū
Dñe qui oīa potes hic impiꝰ blaſphe-
mat nomē tuum eleua illum foꝛas ⁊ cito
moꝛiatur. Hijs dictis eleuatus eſt magꝰ
in aere ⁊ iterū demiſſus de ſuperis cū glo
bo niuis verſo capite ad lapidē cōminu-
tus ⁊ moꝛtuus eſt. Tūc rex iratus ſurre
xit cū ſuo exercitu vt ſctm̄ occideret. Et
ſtatim terremotus factus eſt magnus et
tonitruus ⁊ ignis ⁊ ventus vehemēs: et
ceciderūt ex eis m̄lti. Ceteriſqꝫ huc illuc-
qꝫ fugientibus remanſit rex cū quatuoꝛ
viris latens in quodam loco cū magno ti
moꝛe. Venit aūt regina ad patriciū et di-
xit ei. Homo iuſte ⁊ potens ne perdas re-
gem veniet enim ⁊ genua flectet ⁊ adoꝛa
bit dn̄m tuum. Et venit rex timoꝛe tractꝰ
⁊ genua flexit coꝛam ſctō ⁊ finxit ſe ado-
rare ſed coꝛde nō credebat. Craſtina autē
die venit patricius cū octo viris ad domū
regis ⁊ ſtatim ante eū ianue aperte ſunt
⁊ cenantibꝰ illis intrauit in domū conui-
uij ⁊ nemo ſurrexit ante eū. Tunc poeta
regis ſurrexit an̄ eum ⁊ credidit deo. Et
cū ſediſſet patriciꝰ dedit ei rex paterā ſu-
am vt biberet. Tunc magus quidā immi-
ſit aliquid ex vaſe ſuo in pateram illam.
Videns aūt hoc patricius ꝯuertit os pa-
tere ad palmā ſuam ⁊ ſtetit liquoꝛ in pa-
tera et ſola gutta illa cecidit quā magus
immiſit ⁊ potū bibit et mirati ſunt. Et
poſt puſillum dixit magus. Faciamus ſi
gna. Reſpondit patricius. Qualia? Et ait
magus. Inducamꝰ niuem ſuper terram
Patricius dixit. Nolo contra voluntatē
dei facere. Tunc magus per incātatiōes
ſuas induxit niuem ſuper totum cāpum
Vir dei ait. Depone niuē ⁊ frigus ab hoī
bus. Magus ait. Non poſſum deponere
vſqꝫ cras in hac hoꝛa. Patriciꝰ dixit. Po-
tes malum facere ſed non bonum. Et ele-
uata manu benedixit campū: ⁊ ſtatim ſi-
ne pluuia ⁊ vento euanuit nix. Et clama-
uerūt omnes ⁊ admirati ſunt. Tūc in-
duxit magus dēſiſſimas tenebꝛas ſuper
terrā: ⁊ cū non poſſet eas repellere oꝛāte
ſctō patricio expulſis tenebꝛis ſol ſup ter
ram refulſit. Et clamauerūt omēs ⁊ gra
tias egerūt. Tūc inito conſilio vt veni-
rent ſimul magꝰ ⁊ puer patricij benignꝰ
in vnā domum ⁊ ſtatuerūt vt domus il-
la accenderetur igne ⁊ caſula patricij eēt
circa magum ⁊ caſula magi circa puerū
patricij. Et miſſis illis in ignē: rogus ma
gum cōſumpſit ⁊ mediā partem domus
⁊ caſulam patricij ignis non tetigit pue-
rum vero eius cū dimidia parte domꝰ flā
ma non cōbuſſit: caſula tamē magi circa
eum exuſta eſt. Et iratꝰ eſt rex pꝛo moꝛte
magi ſui ⁊ ſctm̄ occidere voluit: ſed terra
aperuit os ſuum ⁊ deuoꝛauit magnā par
tem de populo ⁊ pauci remanētes ad fidē
conuerſi ſunt. Tūc rex timoꝛe perterritꝰ
ꝓmiſit ꝙ oīa que ſibi patricius diceret
impleret: ſed tn̄ baptizari renuit. Cui ſan
ctus ait. Ego relinquā te arbitrio tuo:
qꝛ valde reſtitiſti doctrine mee ⁊ affixiſti
me. Nullꝰ de ſemine tuo regnabit poſt te
in eternū. Regina vero credidit xp̄o ⁊ ba-
ptizata eſt. Cum aūt veniſſet patricius
ad conaldū fratrē leogaire cōuertit eū ad
fidē ⁊ domū eius. Et obtulit patricio om-
nem domū ſuam ⁊ habitaculū et dixit ei.
Fac tibi ciuitatē de hoc habitaculo ⁊ ego
faciam mihi aliud habitaculū pꝛe foꝛibꝰ
ciuitatis tue. Et factū eſt ita. Et ait patri
cius In hoc habitaculo multi reges erūt
⁊ in eo ſanguis nō effūdetur ⁊ tu eris be
nedictus ⁊ ſolium tuū firmū in eternū et
ſemen fratrum tuoꝛū ſemini tuo ſeruiet
in eternū. Poſt hec voluit patricius ire ad
regiones conaccie ⁊ reliquit in ſua ciuita
te altare ſuū lapideū vt eſſet illic ad ſanā
dos languoꝛes plebium. Et cū pergeret
ecce illud altare poſt ſe exijt in viam no-
lens a ſuo dn̄o ſeparari. Videns autē pa-
tricius altare regreſſus eſt iterū. Ex illo

torem ſe interponeret benignū. Ūn̄ et ad pleraqꝫ colloquia inter ipm̄ et regē archiepm̄ vocauit. Ūn̄ ſemel ſe ad pedes regis anglie procidit dicens. Dn̄e rex totā cauſam vnde inter nos orta eſt diſſentio tuo ꝯmitto arbitrio ſaluo honore dei. Tali adiectione audita rex vehemēter ſcādalizatus multis improperijs ⁊ obprobrijs ipꝫ affecit arguens eum tanꝗ ſuperbū et regie munificentie immemorē ⁊ ingratum ⁊ ait regi francie. Quicqd iſti diſplicuerit dicit honori dei eſſe contrarium et ſic ſua ⁊ mea om̄ia ſibi vendicabit. Sed ne videar honori dei vel ſibi in aliquo velle reſiſtere hec offero. Que anteceſſor maior et ſanctior fecit an̄ceſſorū meorū minimo: hec mihi faciat ⁊ quieſco. Acclamatur vndiqꝫ. Satis rex ſe hūiliat. Dn̄e archiepiſcope inquit rex francie vis maior eē ſctis viris vł melior petro? Quid dubitas? Ecce pax pre forib⁹. Archiepͣs rn̄dit. Sācti pdeceſſoris mei tēporib⁹ ſuis ⁊ ſi non oīa ſe aduerſus deum extollētia quedā tamē reſecarūt. Nā ſi om̄ia radicitus extirpaſſent: quis nūc aduerſum nos ignē tēptationis excitaret? Multo melius deo volēte nobis eſt: vt ſicut in eorū nūero ⁊ ſorte laborauimus: ita ⁊ illoꝝ laboris ⁊ premij participes ſimus: nec ſi quis eorū tepuit vel exceſſit in aliquo: eius in hoc teporis vel exceſſus exemplū ſequi tenemur. Petrum etenim xp̄m negantem arguimus: ſed vſqꝫ ad capitis ſui piculū neronis impetum arguentem cōmēdamus. Ex multis preſſuris ſurrexit ⁊ creuit eccľia: pr̄es noſtri paſſi ſunt quia noluerūt xp̄i nomē ſubticere ⁊ ego vt hoīs mihi gratia reſtituatur xp̄i honorem deberem ſupprimere? Abſit ait abſit. Inſurrexerūt ergo in eū omnes magnates imputātes arrogantie archiepi impedimentū pacis vno comite palam proteſtāte qđ qꝛ vtriuſqꝫ regni cōſilio ⁊ voluntati reſiſtit decetero neutrius dignus erit auxilio: ſꝫ eiectum ab anglia non recipiat francia. Soluto itaqꝫ conſilio inſalutato archiepō reges receſſerunt ⁊ qui pacis mediatores extiterant in receſſu multa etiam in facie viro dei obiecerunt ꝙ ſemper fuerat ſuperb⁹ elat⁹: ſapiens ī oculis ſuis proprie ſemper ſectator voluntatis ⁊ ſententie adijcientes grande fuiſſe malum et enorme eccleſie dampnum ꝙ ipſe vnꝗ rector fuerat conſtitutus ⁊ ꝙ per ipm̄ iam ex parte deſtructa: penitus cito deſtrueretur eccleſia. Sed vir dei ponens ori ſuo cuſtodiam ſiluit tāꝗ non audiret ⁊ regem francie cum ſuis ſequutus eſt. Plurimi vero in itinere dixerunt. Ecce archiepͣs qui in heſterno colloquio deum propter reges negare noluit nec dei honorē ſubticere. Cū vero archiepiſcop⁹ cum ſuis ſenonis eſſet: ⁊ quo diuertere poſſet quereret: tandem ſubintulit. Potens eſt deus in vltimo miſerie articulo ſuis adeſſe: ⁊ infideli deterior eſt qui de dei deſperat miſericordia. Et ſtatim acceſſit ſeruus regis francie qui dixit Dominus rex ad curiam vocat vos. Ad hec vnus clericorū dixit. Ut eijciam a regno. Non es inquit archiepͣs propheta neqꝫ filius prophete: noli vaticinari ſiniſtra Uenientes ergo inuenerunt dn̄m regem cum triſti vultu ſedentem ⁊ non aſſurgētem de more archiepiſcopo conſidentib⁹ illis et adhuc tepide vocatis facto ſilētio ⁊ inclinato capite quaſi dolens ⁊ inuitus cogitaret rex vt eos de regno eijceret ſubito abortis lachrimis proſiliens cum ſingultu proiecit ſe ad pedes archiepiſcopi: dicens. Uere pater mi tu ſol⁹ vidiſti nos omnes ceci fuimus qui contra deum tibi dedimus cōſilium: vt in cauſa tua immo dei ad nutum hominis honorem rennueres. Ignoſce ergo quia grauiter peniteo: et ab hac culpa me miſerū abſolue. Sed et deo et tibi meipſum et regnum meum expono et ab hac hora promitto ꝙ tibi vel tuis non deero ꝗdiu omnipotēti deo au-

ctoꝛe vixero. Abſoluto itaqꝫ rege dataqꝫ
ei benedictione archiep̄s ad hoſpitium ſu-
um regreſſus eſt. Poſt hec vero coꝛona-
tus eſt henricus filius henrici viuente pa-
tre ab archiep̄o eboꝛacenſi in pꝛeiuditiuꝫ
archiep̄i cantuarienſis ⁊ contra inhibiti-
onem papalem eis antea directā. Vn̄ fra̅-
coꝛū rex papā ſollicitauit in virtute amo-
ris ⁊ ſub impenſi pꝛoteſtatione obſequij
ne vlterius dilationes fruſtratoꝛias pꝛo-
rogaret: ſicut regnū francoꝝ diligebat ⁊
honoꝛem aplice ſedis. Archiep̄s quoqꝫ ſe-
nonenſis a papa impetrauit vt rex anglo-
rum omni appellatione ceſſante ſubijce-
retur anathemati ⁊ regnū interdicto niſi
cantuarienſi eccl̄ie pax redderetur. Miſit
quoqꝫ papa eboꝛacē̄ſi archiep̄o: ⁊ alijs ep̄is
qui coꝛonationi interfuerunt lr̄as ſuſpē-
ſionis. Quoſdam etiā ep̄oꝝ quia coꝛona-
tioni interfuerunt ⁊ ob alias cauſas excō-
municauit. Et has lr̄as beato thome deſti-
nauit vt illis loco ſuo ⁊ tp̄e vteretur. Vi-
dens itaqꝫ rex in arcto ſe poſitū pꝛomiſit
certiſſime pacem. Refoꝛmataqꝫ per medi-
atoꝛes pace rex ⁊ archiep̄s ſoli duo ſeoꝛſū
in equis in quadam planicie diuerterūt
ſecretius colloquentes. Ubi archiep̄s int̄
alia regi ſupplicauit vt iniuriam quā ſibi
⁊ eccleſie ſue ſuffraganei ſui vna cū ebo-
racenſi archiep̄o in coꝛonatione filij ſui fe-
cerant ſcd̄m cenſurā eccleſiaſticā ſine ip̄i-
us offenſa punire ſibi liceret. Et annuit
rex. Unde archiep̄s gratias agens confe-
ſtim in oculis oīm deſcendit: ⁊ humiliter
ad pedes regis ſe inclinauit. Cū ergo ar-
chiep̄s equum reaſcenderet rex aſcendē-
ti aſcenſoꝛium aptauit et tenuit. Et addi-
dit. Optas enī (vt dicis) in gallias redire:
ſed arbitroꝛ expedire tibi mecum aliquot
dies commoꝛari vt palam videatur quod
nondum eſtimatur. Sciunt om̄es inimi-
citias nr̄as: pax inita paucis innoteſcit.
Jngratus inquit archiepiſcopus nō im-
merito reputaboꝛ ſi benefactoꝛibus meis
vel vale nō fecero. Jbo ⁊ reuertar. Et a-
micabiliter ab inuicē receſſerunt. Et q̄m
rex pepigerat pꝛedia quedam cātuarien-
ſis eccl̄ie ep̄o reddere: miſit quoſdā ad re-
gem qui ſuper pꝛomiſſa reſtitutione eum
conueniren̄t. Quod cū aliq̄ꝓdiu diſtuliſſet
tādem ad magiſtrū iohannē ſareſburien-
ſem: poſtea carnotenſem ep̄m dixit. O io-
hannes inquit nullatenus vobis que pe-
titis faciam niſi videro pꝛius vos alit̄ ge-
rere erga me q̄ꝫ hucuſqꝫ geſſiſtis. Et ſic in-
fecto negotio redierunt. Audiens autē
rex archiep̄i poſt hec aduentū quoſdaꝫ de
aulicis in occurſum ei⁹ pꝛemiſit: ⁊ demū
ip̄emet ciuitatem turonis exijt ⁊ occurrit
nec tamē nocte illa rex achiep̄m in hoſpi-
tio ſuo reſpexit nec ſuoꝛū aliquis. Quin
potius rex ſummo mane miſſam celebꝛa-
ri fecit pꝛo defunctis ſuſpicans vt diceba-
tur ſi foꝛte alij miſſe ītereſſet archiep̄s oſ-
culum ſibi pacis offerret qd̄ ibi negaē nō
eſſet xp̄iani ſed plane inimici xp̄i. Petita
poſt miſſam pꝛedictoꝛū pꝛedioꝛū reſtituti-
one iterū reſtitutio certiſſime repꝛomiſſa
eſt. Volebat tamē rex vt pꝛius ad eccleſiā
ſuā reuerteretur qualē ſe ī regno exhibe-
ret ſcire deſiderans. Cū tādē vir dei ad
mare deſcēdiſſet occurrit ei decanus bolo-
nie aſſerēs ex parte comitis bolonie qꝛ pa-
rati erāt in anglia q̄ querebāt aīam eius
poꝛtus obſidētes vt exeūtem a naui rapi-
ant ⁊ trucident vel vincularēt. Cui archi-
ep̄s ait. Crede fili nec ſi mēbꝛatim diſcer-
pend⁹ ſim ab incepto itinē deſiſtā. Suffi-
ciat dn̄icum gregē paſtoꝛis ſui abſentiaꝫ
luxiſſe ſeptennem. Dum hec diceret ecce
nauis ab anglia ad poꝛtū venit cui⁹ nau-
ta ſocijs archiepiſcopi dixit. Miſeri quid
queritis/quid agitis/quo ꝓperatis? Cer-
te in moꝛtem veſtram. Conuenerunt in
poꝛtu milites multi vt in archiepiſcopuꝫ
et ſuos ſtatim cum applicuerint manus
inijciant. Quo audito ait epiſcopus. Ter-
ram anglie videoꝛ ⁊ fauente domino terrā

intrabo ſciens tamen certiſſime ꝙ ibi mihi immineat paſſio. Hoc dicto nauem intrauit ⁊ proſpere apud ſandwicū applicuit. Et ſtatim milites in alio portu eius aduentum audientes illuc properabant. Et vix ſalutato archiepō ſciſſitabantur quare in greſſu ſuo epōs regis excōicaſſet et ſuſpendiſſet. Miſerat enī ante aduentum ſuū clericos ſuos cum bullis qui epōs cū clericis prout ſupra exprimitur excōicarunt et ſuſpenderunt. Archieps vero māſuete reſpondit regem non ꝓpter hoc offēſum nec ſe quicꝗ̄ cōtra regem vel regnū feciſſe: ſed de ipſius regis permiſſione ſic factum eſſe vt iniuria quā epī in coronatiōe filij regis ecclīe ſue fecerāt nō remaneret impunita. Hijs auditis modeſtius loquuti ſunt: inſtanter tamen poſtulātes vt epōs excōicatos abſolueret ⁊ ſuſpēſos. Quod archieps ad conſilium diſtulit donec in craſtino cantuariam veniret. In craſtino prefati milites cū clericis trium epōrum ad archiepm venientes: noīe eporum abſolutionē poſtularunt. Rn̄dit vir dei epōs auctoritate pape excōicatos nec ipſius eſſe a tanto iudice ligatos abſoluere. Cū vero vrgentiſſime inſtarent dixit archieps ꝙ de dn̄i pape clemētia cōfiſus: ꝓ bono pacis in hoc articulo vſurparet q̄ dn̄i pape erāt ꝑſtita tū cautione vt ecclīe iuditio parerēt alioqn̄ ſe hoc facturū nullaten⁹ preciſe rn̄dit. Hoc illi audiētes idignant receſſerūt ⁊ multa ī ſuperbia ⁊ abuſione loquuti ſunt. Archieps aūt eboracēſis Lōdoniēſem ⁊ Sareſburiēſem ſic cōmouit vt mare trāſfretātes regē adirent ⁊ q̄rulo ſermone mox enarrarūt: ꝙ precipitant/temere/⁊ ſuperbe archieps in aduent⁹ ſui iītio regnū ꝑturbauerit ⁊ ſacerdotiū pace regia ſibi conceſſa abutēs. Cū qꝫ in multis viruꝫ dei accuſaſſent ait rex Si omnes excōicationi ſubiacent: coronationi filij mei conſentientes ego per oculos dei non excludor. Qualiter enī ⁊ quātum rex commotus immo in quātū furorem per illos ⁊ complices ſuos cōuerſus fuerit ordo ſequentis hiſtorie declarabit.

Veniens itaqꝫ cantuariam archieps et honorifice ab omibus ſuſceptus preparabat ſe: alumpnū ſuum puerū videre regē ⁊ poſtea prouintiā a qua tam diu abſens fuerat circuire. Et ecce cū in itinere eſſet: regis iunioris nūcij ex noīe regis ne procederet inhibentes ad ecclīam ſuā euꝫ redire precipiebāt. Quibus vir ſctūs mox reſpondit ſe nullatenus propter inhibitionem hanc regreſſurum niſi qꝛ tūc ſolēnis natalis dn̄i vrgebat dies quo eccleſie ſue abeſſe noluit ⁊ ita reuerſus eſt. Die vero natalis dn̄i qui ab aduentu ſuo in angliā viceſimus ſeptim⁹ erat: archieps ſermonem fecit ad populum et ꝙ inſtaret tempus diſſolutionis ſue ⁊ in breui migraret ab eis predixit: ⁊ nominatī ceruicoſos terre ⁊ pleroſqꝫ de aulicis necnon ranulphū de brok/⁊ robertum de brok: qui iumētū archiepī mutilauerant perpetuo anathemati tradidit. Cuius vero efficatie fuerat in roberto ſententia poſtea clarum fuit. Cum enī in domo ſua quā de nemorib⁹ archiepī paſſim ſucciſis in cantuaria conſtruxerat conuiuium feciſſet canes panē quem manus eius contractauerant recuſabant qui de manib⁹ aliorum auide ſumebant. Mirantibus cunctis ⁊ reliquias eius fragmentis aliorum commiſcentib⁹ ab vtriſqꝫ viſi ſūt canes abſtinere. Rex vero a tribus epīs vt premittitur in furorem accenſus manifeſte coram omnibus de archiepō tanꝗ̄ de hoſte conqueſtus eſt ⁊ ſepe omnes quos nutrierat ⁊ beneficia contulerat maledixit: qui ipſum de ſacerdote vno non vindicarent qui ipſum ⁊ regnum ſuum ſic perturbabat ⁊ ſuis dignitatibus ipſum exheredare querebat. Et adiecit. Unus homo qui manducauit panem meum leuauit contra me calcaneuꝫ ſuum. Unus homo profecto beneficijs

meis inſultat ⁊ totū genus regium deho
neſtat totū ſine vindice regnum cõculcat
Hõ cū ſepius in furoꝛe replicaret: quatu
oꝛ milites aulici dicentis votū concipien
tes in archiepĩ necem conſpirauerūt. Hij
aūt fuerunt reginaldꝰ filius vꝛſi hugo de
moꝛeuilla/ Willelmus traci/ ⁊ richardus
bꝛito. Trãſeuntes aūt iſti quatuoꝛ ꝓpe
re mare cantuariam in fõ. innocentiū ſo
la arma poꝛtantes cū cõplicibus ſuis itra
uerunt. Quinto igitur natalis die ſedẽ
te archiepõ in thalamo ſuo circa hoꝛã vn
decimã: ecce quatuoꝛ milites pꝛedicti ad
archiepm̃ ingreſſi ſunt. Et cõſidentes an
te pedes eius in terra nec ipm̃ ſalutãtes:
⁊ aliquantulum cum ſilentio ſedentes re
ginaldus tandẽ filius vꝛſi ſic ſctm̃ affatꝰ
eſt. A dño nr̃o rege de trãſmarinis parti
bus ad te directi regia tibi mandat a defe
cimꝰ vt ad filium ſuū regẽ pergas factu
rus ei quod dño ⁊ regi facere debes fide
litatemqꝫ ei interpoſito iuramẽto facias
⁊ quod in regiam peccaſti maieſtatẽ emẽ
des. Et ille. Unde ei fidelitatem tactis ſa
croſanctis debeo ꝯfirmare aut in quo ma
ieſtatis regie reus effectꝰ ſum? Ille ait.
De baronia exigitur a te cū iuramẽto fi
delitas ⁊ de clericis quos in terrã adduxi
ſti: ſi in terra remanere noluerit ſecurita
tis iuramẽtū exigitur. Uir dei rñdit. De
baronia dño regi quicqḋ ius vel ratio di
ctauerit facere paratus ſum. Uerū ꝓ cer
to teneat/ qḋ nec a me nec a clericis meis
iuramentū aliquod poterit extoꝛquẽ. In
telligimꝰ inquit. miles ꝙ nihil hoꝛuꝫ que
pꝛopoſuimus tibi facturus ſis. Pꝛeterea
pꝛecepit tibi dñs rex vt epõs ſine eius licẽ
tia excoĩcatos abſaluas. Et ille. Epõs eni
nõ ego ſed dñs papa cui data eſt poteſtas
a dño excoĩcauit. Si eni eccl̃ie mee illatã
iniuriam vindicauerit fateoꝛ nõ mihi diſ
plicere. Ex quo inquit miles in deſpectuꝫ
regis talia tibi placent credibile ſatis eſt
ꝙ coꝛonam ſuam velis ſurripere ⁊ rex no

minari et eſſe ſed vſqꝫ ad regie dignitatis
nomen reuera non pꝛoficies. Uir dei ait.
Nequaꝙ ad regis nomẽ aſpiro: imo tres
coꝛonas ſi mihi data eẽt facultas ãnecterẽ
coꝛone ſue. Tandem hõ poſt verba cõuer
ſi ſunt milites ad monachos dicẽtes. Ex
parte domini regis vobis pꝛecipimus vt
hunc hominem diligenter cuſtodiatis: et
cum placuerit illum regi pꝛeſentetis. Ar
chiepũs ait. Nūquid me fuga labi velle pu
tatis? Neqꝫ pꝛo rege neqꝫ pꝛo aliquo vi
uente fugam inibo. Non veni vt fugereꝫ
ſed vt impioꝛum rabiem ⁊ maliciam ex
pectarem. Uere inquiunt non effugies.
Illis itaqꝫ in tumultu ⁊ minis egredien
tibus magiſter iohannes de ſareſburi di
xit. Domine res nimis admirabilis eſt: ꝙ
nullius conſilium admittis. Nonne ſan
ctius eſſet mitius eis dediſſe reſponſum?
Et ille. Conſilium iam totum reuera ac
ceptum eſt. Noui ſatis quid agere debe
am. Et ille. Utinam annuente deo bonuꝫ
ſit. Egreſſis igitur militibus et arman
tibus ſe intrant aliqui ad virum dei dicẽ
tes. Domine armant ſe. Et ille. Que cu
ra? Sinite armare. Cūqꝫ milites arma
ti cum multis curiam archiepiſcopi in
traſſent: vndiqꝫ acclamatum eſt vt fuge
ret. Sed ille nec loco nec animo motus
eſt: ſed ſedebat intrepidus: ſed tandẽ mo
nachi (licet inuitum) traxerunt eum ad ec
cleſiam. Audito autem armatoꝛum aduẽ
tu quidam ex fratribus ad veſperas per
ſiſtebant: quidã timentes diuerticula pe
tebant: quidam ſibuenire volentes ad vi
rum dei veniebant. Quibus et ait. Ite ⁊
diuine ſeruitutis penſum explete. Sub
ſiſtens autem vir ſanctus ad oſtium di
xit. Quamdiu inquit tenebitis introitum
non introibo. Et ſtans in limine et vidẽs
populares quaſi ad ſpectaculum circa ſe
conſtipatos dixit. Quidnam metuit gens
iſta? Reſponſum eſt armatos in clauſtro.
Ad ipſos autem ait archiepiſcopus exeo.

Prohibentib⁹ eū fratribus exire cepit circa limē obuerſari. Et cū procedere moneretur ꝛ ad ſctā ſctōꝝ ſe conferre vt deferetur ei ex reuerentia loci nō acquieuit. Tumultuantibus interim clericis ꝛ monachis ꝛ vectem ferreū obducētib⁹ vir ſanct⁹ ait. Abite puſillanimes. Sinite miſeros ꝛ cecos delirare. Precipim⁹ in virtute obedientie ne oſtiū claudatis: nō eni decet eccleſiam incaſtellari. Omiſſis interī veſperis accurrūt monachi ꝛ paſtorez licet inuitum ꝛ renitentē clauſis ecclie valuis introducūt. Sed regreſſus ꝙ̄totius increpabat eos dicēs. Dimitte meos intrare. Et accurrēs oſtiū apperuit ꝛ ſuos qui deforis erant manib⁹ ſuis trahebat in eccleſiam dicens. Intrate citius. Tandem a ſuis inde violēter abſtract⁹ oſtia patefacta reliquit. Valuis igitur aptis milites ꝑſcrutato palatio per clauſtra ruūt ꝛ gladios in manibus vibrant/alij vbi eſt proditor/alij vbi eſt archiepſ acclamabāt. Et occurrit illis vir ſctūs dicēs. Ecce ego nō ꝓditor ſed archiepſ. Et accedēs prim⁹ illorū dixit ſctō. Fuge mortuus es. Et ille. Nequaꝙ̄ fugeam. Et iniecta in virū dei manu pilleūq; mucrone deijtiens dixit. Veni huc captus es. Sctūs ait. Non veniam: hic mihi facietis quicq̄d facere vultis palliumq; de manu ei⁹ excuſſit. Quibus verbis miles repercuſſus: duos vel tres paſſus reſilijt. Et ad aliū militem cōuerſus dixit. Quid eſt hoc reginalde multa tibi contuli beneficiaꝫ ad me armatus in eccliaꝫ accedis: Cui ille. Iā ſcies. Mortuus es. Impoſſibile eſt enī vt ampli⁹ viuas. Cui ſctūs ait. Et ego ꝓ deo meo mori paratus ſum: ꝛ pro aſſertione iuſticie ꝛ ecclie libertate. Sed ſi caput meū queritis: prohibeo ex parte dei omnipotentis ꝛ ſub anathemate ne alicui minori vel maiori in aliquo noceatis ſed ſint immunes a pena ſicut extiterūt a cauſa. Mortem ei libenter amplector dūmodo ecclia in effuſione ſanguinis mei pacē conſequatur et libertatem. Alterū etiā militem mox manu apprehendens per loricā tā valide excuſſit ꝙ ipm fere vſq; ad pauimentū proſtrauit. Willelmus de traci erat hic ſicut poſtea confeſſus eſt. Et inclinauit vir dei caput ī modū orantis. Hec nouiſſima proferens verba. Deo ꝛ beate marie ꝛ ſāctis hui⁹ ecclie patronis ꝛ beato dioniſio commēdo meipm ꝛ ecclie cauſam. Accelerās ergo reginald⁹ ꝛ toto conamīe capiti protenſo vuln⁹ inferre nitens clerico cuidaꝫ edwardo de cantibirgia dicto brachium gladio opponēti graue vuln⁹ inflixit. Verūptamē cū pond⁹ ictus ſuſtinere nō poſſet brachium retraxit ꝛ reliquū ictus caput recepit viri dei: ꝛ ſanguis cepit manare per faciem. Et exclamauit percuſſor ille. Percutite/percutite. Et attollens ſanctus in celū oculos genu flexo manibuſq; iunctis ante altare obtulit ſeipm hoſtiaꝫ viuā deo. Scdo vero vulnere capiti eius inflicto recto corpore quaſi ad orationem proſtratus in terrā corruit. Terti⁹ vo teſtē portionē amputando vuln⁹ precedēs horribiliter ampliauit. Quart⁹ cū ferire tardaret corrept⁹ in idem vuln⁹ gladium vibrauit: gladioq; in pauimēto marmoreo confracto tam cuſpidē ꝙ̄ gladij capulum reliquit ecclie. Nec ſathane filio tantum ſuffecit perpetraſſe flagitiū: niſi q̄ dictu horribile eſt iniecto in caput gladio cerebrū eijceret ꝛ per pauimētū ſpargēs exclamaret. Mortuus eſt. Et exeuntes dixerunt. Regales milites/regales milites Alij vero inſultabant dicentes. Voluit eē rex/voluit eſſe plus ꝙ̄ rex: mō ſit rex modo ſit rex. Ab hora vero qua vir dei ꝑmū vuln⁹ excepit nec verbū protulit/nec clamorem emiſit/nec gemitū edidit/nec manum ferienti oppoſuit: ſed caput inclinatum donec cōſummaretur immobile tenuit. Et ſic athleta dei quarto kal. Ianuarij a ſeculo migrans victor celos intrauit

Exeuntes vero milites equos aurũ ⁊ ar
gentũ ⁊ quicq̃d in palatio archiepi reper-
tum eſt inter ſe diuiſerũt Scripta quoqꝫ
⁊ priuilegia ranulpho de brok tradita ſũt
ad regem deferenda. Cũ aũt duo viderẽt
cilicia cõſternati ſunt ⁊ ſtupefacti ꝙ tam
euidens obumbrate religionis cernerent
argumentũ. Exuentes aũt monachi ſan
ctum martirẽ veſtib⁹ ſuis corp⁹ ei⁹ cilicio
inuolutũ ipa etiam femoralia uſqꝫ ad po
plites cilicina habitũqꝫ ſuperinductũ mo
nachalem: ſtaminã videlicet ⁊ cucullam
repererunt. Paſſus eſt aũt anno grẽ mil
leſimo cẽteſimo ſeptuageſimo vite vo ſue
anno q̃nquageſio ttio. Ex legẽda ſctõꝝ
Sacerdos quidã de btã virgine quoti-
die celebrabat q̃ archiepo accuſat⁹: ab eo
accerſitur ⁊ tanq̃ ydeota ⁊ inſcius ab offi
cio ſuſpenditur. Cũ aũt beat⁹ thomas ci
licium ſuũ ſuere deberet ⁊ ſub lecto ipſuꝫ
abſcõdiſſet ut ad ſuendũ horam captaret
btã maria ſacerdoti apparuit dicẽs. Va-
de ad archiepm eiqꝫ dicas ꝙ illa cui⁹ amo
re miſſas dicebas ei⁹ cilitiũ qđ in tali loco
conſuit ⁊ cetam rubeã de qua illud cõſuit
ibidem reliquit. Illa igit mandat ſibi qđ
interdictũ quod tibi fecerat debeat relaxa
re. Quod ille audiens ⁊ ita inueniens ob-
ſtupuit ⁊ interdictum relaxans ſacerdotẽ
hoc habere ſecretum precepit. Quedam
dña de anglia varios oculos habẽ ob laſ-
ciuiam ⁊ maiorem pulchritudinẽ affecta
bat ſuper quo votũ vouẽs: nudis pedib⁹
ſepulchrum bti thome viſitauit. Que cũ
in orone proſtrata eſſet ſurgẽs inuenit ſe
penitus excecatam. Statimqꝫ penitẽs ce
pit rogare btm thomã: ut iam nõ varios
ſed ſaltẽ ſuos ſibi redderet. Quod tandẽ
cum multa difficultate vix valuit obtine
re. Auis quedã docta loqui cũ niſus eã
inſequeretur ſicut didicerat cepit clama-
re. Scte thoma adiuua me. Et ſtatim ni-
ſus cecidit mortuus ⁊ illa euaſit. Quidã
quẽ ſctũs thomas valde dilexerat cũ gra-
uiter infirmaretur iuit ad eius tumbam
⁊ pro ſalute rogauit ⁊ ad libitũ impetra-
uit. Sed dũ ſanus rediret cogitare cepit
ꝙ illa ſanitas aĩe ſue forſitan nõ expedi-
ret: unde iterũ rediens ad ſepulchrũ ora-
uit ut ſi non eſſet utile aĩe ſuẽ continuo in
firmitas ipa rediret: ſtatimqꝫ infirmitas
rediit ſicut pri⁹. In ei⁹ aũt interfectores
ĩ tm ultio diuia deſcuit ut alij digitos dẽ-
tibus fruſtatim diſcerpẽtes/ alij ſaniẽ de
fluẽtes/ alij paraliſi diſſoluti/ alij amẽtes
effecti miſerabilit interirent. De iſto quo
qꝫ martire quidã ſic ſcripſerunt.

Pro xpi ſponſa xpi ſub tẽpore xpi
In templo xpi verus amator obit,
Anno milleno centeno ſeptuageno
Anglorũ primas corruit enſe thomas
Quis morit p̃ſul cur ꝓ grege q̃nalr enſe
Quando natali quis locus ara dei.

Cum autẽ audiſſet rex anglorũ gladiis
ſuoꝝ occubuiſſe btm thomã miſit duos
clericos lr̃as ferentes qui cantuariam ve
nientes cõgregatis fratrib⁹ dixerũt. In
fortunium fratres quod penes nos acci-
dit adeo dñm regem contriſtauit ut ab in
troitu ecc̃lie per triduum abſtinuerit/ ci-
bũ per tres dies preter lac amigdalorũ nõ
ſumpſerit/ cõſolationem non admiſerit/
in publicũ non prodierit/ ſciens in ſuam
redundare infamiam quod ſuoꝝ ſeuitia
actum eſt. Unũ eſt qđ mordet cõſcientiã:
cũ eni oẽs qui coronationẽ filij interfuert
excõicatos accepiſſet dolorẽ ſuũ diſſimi-
lare non poterat ſed ſuis querimoniã de-
poſuit qui eius cõpaſſi dolori eo neſciẽte
a curia latenter receſſerunt. Quod cũ au
diſſet eueſtigio miſit qui portus preoccu-
pantes illorũ inſaniam prohiberent ſꝫ il-
li citius mare tranſeuntes facinus tã hor
rendum expleuernnt. Si eni quicq̃ cul-
pe contraxerit in eo ꝙ aliquid dixiſſe vide
retur quod eos ad facin⁹ inuitauerit ve-
ſtris orationib⁹ cõuenit expiari. Et nũc
corpus iubet honeſte tradi ſepulture: nõ

eni perſequitur mortuum quãuis viuen
tem habuerat infeſtũ. Heracliꝰ patriar-
cha hieroſolimitanus angliam veniens:
talem referebat viſionẽ. Cũ eni in ceno-
bio quodã terre ſctẽ fr̃ quidã infirmaret:
rogauit eũ abbas vt poſt mortem ſuã de
ſtatu ſuo eũ certificaret. Annuit frater et
obijt. Infra paucos vero dies reuerſus:
ſe dei frui viſione ⁊ eterne ſalutis premi-
um ſibi donatum nũciauit. Et vt certiſſi-
me inquit ſcias in nullo heſitans ſcito ꝙ
cũ egreſſꝰ a corpore ab angelis ſtatim de
portatus fui in celum: ⁊ venit magnꝰ qui
dam cũ proceſſione ineffabiliter admirã-
da ſequente ipm̃: quã nemo dinumerare
poterat angeloꝝ mltitudine patriarcha-
rumꝗ prophetarũ laudabili nũero cũ glo
rioſo apoſtoloꝝ choro ⁊ innumerabili ſan
ctorũ martirũ purpurato ⁊ cãdidato cõ-
feſſoꝝ exercitu. Sabat aũt ille ante dñm
quaſi martir toto lacerato capite: cruore
(vt videbatur) per vulnerũ rimas diſtilã
te. Cui dñs ait. Thoma ſic decet te intra
re curiã dñi tui. Et adiecit. Quantã glori
am donaui petro nec tibi minorem dabo.
Et accepit dñs mire magnitudinis coro-
nam auream ⁊ capiti eius dilacerato im
poſuit. Et addidit frater. Scito igit̃ cer-
tiſſime ꝙ thomas cantuarienſis antiſtes
hijs diebꝰ occiſus eſt. Tu vero dicta mea
nota ⁊ ſigna tẽpora. Et hijs dictis diſpa-
ruit ⁊ abbas heraclio patriarche qui hec i
anglia retulit per ordinem enarrauit.
Sctũs quoꝗ thomas in exilio adhuc po
ſitus talem viſionẽ vidit. Aſpiciebã inqͣt
in viſu noctis ⁊ ecce ſupra mõtẽ valde ex
celſum erã et dñs rex angloꝝ in infimo
deorſum ⁊ ecce ſubito vniuerſe celi volu
cres aduerſum regem cõuenerũt ipm̃ cũ
vnguibus ſuis ⁊ roſtris ſubito ⁊ cito ala
rum ſuarũ impetu quaſi turbinis vehe-
mentis ſpiritu impetentes. Singula mi
hi viſa erant ibi volucrum genera maxi-
me que ex raptu viuũt regẽ in genere ſuo
impetentia. Cuius veſtimenitis per vo-
lucrũ vngues ⁊ roſtra confeſtim dilacera
tis rex ſola camiſia vix coopertus quaſi
nudus volucribus expoſitus eſt ⁊ impe-
tum auium ſuſtinere non valens hinc in-
de impellebatur. Erat aũt a tergo regis
quoddã precipitiũ profundiſſimũ ⁊ teter-
rimum ſibi improuiſum. Cum aũt appro
pinquaſſet rex precipitio ab impetentiũ
in ſe trahens: vnus de aulicis quẽ rex ho-
noribus ⁊ diuitijs inter regni primos ere
xerat ⁊ quaſi ſeipm̃ dilexerat: in volucrũ
acceſſit adiutoriũ / camiſia qua amictus
erat rex ſpoliare violenter attemptans cũ
quibus cepit regem pellere in precipitiũ.
Commota ſunt eni viſcera mea ſuper re
ge nec potui in offenſa hac miſerationes
meas cõtinere ꝗn de mõtis vertice in ictu
oculi deſcendi ⁊ framea longa ⁊ acutiſſi-
ma vniuerſas celi volucres diſſipaui: et
diſperſi ⁊ regem veſtibꝰ ſuis regalibꝰ de
center indui ⁊ aulicũ illum qui in auxili-
um volucruz venerat acriter obiurgaui.
Rex aũt hẽricus per quadraginta dies
audita thome nece ſedit merens ⁊ acerbi
orem multo plus ꝙ mortuorũ fecit luctũ
lugentium cibos comedit / equũ non aſcẽ
dit / nulla cauſa / nulla conſultatio / nulla
querela ingrediebatur ad eum Sedebat
ſolitarius ingemiſcens et dolens ſepius
hoc iterans heu heu accidiſſe ſic. Et ſtatĩ
nũcios ad papam alexandrũ miſit ⁊ hũi-
liter in quo exceſſit confeſſus eſt. Uerum
ꝙ cõfeſſio per ſcripta fieri nequaꝙ ſolet:
miſſi ſunt duo cardinales qui excoicatos
abſoluerent ⁊ regis ſaluti prouiderent.
In quorũ preſentia rex tactis euãgelijs
iurauit ꝙ neꝗ mandauit neꝗ voluit ꝙ
archieps interficeretur ⁊ ꝙ audita morte
eius plus doluit ꝙ letatus eſt. Et addidit
ex propria voluntate ꝙ de morte prĩs vel
matris ſue nunꝙ tantũ doluit. Jurauit
etiam ꝙ ꝗcũꝗ penitẽtiam ei cardinales
iniungerent plenarie exequeretur. Dice

bat enī palam q̄ cauſa eſſet mortis archi
epī ⁊ quicq̄d factū fuit ꝓpter eū factū eēt
non q̄ ipſe mandauerit ſed familiares ei⁹
videntes turbationem iniuriam ei⁹ vin
dicabant. Tūc iniunctum eſt ei a legatis
q̄ inueniret ducentos milites per annū
integrum ſumptib⁹ ſuis in terra hieroſo
moꝝ vnicuiq3 militi trecētos aureos aſſi
gnādo. Scđo q̄ praua ſtatuta de clarēđ.
⁊ oēs malas conſuetudines in eccleſijs
diebus ſuis introductas dimitteret ⁊ que
male ante temp⁹ ſuum iuxta mādata do
mini pape ⁊ religioſoꝝ virorum conſilia
temperaret. Tertio q̄ eccleſie cantuarien
ſi in terris et alijs cuncta reſtitueret: ⁊ q̄
omnibus quibus propter archiepm̄ fue-
rat offēſ⁹ pacē ⁊ amorē ac poſſeſſiōes red-
deret. Quarto q̄ ſi dn̄s papa ei mādaret
iret in hiſpanias ad liberādā terrā de ma
nibus paganorum. Iniunxerūt ei ſecre-
tius ieiunia ⁊ elimoſinas ⁊ alia quedam.
Ad hec oīa rex benigne aſſenſum prebu
it ita vt palam diceret. Ecce dn̄i legati cor
pus meum in manu veſtra eſt quicq̄d enī
miſeritis paratus ſum facere. Unde mul
ti eius humilitatem videntes ⁊ deuotio-
nem vix poterant lachrimas continere.
Deduxerunt eum legati extra oſtium ec
cleſie ⁊ ibi flexis genibus abſolutus in ec
cleſiam introductus eſt. Iurauit aūt rex
henricus filius ſuus ſi pater ſuus decede
ret ſe oīa predicta obſeruaturum ¶ Ela
pſis autem poſt hec quinq3 annis fili⁹ ſu-
us hēricus inito cū rege francorum fede-
re aduerſus patrē inteſtina bella mouit
Unde pater quaſi in deſperatione poſit⁹
mare tranſiuit ⁊ vt cantuarienſem eccle
ſiam vidit mox incredibiliter humiliat⁹
nudis pedibus et preter tunicam quādā
vilem nudato toto corpore palam ciuitatē
intrauit cū ſuſpirijs ⁊ gemitibus tūbam
martiris adijt ⁊ tota die ⁊ nocte ieiunus
⁊ peruigil ante martirem pernoctauit et
ibidem a ſingulis fratribus quadragita
percuſſiones diſciplinalis virge accepit.
Eadem quoq3 die rex ſcotorum capt⁹ eſt
ſine pugna caſu fortuito ab exercitu ſuo
parum digreſſus. Uidentes aūt alij tam
ſubito cū rege manū dn̄i validā ſiluerūt
vniuerſi. ¶ Cū enī ſctūs thomas ſenonis
eſſet poſt nocturnū officiū ſubito cogitās
de rege et filijs eius: et potiſſime de pri-
mogenito ei⁹ et de quodā alio de quo po-
ſtea neſciebat an de richardo an de galfri
do fratre ei⁹. Et cū aliq̄diu de hijs cogi-
taret diſpoſitiones altiſſimi ſup illos ſci-
re deſiderās: ecce facta eſt vox ad eū ſic di
cens. Mors tulit vna duos tulit altera ſ3
male patrem. Unde ⁊ cras hoc referēs ad
didit. Prochdolor henric⁹ nō anteq̄ pater
vel fratres ſui morietur. Et factū eſt ita:
vna cū fratre ſuo galfrido morbo diſſente
rio pater vero quaſi morte ſubitanea.

## De ſctō thoma monacho a gallis occiſo.

Cum enim gallorū claſſis valida
armatorū manu repleta ad infe-
ſtandū angliam ſiue potius ſub-
iugandū iuſſu ludouici regis francorum
primogeniti qui angliā ſuo dominio mul
torum terre nobilium promiſſo auxilio et
fauore alectus erat donoriā applicuiſſet
villam et monachoꝝ cenobiū in ea cōſtru
ctum de nauibus egreſſi bonis oīb⁹ ſpo
liare ceperunt. Cūq3 monachi qui fugere
poterant loca ſecura fuge p̄ſidio petiſſent
gens prede auida cenobium intrans mo
nachum quēdam venerabilis ſenectutis
virū noīe thomā piū modeſtū bonis mo-
ribus in ſctā conuerſatione monaſtica a
pueritia nutritum in dormitorio ſedentē
inuenerūt qui nullo ſociorū ſuaſu induci
poterat vt relicto monaſterio fugiendo vi
tam ſaluaret. Et cū minis terrorib⁹ ⁊ blā
ditijs ad prodendū ⁊ propalandū theſau
rum eccleſie vaſa et veſtimenta ⁊ que pre
cioſa erant eū incitare niterent ⁊ ille nul

lo modo acquieſceret verũ de ſacrilegio
eoꝝ ⁊ ceteris flagitijs audacter ⁊ intrepi
de eos redarguendo corriperet vehemen
ter ira ſuccenſi in xp̄m deũ manũ iniicie
tes gladio vitam eiꝰ amputarũt. Nonis
auguſti ãno dñi milleſimo ducenteſimo
nonageſimoq̄nto. Poſt eiꝰ tranſitũ duo
fratres germani quoꝝ alter precordialiũ
paſſionibꝰ nimis grauiter torquebat. alt̄
manũ hẽbat ita ꝯtractã vt cuilibet operi
inepta redderetur: tumbã viri dei viſitã
tes ſalutem reportarunt. Ereneticũ quẽ
dam ſanauit/ cecos quatuor illuminauit/
ſurdo auditum tribuit/ viros duos pedũ
ac manuum beneficio priuatos valitudi
ni dedit/ naues nonnullas maris tempe
ſtate periclitantes ſedatis ventis ⁊ cõmo
tione maris ad portũ reduxit optatũ. Mor
tuos quiqꝫ reſuſcitauit ⁊ alios nõnullos
varijs morbis opp̄ſſos ſalute gaudẽ fecit

## ❡ De ſancta Walburga virgine.

POſtq̄ angloꝝ natio per bea
ti gregorij pape aplatũ a gẽ
tilitatis erroꝛe ad xp̄ianitatis
veritatem cõuerſa eſt: multi
illoꝝ ob celeſtis ſpei remune
rationem ex maritima patria ad franco
rum peruenerũt imperiũ. Ex quibꝰ ſctũs
bonifacius dũ adhuc in peregrinatiõe p
ueniſſet prouinciã quaſi natiuã ſibi ade
ptus eſt patriam ⁊ mãguntinẽſis preſula
tus ob ſua merita cathedram adeptꝰ eſt.
Ex eodẽ quoqꝫ anglie inſule ſolo peregri
nati ſunt fratres duo pro chriſto ſcꝫ Wil
lebrordꝰ ⁊ Wineboldꝰ cũ caſtiſſima ſoro
re eoꝝ virgine xp̄i Walburga. Quorum
prior a prefato antiſtite bonifacio heiſta
tenſis eccl̄ie cathedrã ſuſcepit: alter vero to
tum ſe xp̄i ſeruitio mancipãs locũ qui dr̄
heidanhem ad incolendũ elegit vbi conti
nuis orationibus deditꝰ in monaſtica cõ
uerſatione ſancta vitam finiuit ⁊ multos
bene inſtructos fratres reliquit. Poſt ho
rum vero diſceſſum ſoror eoꝝ Walburga
ſctm̃ omnibꝰ prebens exemplũ in eodem
monaſterio multarũ virginuꝫ abbatiſſa
effecta ad om̃ia que a xp̄o ſemper poſcẽt
extitit efficaciſſima. ❡ Cõtigit ei hora veſ
pertinali perfecta vt cuſtos eccl̄ie ingruẽ
tibus nocturnis tenebris petenti Walburge
lumẽ ſibi primũ denegaret. Ad quã iniu
riã cũ inſuperabilẽ retineret patientiam
dormitorium adijt: ⁊ mox tanta luminis
flagrantia enituit vt domicilij pauimen
tum penetrare videretur ⁊ vſqꝫ ab horaꝫ
matutinarũ perdurauit. Stupentibꝰ in
de ſororibus ⁊ ad lectulum virginis ſan
cte currentibus illa prorupit in lachrimas
eleuatiſqꝫ ad deum oculis ⁊ manibus di
xit: ❡ Tibi dñe iheſu xp̄e cũ humilis ancil
la a cunabulis deſeruiẽ decreui de hoc col
lato munere gratias refero qui ad exercẽ
das ancillarũ tuarũ mentes me indignã
luminis tui adiuuamine cõſolari digna
tus es. Hoc enĩ nequaqꝫ meis: ſed fratrũ
meoꝝ tuoꝝ ſcꝫ famuloꝝ meritis aſcribo.
Nocte quadam virgo ſctã ſola de mona
ſterio egreſſa ad cuiuſdam diuitis domũ
venit ⁊ ante fores eius quaſi quedã pere
grina ⁊ ignota cõſtitit. Quã videns dñs
domꝰ ignarus que eſſet: timuit ne rabida
ſuoꝝ canũ audatia eam laniando diſcer
peret. Juſſit ergo vt que eſſet ocius indi
caret. Et illa. Nequaq̄ inquit metuo q̄s
tu vereris canes me poſſe crudeli contin
gere dente nec Walburgã ſic ei nũcupor
mordere valebũt. Jp̄e enĩ qui me huc ad
tuam domũ perduxit incolumẽ ad locum
vnde veni poterit me reducẽ illeſam. Hoc
audito cõſternatus ille aĩo quare ad oſti
um taꝫ nobilis puella ⁊ dei ancilla ſtaret
requiſiuit. Et cũ omni veneratione illam
ſuſcipiens omnẽ famulatum ei exhibuit
Hora vero nocturne requietionis interro
gata vbi requieſcere vellet: reſpondit ſe
velle pauſare in loco quo filia eiꝰ vſqꝫ ad

moꝛtem infirmata iaceret. Et intrans cubiculum ⁊ oꝛonibꝰ vacans in craſtino puellam pꝛiſtine ſanitati reſtituit ⁊ ad monaſteriū rediyt. Bonis tandem operibus plena kal. Maij migrauit ad dn̄m ⁊ in eodem quo ſemper xp̄o ſeruierat monaſterio cū maximo honoꝛe ſepelitur. Paruo ex hinc tempoꝛe decedentib[illegible]iſtatenſis eccleſie paſtoꝛibꝰ conti[illegible]otgarius venerabilem virū eiuſdē ſedis cathedꝛā obtinuiſſe. Qui dum nunꝰ ꝗ̄ ratio depoſceret ⁊ honeſte [illegible] monaſterium excoluiſſet quadā nocte per viſionem virgo ſctā huiuſmodi verbis illum cōpellebat. Cur inquit otgari pſul deo digne monaſteriū quo coꝛpoꝛe ſum recondita ſic negligēter hacte habere voluiſti? Nā illuc cōuenientiū cenulentis quotidie calcoꝛ pedibꝰ vulgaribuſqꝫ veſtigiis cōpꝛimoꝛ. Scito ergo cognoſcens qm̄ tale aliquid tibi iuditium pādā quo nō recte te erga me ⁊ domū dei egiſſe cōperias vt ſi te reum iā exinde cognoueris veniam merearis. In pꝛoximo ei dū erecti eſſent parietes eiuſdem fabꝛice pꝛominentes trabiumqꝫ cōpago ſequēti die ſuper muros deberet apponi: noctu aquilonaris paries ſubito vſqꝫ ad terrā coꝛruit ⁊ terroꝛē maximū cūctis incuſſit. Quo audito otgarius ep̄s viſionē quā viderat eſſe cōpletam intelligens eccłiam inſtaurauit ⁊ feſtinant dedicare curauit ⁊ coꝛpꝰ ſctē virginis vna cū ſctō coꝛpoꝛe fr̄is ſui Winiboldi ad haiſtatēſē trāſtulit eccłiaꝫ

## De ſancto Walleno Abbate.

Omes aūt wallenus ſereniſſimi ſiwardi comitis filius comitatū noꝛthūbꝛie ⁊ eboꝛacēſis pꝛouincie pꝛincipatum poſſidēs inlittam willelmi regis et conqueſtoꝛis neptē in vxoꝛem duxit: ⁊ iniuſte demum accuſatus ab eodem rege innocenter decollatur ⁊ croulādie ſepelitur. Eius enim filia noīe matildis ſymoni comiti huntingdonie nupta: virū dei wallenū ſiue walthef concepit ⁊ ad multoꝝ ſalutē peperit. Nomē eius in angloꝛum ydiomate diſſillabum: ſi ſecunda ſyllaba coꝛrepto accentu ꝓferatur electus ſapoꝛ: ſi pꝛoducto accentu electus latro interpꝛetatur. In verbis eni ⁊ moꝛibꝰ ſapoꝛē ſpiritualis ſuauitatis oībus exhibuit ⁊ pio furto regnū celoꝛū latrocinari videbatur: qui virtutes ſuas ⁊ reuelationes ſibi diuinitus oſtenſas ⁊ ſigna patrata occultare ſemper nitebatur. Exheredato demū patre eius ⁊ in trāſmarinis partibus moꝛtuo mater eius cū comitatu regi ſcotie dauid copulatur. De qua idē rex hēricū comitem patrē regum duoꝝ malcolini ſcꝫ ⁊ willelmi pꝛocreauit. Wallenꝰ eni vita ⁊ moꝛibus pꝛoficiens parentes et mundū fugiens in cenobio ſancti oſwaldi eboꝛacēſis dioceſis habitum canonicoꝛum ſuſcepit ⁊ in omi ſanctitate ſpeculū fratribus effectus ⁊ de ſacriſta in pꝛioꝛē de kirkham vnanimi conſenſu electꝰ eſt. Et quanto in oculis oīm videbatur ſublimioꝛ tanto in oculis pꝛopꝛiis humilīr apparebat. In natali dn̄i cū miſſam in magna coꝛdis deuotione ⁊ lachꝛimarū pꝛofuſione celebꝛans verba ſacramenti pꝛoferret infantulum pꝛe filiis hominuꝫ ſpecioſum in manibus ſuis vidit ⁊ in capite eiꝰ coꝛonam aureā gēmis ſtelliferis rutilantem. Erat aūt omi niue candidioꝛ ⁊ dulcifluo luminū riſu vultuqꝫ ſereno blandoqꝫ manuū applauſu caput et facieꝫ eius tangens contrectans/cōplanans demulcebat: et qn̄qꝫ caput capiti ⁊ os oꝛi applicans oſcula crebꝛius impꝛimebat. Dilectus tandē infantulus ille eleuatis manibus crucis impꝛeſſione eū benedixit ⁊ ab oculis eius diſparuit nihilqꝫ pꝛeter hoſtiam vir dei in manibus vidit. Quotiēs huius viſionis poſtea recoꝛdatus fuit ineſtimabili coꝛdis iubilo repletus lachꝛimaꝝ pꝛofluuio genas rigabat. Canonicꝰ qui

dam cum in eiꝰ pꝛeſentia celebꝛaret ara-
nea in calicē circa agnꝰ dei cecidit ⁊ me-
tum ac hoꝛroꝛem celebꝛanti incuſſit. Wal-
lenus autem hoc viſo fuſa oꝛatione ⁊ da-
ta benedictione imperauit vt araneā cū
ſacro libamine in noīe dn̄i ſumere non du
bitaret. Jlle vero patris pꝛecepto deuote
obtemperans cum magna conſtantia: cū
magna quoqꝫ fide totum ſumens nullam
ſoſpitatis iacturam vel nauſie pꝛouocati
onem ſenſit. Sedentibꝰ poſt cōmeſtionē
in clauſtro fratribꝰ canonicus ille digitū
ſuum confricabat ⁊ tumoꝛ turgeſcēs ī di
gito apparebat. Nec moꝛa aranea rupta
cute viua egreditur ⁊ cunctis rei euentū
obſtupentibꝰ iubente pꝛioꝛe flammis cō-
burēda traditur. Sctūs malachias ep̄s
natione hibernicus eboꝛacū veniēs a plu
ribus cum magno honoꝛe ſuſcipitur po-
tiſſime qꝛ a ſigaro pꝛeſbitero de neubald
dei famulo pꝛedicabatur aduentus eius.
Hic ei ſacerdos ſpū pꝛophetico pollēs epi
aduentū/vultum/ſtaturam/ ⁊ ſocioꝛum
numerū euidenter deſignabat. Huic ſan
cti pōtifici pꝛioꝛ Wallenꝰ equū ſubnigrū
⁊ dure poꝛtantem dedit: qui infra paucos
dies totus albus ⁊ ſuauiter ambulās effe
ctus eſt. Deuotione demū arctioꝛis reli-
gionis et ciſterſienſis oꝛdinis allectus vi
ri dei Wallenus in monaſterio de Wardo-
na habitum ſuſcepit: ⁊ inde ad rieuallem
trāſlatus poſtremo in abbatē de melros
id eſt meuros eligitur. Multotiēs enim
muſcam vel culicem ledentem faciem eiꝰ
⁊ qn̄qꝫ ſanguinem elicientē: ſi per impati
entiam percutiendo perimeret virgarū
mox verbere in ſeip̄m vltoꝛ grauis inſur
gens ſanguinem copioſū de coꝛpoꝛe ſuo
traxit. Eius ei inſtinctu ⁊ hoꝛtatu ſymō
germanus ſuus monaſteriū ſcti andꝛee ī
noꝛthamptoñ. cenobium monialiū ſancte
marie extra vꝛbem fundauit necnō ⁊ ſal-
treiam oꝛdinis ciſtercienſis. Quodā fa-
mis tempoꝛe bladū modicū in duobꝰ hoꝛ-
reis vix pꝛo duabus ſeptimanis ſufficiēs
fuſa oꝛatione benedixit: ⁊ nō ſolum fr̄ibꝰ
ſed et quatuoꝛ pauperū milibꝰ ꝑ tres mē
ſes habundāter ſuffecit. Alio ei tempoꝛe
famis ſinguli fratrū ſupplici rogatu ab-
batis dimidium panis ſui pauperibꝰ er-
rogandū ſciderunt ⁊ impleta ſpoꝛtella vſ-
qꝫ ad meſſem ſine diminutiōe multis pau
peribus habundauit. Et cū fratres die il-
la ad cenam accederēt coꝛam ſingulis pa
nis integer ⁊ quaſi de clibano recenter ex
tractus inuēitur ⁊ om̄ia granaria frumē
to replentur. Alia etiā vice ſpoꝛtella ha
bens duodecim panes aduentātibꝰ mul-
tis hoſpitibus per diem ⁊ noctē ſine dimi
nutione ſuis meritis perdurauit. Hoſpi
tes tres ab ipſo humiliter ſuſcepti: lotis
iuxta moꝛem pedibus cū ad menſam lo-
cati eſſent hoſpes tertiꝰ nō cōparuit. No-
cte ſequenti quidā vultu pꝛeclarꝰ ⁊ ſplen
didus in ſompnis cuidā fratri apparēs
dixit Ego ſum hoſpes ille heſternus q̄ ab
oculis veſtris euanuit: huius loci cuſtos
a dn̄o conſtitutus. Elemoſine eni et oꝛati
ones abbatis vr̄i ſicut fumus aromatū
aſcendūt in conſpectu dn̄i. Uix aut raro
oꝛationē ſine lachꝛimis fudit: rariſſime ſi
ne fletu miſſam celebꝛauit. Quadā vigi
lia ep̄hie dn̄i fratribus in choꝛo pſallenti-
bus vidit in ſpiritu ſtellā radiantē: reges
ab oꝛiente cū magno apparatu veniētes
p̄cedentē ⁊ puerū iheſum ī gremio mr̄is
miſticis muneribus ab ip̄is honoꝛatū: et
demū in ſompnis diuinitus reges admo
nitos vt per aliam viā redirent in regio-
nem ſuā. In quadam nocte paſche dum
matutinis inſiſteret videbatur ſibi vide-
re dn̄m iheſum poſt flagella ⁊ illata ludi-
bꝛia: coꝛonā ſpineā capiti īpoſitā/ crucifi
xum in patibulo/palmas ⁊ plātas clauis
expoſitas/in manus patris aīam commē
dantem expiraſſe / ⁊ ex latere lancea per-
foꝛato ſanguinem et aquā ꝓfluxiſſe. Cō-
tēplabatur aīam exuto coꝛpoꝛe baratrū

ſpoliantem ⁊ ex eo innumeram multitu-
dinem educere/coꝛpus reſumere/⁊ mili-
tes ſepulchꝛū cuſtodientes velut moꝛtu-
os effectos iacere ⁊ demū letantibꝰ choꝛis
angelicis celum intrare. Cōpletoꝛio di-
cto pꝛecibus in eccl'ia incūbē ſolitꝰ: vidit
nocte quadā angelum ſathane in varias
foꝛmas ſe transfigurantem. Cumqꝫ ſe ſi-
gnaſſet ⁊ ille euaneſcens demū in loꝛicati
militis ſpeciem appareret: et ignē de oꝛe
⁊ naribus emittens: lanceam cōtra viruꝫ
dei vibꝛaret abbas pixidē coꝛpꝰ dñi conti
nentem reuerenter aſſumpſit: ⁊ ſe cū illo
ſignans contra demonem pꝛoceſſit dicēs
ecce peſſime miles funeſte ſatelles iudex
tuus te miſſurus in abyſſuꝫ expecta ſi au
des illum. Ad hanc vocem victus ⁊ confu
ſus inimicus velut fumus euanuit. Ui
dit enī vice quadam iugi oꝛationi et cōtē-
plationi deditus celos apertos ⁊ gloꝛiam
dei ⁊ manſiones in regno celeſti. Equꝰ
ſuus dū ſctm̄ haberet ſeſſoꝛem quaſi ag-
nus manſuetus modeſte ſe habuit: et cū
abbati aſcendenti famulus qui ſtrepā'te-
neret non adeſſet: equus genua flexit ⁊ vē
tre terre adherens latus verſus abbatem
vertit. Et cū abbas ad placitū in ſella ſe
compoſuiſſet equus mature ſurgēs recto
greſſu viam carpit. Si qñqꝫ abbas doꝛ-
mire inciperet equus ille moderate paſſꝰ
dirigens lutoſam ⁊ lubꝛicam viam decli-
nauit: planā ⁊ mundam eligēs. Excuſſo
autem ſopoꝛe celeri greſſu pꝛimos pꝛece-
dere ſolebat. Cūqꝫ famulus eū adaquare
vel inequitare deberet: fremitu ⁊ vario
membꝛoꝝ motu ſe agitare ꝯſueuit. Moꝛ
tuo abbate equus expilatus emarcuit: et
vſqꝫ ad interitum elanguens nulli operi
aptus fuit. Electus aūt ad epatuꝫ ſancti
andꝛee in ſcotia ⁊ conſentire recuſans di-
xit. Expoliaui me tunica mea: quomodo
induā illaꝫ? Laui pedes meos abſit vt ite
rum puluere ſecularis ſolicitudinis iqui-
nem eos. Duos ydꝛopicos tactu ſuo ſan
cto ⁊ oꝛatione ſanauit. Conuerſus qui-
dam actu ⁊ moꝛibus ⁊ peruerſus ⁊ viribꝰ
coꝛpoꝛis robuſtus vidit in ſompnis quen
dam ſtatura ⁊ vultu terribileꝫ qui moꝛes
eius increpans ⁊ manus eius ⁊ cetā mē-
bꝛa fruſtratim ſcindens in ſpoꝛtellā quā
geſſit poſuit ⁊ abijt. Et ecce obuiū habuit
virū pꝛeclarum ⁊ ſplendidum qui pꝛece-
pit vt mēbꝛa mēbꝛis coaptaret ⁊ hoīeꝫ in-
tegrum redderet: eo ꝙ Wallenus in hoꝛa
illa pꝛo oĩbus ſibi ꝯmiſſis deuotas dño
pꝛeces fudiſſet. Illo vero ad ſtatū pꝛiſti-
num reſtituto moꝛes componere/ vitā de
cetero coꝛrigere admonetur: ⁊ ad deū cō-
uertere. Obijt aūt vir dñi Wallenus an
no dñi milleſimo centeſimo ſexageſimo:
tertio Nonas auguſti ⁊ celos contendit.
Conuerſus quidam a ſathana tempta-
tus in tantū deſipuit vt lumen ratiōis pe
ne perderet: et iudaicam ſectam veritati
catholice credendo pferret. Demū nullaꝫ
alteram vitam niſi pꝛeſentem credidit ⁊
quod de penis repꝛoboꝝ ⁊ gaudijs iuſto-
ruꝫ ſcriptura ſctā loquitur inane reputa-
uit. In tali erroꝛe ſeptēnio ſub habitu re
ligionis viuens ſingulis diebus ac nocti-
bus ad ſeculum redire ⁊ dies ſuos in ma-
lum conſummare diſpoſuit. Quadam er
go meridie in lecto quieſcens: vidit duos
viros pꝛeclaros ipſum apprehendētes de
xtera ⁊ in quēdam hoꝛtum viridiſſimum
vernantem/odoꝛiferū/floꝛigerum ⁊ ſatis
amenum inducentes. Illi vero eius infe
licitatem ipꝛoperantes ⁊ aſpera ⁊ amara
ſe meruiſſe aſſerebāt. Cumqꝫ circūſpicēt
ſi foꝛte ei auxilium aut ſolatiū ꝓueniret:
vidit abbatem Wallenum in eminēti lo-
coꝝ perlucido ſedentem cū magna turba
candidatoꝝ circūſtante ⁊ ſedente. Addu-
ctus ille in conſpectu abbatis ⁊ pedibus
eius pꝛoſtratus veniam petijt. Et ait vir
dei. Quod in coꝛdis ſecreto diu occultaſti
nūc in publico reuelabitur. Et ductoꝛibꝰ
eius inqt. Sicut pꝛomeruit rote verſati-

li imponatur vbi ſimiles ſibi ſunt impo-
nendi. Deinde ducat ad loca penalia vbi
diſcat quanta ſit inter reos ⁊ iuſtos diſtā
tia. Imponiter ergo rote cui⁹ ſtatura et
altitudo erat horribilis valde: eius ſum-
mitas celos ⁊ extremitas abiſſum tange-
re videbatur. Subtus igneus erat fluui-
us decurrens ⁊ ſi quis forte de rota cade-
ret in ignis voraginē demergebat. Erāt
aūt in rota radij dentati quaſi clauis fer-
reis acutis et longis. In hac rota frat im
ponitur ⁊ quibuſdā clauis rotā percutiē
tibus mox veloci⁹ verſabatur ꝗ lapis mo
laris in molendino vertitur. Demū inde
depoſitus ad quoddā mare ducitur in cu
ius profundū metius vidit baratrū cui⁹
os ſuperius anguſtū: pars interior ineſti
mabilis profūditatis ⁊ latitudinis appa-
rebat. Ibi plorātū tm̄ ⁊ vlulatū audiuit:
⁊ neminē pre tenebris denſiſſimis videre
potuit. Inde per vaſtitatem cuiuſdā he-
remi ſpinis et tribulis exuſtis gradienti-
um plantas perforantibus repleti addu-
citur ⁊ viſo caſtello quodam altiſſimo ⁊ ni
gro ⁊ in eius faſtigio igne piceo ⁊ putrido
qualiter inde dimiſſus fuit penitus igno-
rauit. Uenit ergo ad vallem infinite lon-
gitudinis/latitudinis/⁊ ꝓfunditatis/flā
mis feruētib⁹ terribilem/aīabus plenam
De quibus nonnullos ī ſeculo nouit quo-
rum aliqui ſeculares/alij religioſi ⁊ pōti-
fices ⁊ abbates fuerunt. Unū pre ceteris
eiulantē audiuit qui in ſeculo prelat⁹ ma
gni noīs ⁊ loci fuit. Et cū tremulus medi
is flāmis ſe proijciendū timeret ⁊ velocit
fugā arriperet duo tetri illum inſequētes
cōprehendere nitebantur. Quo velociter
currēte ſanguis ab ore eius ⁊ manib⁹ ma
nare cepit. Et cū veniſſet ad quandā por-
tam dealbati quidā illū per brachia et ni-
gri ꝑ tibias ad ſe trahebāt. Et ſtatim eui-
gilans ceruical ſanguine reſperſum inue
nit ⁊ ſe ſanguinē fluere ſenſit. Nec multo
poſt in ſompno corā abbate Walleno ab
eiſdem dealbatis adducitur. Quē vultu
ſereno ⁊ iocūdo accerciens ne timeret ad
monuit ⁊ ductorib⁹ precepit vt ad loca re
quiei ⁊ gaudij vidēda eū adduceret. Sub
lat⁹ ergo in montē excelſum valde ⁊ ī quā
dam regionem maximā lucis ⁊ pacis vi-
dit manſiones multas quaſdam quaſi de
auro puriſſimo/quaſdā de argēto/quaſ-
dam de lapidib⁹ ꝑcioſis cōſtructas. Oēs
incole iuuenes ſplendidi leticia pleni. Ui
dit ibi fluuiū mellifluū ⁊ delectabilē ⁊ om
nia genera arborꝝ ⁊ florū. Duct⁹ eſt vltra
murū quendā aureum ⁊ altū in regionē
luciditiſſimā vbi cāticū leticie audiuit qua
le humane aures vel lingua exprimē neq̄
unt. Affuit ibi Wallen⁹ abbas ⁊ ait. Ui-
diſti ſuplicia reorū ⁊ premia iuſtorꝝ amo-
do noli eē incredulus ſed fidelis. Declina
a malo ⁊ fac bonū ⁊ propoſitū ordinis ī q̄
vocatus es diligenter obſerua. Rota in-
quit ⁊ vorago ⁊ vallis que pri⁹ vidiſti lo-
ca purgatorij ſunt. Infra caſtelli ambitū
puteus putrid⁹ igneus ⁊ ſulphureus: adi
tus eſt inferni infidelib⁹ ⁊ crimino ſis im
penitentib⁹ deputat⁹. Prima regio quā
vidiſti iuſtis ſ ꝫ iperfectis aſſignat. Iſta
vero patria proxima eſt celo quā null⁹ in
greditur niſi perfectus ⁊ innocens ⁊ ab oī
peccato penitus purgat⁹. His dictis du-
ctoribus eius ſubito in celum receptis ad
portā de meuros frater ille dimittit. Sī-
plex ille frater ante viſionem ⁊ impedite
lingue ita eloquens et ſubtilis poſtea fa-
ctus eſt vt de euāgelijs expoſitionibus ⁊
hiſtorijs rithmos rethorice ⁊ venuſte com
poneret ⁊ audientes in admiratione ꝯuer
ſos ad lachrimas prouocaret. In abſtinē
tijs/vigilijs ⁊ virtutū exercitijs vſq̄ ad
mortem perſeuerans ſctām mariā an̄ obi
tum ſuū vidit corporeis oculis ipm̄ conſo
lantē ⁊ diem egreſſionis aīe ſue a corpore
fratibus predixit. Apparuit aūt ſeruus
dei Wallen⁹ cuidā frī in ſompnis dicens.
Suffragāte mediatrice dei ⁊ hoīm ſācta

maria matre dñi ⁊ precib⁹ aſſiduis meis oībus quos ſub cura paſtorali ſuſcepi a ſaluatore noſtro vite eterne beatitudinē impetraui. Si quis coꝝ negligenti⁹ vixerit poſt ignis purgatorij emendationē ad celum migrabit. Hoc inquit ſignū verbis meis fidē certā tibi preſtare poteſt: cras enī hora tertia tres fratres portā itrabūt qui eodem ordine quo intrauerunt a ſeculo migrabūt. Et factū eſt ita. Uir dei abbas Wallen⁹ tres ydropicos curauit/monachū mutū ⁊ cecū priſtine ſaluti reſtituit/calculoſum ⁊ inteſtinorū moleſtia vexatum ſanauit/demoniacū liberauit. Elapſis aūt poſt obitum eius annis tredecī corp⁹ ei⁹ cū pannis quibus fuit inuolutū incorruptū ⁊ integrū multo dormienti ſimilius ꝙ mortuo inuenitur.

## De ſancto Walſtano confeſſore.

In aquilonarib⁹ anglie partib⁹ hõ quidam erat valde miſerabilis qui foꝛtunaʒ paupertatis nõ eque ferens diabolo manus dedit ⁊ homagiũ ei fecit. Tandẽ miſer ille intelligẽs reatũ penitere cepit. Et cũ cuidã caſum ſuuʒ ⁊ pꝛopoſitũ reuelaſſet aſtitit ei diabolus in effigie conſueta: ⁊ nota illum pꝛoditionis arguẽs caſtigatione crudeli ſeipſum punire minatur ſi quid tale decetero attemptare pꝛeſumeret. At homo ille videns ꝙ inimic⁹ ei⁹ cogitationes coꝛdis ſui non cognouiſſet niſi eas pꝛius per verbũ vel ſignũ pꝛodidiſſet diſſimulato aliq̃diu penitẽtie ſue pꝛopoſito ad Vlricũ dei amicũ iter tandem arripuit ⁊ ad vadum quoddã illi⁹ fluuioli: qđ extra heleſbergiam ſitũ eſt aceſſit. Et cũ vadũ fuiſſet ingreſſus ſuperuenit diabolus ira magna ſuccenſus ⁊ man⁹ i hominẽ immittẽs infremuit ⁊ ait. Quid eſt inquit pꝛoditoꝛ quod facere voluiſti. Moliris pactũ noſtrũ diſſoluere ſed fruſtra: quia pꝛoditionis qua olim deo renũciaſti ⁊ qua nũc mihi renunciare cogitas ſoluere penas modo debes: qꝛ iam miſerabilit ſubmergeris. Et tenẽs eũ diabol⁹ ita immobilẽ fecit ꝙ nec ꝓcedere nec in lat⁹ aliquod valuit declinare. Dũ hec agerent in flumine vir dei Vlric⁹ angelo reuelante cũcta cognoſcens vocauit ad ſe pꝛeſbiteꝝ ⁊ ait. Accelera inquit: et aſſũpta cruce cũ aqua bñdicta occurre hoĩ quẽ diabol⁹ in vado qđ extra villam eſt captiuũ tenet et aqua bñdicta aſperſum adduces ad me. At ille pgẽs inuenit hoĩem ita in aqua immobiliter fixum qđ de loco ſe mouere non potuit. Quẽ aqua bñdicta perfundẽs pꝛedonẽ fugauit ⁊ ad virũ dei hoĩem illũ adduxit. Appꝛehendit aũt ſeruus dei manũ hoĩs dexteram ⁊ diabolus ſiniſtrã tenens om̃i virtute trahebat. Vlricus ei vna manu captiuũ tenuit: ⁊ altera aqua bñdicta cõtra faciem inimici aſpergẽs ipm̃ valde confuſum ab edibus effugauit. Vir autẽ ille penitens ⁊ purã cõfeſſionẽ faciẽs coꝛpus dñi ſibi oblatũ in ſpecie carnis vidit Et interrogat⁹ ſi ex toto coꝛde crederet: credo inquit dñe quia coꝛpus et ſanguinem dñi mei in manib⁹ tuis ſub ſpecie carnis ego miſer et peccatoꝛ aſpicio. Cui Vlric⁹ ait. Deo gratias: ſed nũc ſimul oꝛem⁹ vt in ſpecie conſueta illud recipere merearis Sicq́ʒ coĩcatũ hoĩem ⁊ in fine confirmatum dimiſit in pace.

Data eſt aũt poteſtas inimico in carnem ei⁹ percuſſitq́ʒ eũ in bꝛachijs vlcere peſſio adeo vt caro humerotenus putrefacta ſcateret vermib⁹ ⁊ ſanie ebulliẽte deflueret. Vir aũt dei iuditium celeſte cum gratiarum actiõe amplexatus patienter ſuſtinuit letatuſq́ʒ eſt in hijs ſicut qui inuenit ſpolia multa. Et poſt paululum cõualeſcẽs: leuiatan igne quodã inuiſibili ⁊ vt creditur ĩfernali carnem eius inflammauit vt ſupꝛa oẽm humanũ modũ flãme inſanientis incendio ſe cremari diceret ⁊ velut in fauillas ⁊ cinerem mox reſoluend⁹ ſacerdotẽ vocaret ⁊ aĩam deo ꝯmẽdaret. Poſt aliquot tamẽ hoꝛas inuiſibilis carnifex mutauit toꝛmẽtum: ſed vir dei patientiam non mutauit Subito enĩ ſicut aduenerat ablata eſt: ⁊ cõfeſtim a quodã gelidiſſimo frigoꝛe compꝛehẽſus totus rigeſcere et congeleſcere cepit: ⁊ hui⁹ hoꝛe exitum cũ patiẽtia pꝛeſtolari. In hac ſuppliciorꝝ ꝑmutatione caro in man⁹ impij data a mane vſq́ʒ ad veſperã deſudauit quãdã futuri iuditij dãs metuentib⁹ deũ ſignificationẽ: in quo ab aq̃s niuis tranſitur in caloꝛem nimium.

Cumq̄ illuceſceret paſchalis ſolẽpnitatis nox ſacra immūdꝰ ſpūs viro dei ſompnū incuſſit ⁊ per ſompniū de carnis lubrico triūphauit. Mane facto oī eccleſia cōgregata de cella ſua ad publicū ꝓceſſit aperienſq̄ os ſuū dimiſit aduerſuz ſe eloquiū ſuū. Sic ait miſero huic wlrico: ſic hac ſacratiſſima nocte pctis meis exigentibus accidit ſic inimicꝰ meus mihi infelici illuſit. Peccatū meū deo ⁊ vobis confiteor: veniā a deo vobis intercedentibꝰ deprecor: de iniuria hac corā deo ⁊ vobis cōqueror qua me inimicꝰ meus in tam reuerenda feſtiuitate dehoneſtare non pepercit. Ita humilitatis ſectatorꝝ fortis non parcens aliquatenꝰ pudori ſuo/ non aſtātium verecūdie/ nō deniq̄ eſtimatiōi ſctitatis que de eo lōge lateq̄ ſpirabat. Hijs dictis in cellam regreſſus eſt. Vir namq̄ dei frigore habundantiori plerūq̄ rigeſcebat adeo vt homo quidā de finibus briſtollie per viſionem admonitus opertorium nouū de vulpinis pellibꝰ quo ſe operuerat trāſmitteret. Ait eni illi in viſiōe dn̄s: ſeruus meus wlricus frigore cruciatur tu vero calide hic foueris: ſurge q̄ctocius ⁊ opertoriū hoc cū feſtinatione trāſmitte. Et ita factum eſt. Cū ſemel in cella ſedens capā a mure corroſam videret: ait. Pereat mus qui ita capā meā ledere preſūpſit. Et ecce dicto citiꝰ mus de muro proſiliens corruit ad pedes eiꝰ et mortuus eſt. Vir ergo dei preſbiterꝝ vocauit ⁊ quia murem incaute maledictiōis verbo interfeciſſet humiliter confeſſus eſt. Cui preſbit: vtinā ait ſimili anathemate oēs mures regionis huius perdere digneris Abſit inquit ille hoc a me: nimis hac vna vice in hoc vno erratum eſt. Vere ſi nō id diſplicere crederē dn̄o meo pro iſto etiaz orarem vt priſtine reſtitueret vite. Lumen lucerne ſue bis extinctum diuinitus accenſum eſt. Accidit autem vt preſbit quidam oſbernus in ipſo noctis crepuſculo quieſcendi gratia ad eccleſiā feſtinaret ⁊ ecce vidit ecc̄liam immenſo lumine choruſchantē vt a facie flāme per feneſtras erūpentis cimiteriū oīe reſplēderet. Expauit homo et ſubſtitit ⁊ pſalmos decantauit. Poſt paululū vero angelꝰ in flamma ignis per feneſtram egreſſus eſt. Mane facto vocauit eū vir dei et ait. Que nā illa viſio fuit quam ſero vidiſti oſberne: Cui ille. Flamma ignis nō modici ait intra eccleſiam vidi. Bene inquit dixiſti q̄ dn̄s meus affuit ⁊ conſolatus eſt ſeruum ſuū ⁊ cōſolatiōes huiuſmodi ſb̄miniſtrat Proinde oraui dominum meum vt aperiret oculos tuos ad contemplandū hec vix q̄ id impetrare valui. Sed ⁊ hoc noui q̄ hos et hos pſalmos interim decātaueris ⁊ extra cimiteriū viſionis expectaueris finem. Preſbitero quodā in menſa aſſiſtēte ſibi aqua in vinū conuerſa eſt. Alia vice aqua ab ipſo populo oblata vini ſaporē induit colore priſtino nullatenꝰ mutato. Aqua ab ipſo bn̄dicta in vinū conuertitur ⁊ quaſi ad mortē egrota inde ſumēs cōtinuo ſanatur. Nobilis dn̄a cū em̄i comitatu ſuo eū viſitans ſolo pane a ſctō dei ſeruo benedicto laude refecta eſt ex cuiꝰ reliquijs turba virorꝝ nō modica pre foribus aſtans eum videre ⁊ alloqui ⁊ ab eo benedici querens ſaciatur. Quadragenariuz vt ferebant nūerꝝ exceſſerūt. Virgo quedam vſq̄ ad mortem infirmata de ſōpno vigilans ait matri ſue. Ecce grā dei ⁊ ſancti wlrici famuli dei ſanata ſum. Ut eniz in ſompnis viſum eſt mihi: veni ad eū et ſuſceptaz ab eo aquā bn̄dictā in cipho eo offerente guſtaui ⁊ viſceribus meis ⁊ corpori meo ſalus effecta eſt. Et vt facilꝰ credas talis et talis eſt vir: et talis ⁊ talis eſt locus. Mulier quedam inter cetera munuſcula tres panes ſigulis furnaturis viro dei mittere ſolebat ⁊ die quadā ꝑ quendā puerorꝝ ſuorꝝ tres panes ei deſtinauit Qui quidem vnum ſibi reſeruans panē

⁊ abſcondens duos ſctō obtulit ⁊ reuerſ⁹ eſt: productūqꝫ panē de latibulo incidere moliebatur. Sed nil proficiēs panē omnino inuiolabilē cōprobauit. A fure enim ſe pollui vel ledi panis nō ſuſtinuit: ſed pro pane lapidem in man⁹ preuaricatoris exhibuit. Quo viſo ad virū dei rediens ⁊ rē geſtam aperiens miām implorauit. Uenia aūt puero data panē benedixit ⁊ facilitate ſumma frāgēs de pane calido ⁊ vaporante comedit ⁊ puero dās portionē edificatū cū bñdictione remiſit. Cū quidā panē viro ſancto miſſum in domo pauperis cuiuſdā hoſpitandi grā deferēs diuerteret ⁊ paruulis panem petentib⁹ nullū porrigente videret de ſacculo productū panē incidere parat. Et quidē incidi panē ſenſit: ſed qꝛ opus miſericordie citra contraqꝫ obedientiā pſumebat ſanguine manare cepit: quē cū tremore ⁊ timore ad ſāctū detulit. Auditis aūt que acciderāt ſanctus ait. Fili nō debuiſti etiā piū op⁹ contra mādatū preſumere. Acceptumqꝫ panē benedixit ⁊ a ſanguine emundans ait Accipe nūc panē ⁊ defer paruulis illis quibus preparaſti eū. Et ita factū eſt. Monachus quidā de monte acuto celerarius puero viri dei Ulrici infeſtus ⁊ iniuriis afficiens quadā vice acceſſit ad domū ſerui dei. Cui Ulricus ait. Tu inquit hacten⁹ ambulaſti mihi ex aduerſo et exacerbaſti ſpm̄ meum ⁊ nūc iudicet deus inter me ⁊ te. Ille vero exiens ⁊ paruipendens monita ei⁹ ⁊ verba contempnere nō metuit Conſueuerunt enī monachi Ulrico portionem quandā vict⁹ ſingulis ſeptimanis ex conſuetudine mittere quā celerari⁹ ille auferri procurauit. Et audiēs Ulric⁹ cor eius induratum ait. Auferat ei inqt hodie deus victum ſuum qui meum abſtulit mihi. Eadem enim die monachus ille ab aquis interceptus ⁊ ſubmerſis vitam finiuit. Quidam magnus princeps de domo regis henrici audita Ulrici fama ait. Bene faceret rex ſi mitteret ad cellam illuſoris huius ad accipiendas pecunias eius: qꝛ fieri nō poteſt vt multa ſibi nō thezaurizauerit ad quē tam multi conueniunt. Adhuc verba in ore eius erant ⁊ ecce eliſus in terrā ore ad aurem retorto volutabatur ſpumans. Quo audito: rex habita occaſione declinauit ad cellā ſerui dei ⁊ ſtudioſe precib⁹ ei⁹ ſe commēdās ⁊ pro milite cuncta referens ſupplicauit. Non imputo inquit ei peccatum hoc ⁊ preſto ſum quicquid debuero facere. Unus itaqꝫ aſſiſtentium apphenſam Ulrici manum egroti faciei applicuit ⁊ ſtatī reuerſum eſt os eius in locum ſuum ⁊ mēte recepta ſana loquebat̄ recte magnificās deum. Dum ſacris aſſiſteret miſteriis dominicaqꝫ oratiōe completa atqꝫ perfecta ſuborta eſt ei heſitatio ſi aquam calici infudiſſet multa in aīo reuoluēs toto corde tandem ad deum conuerſus cum cordis puritate deū exorauit. Completa oratione vidit in calice roſeum ſanguinem velut agni īmaculati ihū chriſti vſqꝫ ad labium calicis redūdantem: perceptoqꝫ ſacramento ſanguinē deniqꝫ bibit vue meraciſſimum. Seruus dei Ulricus cuidam muto in ſompnis apparens digito ori ei⁹ impoſito os eius aperuit et linguam reſerauit. Latroni oculorum effoſſione punito: oculos nouos et viſum ſua prece reſtituit. Mulier quedam duos pueros cum panibus/paſtellis/et duobus vaſis vini ad Ulricum miſit. Qui portionē aliquā ex ſingulis reſeruantes apud pauperem quendam in via depoſuerunt. Illis igit̄ ad ianuam pulſantibus: vocato Ulricus puero ait. Uade et ſuſcipe de manu hominum illorum ea que tulerūt: ſꝫ eos ad me introire non permittas: ſed ne de hiis guſtent que defraudauerūt ⁊ repoſuerūt ſibi ſub mortis interminatione eos prohibe. Quo audito cū multa cōfuſione reuerſi vinum enī plenum genimine ranarum

venenatarũ inuenerunt: ⁊ quod de pane ⁊ paſtillis reſeruauerãt plenũ ſcaturigine vermiũ viderũt. Percutiẽtes ergo pectora ſua ad virũ dei qualia erãt celerius detulerũt. Quibus confeſſa culpa ſua veniam ↄſequentib⁹ Wlric⁹ panem ⁊ vinũ ſua bñdictione forme priori reſtituit ⁊ vt pauperi apud quẽ ea depoſuerãt illibata reportarent imperauit. ¶ Wlrico eni nocturnis vigilijs fatigato cũ membra ſopori daret vidit in ſompnis quaſi tres pueros vltra altare ſuum ſuſpẽſos ⁊ laqueis quibus aſtricti erant iam quaſi ſuffocandos. Quoꝝ vnus ad illũ conuerſus ait. O dñe mi Wlrice cur pigritaris ſuggerere ⁊ eruere nos? Cui cũ vir ſctũs nõ iuenire ſe diceret quo nã modo id faceret reſpondit. Aſcende ſuper altare hoc ⁊ ſtans mitte manũ tuã ⁊ fer opem morituris. Qui cõtinuo acquieſcens manu extenta a morte eos et ſuſpendio liberauit. Dũ tractaret ſecũ vigilians de viſione hac venerũt ad eum preſbiteri tres pro peccatis penitentes et gemẽtes ⁊ ab eo pctõꝝ veniã et cõſilij ſanioris formã expetẽtes reportabãt. Quõ aũt hij tres vſqꝫ ad tẽps illud vltra altare pependerũt dũ ſanctis non ſancte aſſiſterent: aduerti facile eſt. Ordinabat rex angloꝝ henricus prim⁹ profectionem in partes tranſmarinas: ⁊ cũ hoc famulus dei audiſſet ait. Ibit quidẽ ſꝫ non redibit: ſed ⁊ ſi redierit non tot⁹ tamẽ nec integer. Nũciatũ eſt hoc regi ⁊ dure accepit rex ſermonẽ hunc: ⁊ miſit ad eũ q̃ quereret ſi verbi huius auctor ipſe fuiſſet. Si dixi ait: nõ me penitet qꝛ ex me nõ ſum loquutus. Itaqꝫ rege profecto ⁊ aliquãto tẽpore elapſo vocauit ſeru⁹ dei dñm ville eiuſdẽ ⁊ ait. Rex heſterna die mortu⁹ eſt: tu vide qd agas. Porro milite obſtupeſcẽte ⁊ ipante ſilentiũ: mihi ait ſilere pfacile eſt ſed i ꝓximo eſt vt oẽs loquãtur. Deniqꝫ qꝛ miam rex cõſequutur⁹ cẽt a domino: eo ꝙ paci et iuſticie militaſſet in vita ſua ⁊ domũ de radinges regali munificẽtia edificaſſet prophetauit. ¶ Venit ad virũ dei comes ſtephan⁹ qui poſtea regnauit in anglia ⁊ iã tunc cũ regis cognatus eſſet multis et magnis poſſeſſionibus in anglia habũdabat. Venit autem ⁊ frater ei⁹ henric⁹ Wintonienſis eps cũ eo. Reſpiciens itaqꝫ in comitem vir ſanctus ait. Salue rex. Illis ad alterutrũ reſpicientib⁹ ⁊ opinantib⁹ ne forte vir ſctũs hũane opinionis falleret incerto: tibi dico o ſtephane ſalue rex: Tradidit eni de⁹ regnuꝫ anglie in manu tua: tu paci et equitate intendere ſtude ⁊ eccleſiam dei tueri ⁊ honorificare curato. Igit cũ ſtephan⁹ regnaret et alijs regnũ requirẽtib⁹ de manu ei⁹ pax oĩno de anglia exturbata fuit. Quaꝫ quidẽ turbationẽ vir ſctũs ꝓphetauerat: ⁊ ait eiuſdẽ ville dño. Rex ſtephan⁹ craſtina die dabitur in man⁹ ĩimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ captiuus ducet: liberabitur tñ ⁊ qui captiuat eũ conſequent de eodẽ calice bibet. Poſtremo venienti ad eũ rege ſtephano poſt obiurgationes plurimas ⁊ exhortationes ſalutiferas: hoc inter cetera repromiſit ꝙ eũ oporteret regnari quoad viueret: regẽ qꝫ cuiuſdã peccati ſui qd etiam noĩeten⁹ expreſſit penitentiã agere exhortatus eſt adijciẽs quouſqꝫ peniteret ĩpoſſibile erat firmari ſoliũ ei⁹ ⁊ pacẽ reb⁹ dari. Quib⁹ auditis rex vbertiꝫ flere cepit ⁊ pcti eiuſdem cõfeſſionẽ ex aĩo faciens percutienti ⁊ cõſpuenti prophete maxillã dedit. ¶ Cũ eni ann⁹ ei vel eo ampli⁹ adhuc ſupereẽt ad vitam ſedenti quadã die in cella ſua lorica ab humeris diuinitus diſſuta ad genua ſubito concidit ⁊ ſtatim loricã ad ſcapulas reducẽs corrigijs eam fortiorib⁹ recollegit. Et ecce corp⁹ eius omne veſicis turgeſcere cepit ⁊ caro paulo ante ferrea ex ſpiritu dei iam ex ſeipa caro inuẽta eſt Sic lorica ſimul et caro ſimili ꝑſagio militie ſue temp⁹ impletum preſignabant. Dixitqꝫ olberno pſbitero. Hora inqt voca

tionis mee eſt et die ſabbati ĩveſpere paratum me eſſe opoꝛtet. Ego enim ad dñm meũ vado cui ſeruiui ⁊ dies que nunc inſtat dies illa eſt quã olim deſideraui. Igitur hoꝛa qua pꝛedixerat iunctis directiſq in celum manibus migrauit ad dñm anno gratie milleſimo cẽteſimo quinquageſimo quarto decimo kalendas marcij.

¶ De ſancto Wlſino Epõ et confeſſoꝛe.

Sanctum enĩ Wlſinũ claris natalib⁹ londonijs natum ⁊ a parentibus diligenter educatum in puerilem floꝛem pꝛouectũ domino iheſu xp̃o parentes ſtatuunt offerendũ. Lucet enim ſub ipi⁹ vꝛbis menib⁹ ſcti petri cenobiũ nũc Weſtmonaſteriũ dictũ: in q̃ eũ monachũ factũ ppetuo tradũt dño famulãdũ Excurſa autẽ pueritia ad gradũ ſacerdotalẽ ſuſcept⁹ maturo euo et moꝛibus clarum ſanctitatis ſpeculum effulſit. Contra humani generis inimicum vigilijs decertabat ⁊ orõnibus coꝛpus ieiunijs caſtigans / cupiditates ſeculi celeſtibus deſiderijs contempſit: ⁊ omes animi motus ⁊ coꝛpoꝛis omi vigilãtia et cura ſeruauit. Humilitate deiectus fraterna ſeruitute deuotus: charitate repletus / lectionibus nõ ſolum inſiſtere: ſed etiam lecta confratribus exponere piacq exhoꝛtatione ad oẽm virtutẽ eos accendere ⁊ xp̃o lucrifacere cõſueuit. Fauoꝛe tandem ſcti dunſtani epi rex edgar⁹ Wlſinũ pꝛefecit eidem monaſterio. Quãtum enĩ pꝛo ſalute multoꝛum inuigilauerit ⁊ contra dñici gregis aduerſariũ inſurrexerit q̃ale exemplũ doctrine ſue ⁊ vite omĩbus exhibuerit: quis digne explicare ſufficit. Rex tandem ethelred⁹ edgari filius eccl'ie ſcierburnenſi fauoꝛe populi et electione cleri eum pꝛefici fecit in paſtoꝛẽ ⁊

Erat enĩ refugium pauperũ oculus cecorum / pes debilium / bacul⁹ infirmoꝝ cib⁹ eſurientiũ / veſtis nudoꝛũ / ⁊ redẽptio reorum. Quadrageſimali tpe incluſus cenobiali clauſtro ⁊ mũdi tumultu exuto ſimpliciter cũ monachis mãſit: ieiunijs / contemplationi ⁊ lachꝛimis vacans. In cena vero dñi de cubiculo egreſſus criſma cõfecit docẽs ⁊ bñdicẽs ppl'm. Peracto paſchali ſacramẽto dioceſim ſuã euãgelizando viſitauit. Solicitus vero illud antiq̃tus nobile triumphum ſchireburnie non ſolũ emẽdare / augmẽtare / pꝛouehere ſtuduit verumetiam perpetua pace ſtabilire. Eterni nãq anathematis mucrone pcuſſit oẽm lupũ ipius dom⁹ inimicũ ouile xp̃i lacerantẽ vexantẽ aut diſpergentẽ. Quinto vo ep̃t⁹ ſui anno: exacto boni diſpenſatoꝛis miniſterio: decidit in languoꝛẽ ⁊ cũ eo miles quidã ſu⁹ noĩe egelwius ſibi ſemper fidiſſim⁹. Is audita dñi ſui infirmitate doloꝛe intrinſecus tactus nuncium mittit qui querat ſi nã ſpes eſſet valitudinis ſue. Ep̃s enim ad nunciũ dixit. Refer celeri⁹ inq̃t dño tuo vt diſpoſitis rebus omni cura pꝛeparet ſe: qꝛ cras mecũ pficiſcetur ad eterni regis curiã vbi fidelis ſeruicij a cõmuni dño recipiat mercedem ſuã. Illo aũt abeũte ep̃s pñtes frẽs tali voce affari cepit. Hoc chariſſimi mei paterna charitate rogate / ſeruate hũc fidelẽ nr̃m ad deũ mecũ migraturũ meũ funus pꝛeſtolãdo mecũ ad ſchireburniã deferri ⁊ ſepeliri faciatis vt q̃ mihi deuotus in pñti vita ſp fuit in moꝛte etiã ⁊ in pace aſſit perpetua. Lugebat pl'imũ inter ceteros ſacerdos quidã ſctõ p̃ſuli merito ſctitatis familiaris ac ſecretoꝝ ſuoꝝ ꝯſcius noĩe wlric⁹. Cui ſctũs ep̃s cõpatiẽs ⁊ quaſi iã ſolut⁹ ⁊ in celo poſit⁹ fiducialiter loquẽs dixit Noli flere inq̃t frẽ chariſſime qꝛ vado ad gaudiũ dñi mei vocãtis me. Confide potius ⁊ crede qꝛ hinc a duodecio trãſit⁹ mei anno ac deĩceps recoꝛdat⁹ dñs bo

nitatis ſue mĩas ſuas mecū miraculoꝝ attestatiõe oñdet: plebē ſuā gr̃e ſue reuelatione in me viſitabit. Ut ſicut de tranſitu meo doloꝛe affecti eſtis: ita tunc ſupno reſpectu gaudeatis. Hijs dictis eleuatis ĩ celum oculis in admirabile vti ſtephani erupit pꝛeconium dicēs. Ecce video celos apertos et iheſum ſtantē a dextris dei. Et in hac voce ſexto Idus ianuarij in manu dñi efflauit ſpm̄ ſuum. Narratio.

Citra hos dies heremita quidā vir modeſt⁹ ⁊ ſctūs nō lōge a purgatoꝛio ſcti patricij in loco deſerto in hibernia degebat: in cuius hoꝛto om̄i fere nocte demones viſibiliter ꝯuenerūt. Et ſtatim poſt ſolis occaſum ꝯgregati placitū ibi tenuerūt ante ſolis oꝛtū inde recedētes. Rationē ibi reddebāt pꝛincipi ſuo quid mali fecerāt decipiendo. Quoꝝ cōfabulatiões audiuit vir ſctūs manifeſte ⁊ eoꝛū figuras defoꝛmes viſibiliter conſpexit. Ad oſtiū cellule eius ꝯuenerūt: ſed q̃m intrare non poterāt nudas illi ſepe mulieres oſtẽderūt. Sicq̄ heremita ille per cōfabulationes eoꝝ vitaꝫ illi⁹ regiōis multoꝝ hoīm cognouit. Erat aūt in patria illa ſacerdos quidā ſctē vite ⁊ honeſte q̄ quotidie mane ſurgēs cimiterium circūiuit ⁊ p aīab⁹ in cimiterio q̄eſcentiū ſeptē pſalmos deuotus cecinit. Caſte vixit ⁊ bonis opib⁹ ac ſctē doctrine ſollicite ſtudiū impēdit. Demones in cōſilio ſuo multotiēs ꝯq̄ſti ſunt de eo q̄ a pꝛopoſito null⁹ eoꝝ ipꝫ flectē poſſet. Increpat ſatellites ſuos pꝛinceps eoꝝ q̄ tā diu p̄ſbit inflexibilis ꝑſtitiſſet. Et accedēs vnus eoꝝ dixit. Ego decipiā eū qꝛ paraui ei mulierē p cui⁹ pulchꝛitudinē ſubiciet nobis. Sꝫ hoc facere nō potero niſi infra q̄ndecim annos. Si infra hūc terminū ait magiſter illū decipes magnā rē faceres. Cōtigit aūt eo tpe vt ſacerdos mane cimiterium iuxta moꝛē circūiens infantulā iuxta crucē poſitā inueniret. Quam pietate motus accipiēs nutrici eā ꝯmēdauit ⁊ illam in filiā adoptās lr̃as diſcere fecit. Cū q̄ annos pubertatis attigiſſet ei⁹ pulchꝛitudine allect⁹ in cōcupiſcētia ei⁹ tēptari cepit. Nocte ſequēti poſtq̄ puella actionē p̄ſbitero cōceſſiſſet demones in hoꝛto heremite ꝯueniētes magnū de conſenſu facto gaudiū ꝯceperūt. Ecce inq̄t demō p̄ſbiter quē per mulierē me decepturū dixerā iaꝫ feci q̄ a virgine quam in filiā adoptauerat ⁊ ſctimonialē facere decreuerat: ꝯſenſum ſtupꝛi petēs impetrauit ⁊ cras hoꝛa meridiana op⁹ nephariū ad effectū pducam. Gr̃as ergo ei magr̃ egit ⁊ viriliť ipꝫ feciſſe dicebat. Die itaq̄ craſtina p̄ſbiter puellā vocans introduxit illā in cubiculum ſuū ⁊ eā in lecto collocauit Et ſtās añ lectū in temptatione poſit⁹ quid facturus eſſet cogitauit. Et tandē in ſe reuerſ⁹ quouſq̄ rediret puellā expectare iuſſit. Et ad oſtiū cubiculi diuertēs cultrū arripuit et ꝓpꝛia mēbꝛa virilia abſcidēs foꝛas pꝛoiecit. Quid inq̄t putaſtis demones q̄ nō intellexerim temptationes vr̃as: De pditione mea vel filie mee nō gaudebitis qꝛ nec me nec ipſam hēbitis. Sequēti eni nocte cū diabolus interrogaret diſcipulū q̄d de p̄ſbitero actū fuiſſet: ⁊ ille rem geſtā enarraſſet: iuſſit magr̃ vt demō ille grauiť flagellaret ⁊ ſic cōuētus ſoluitur ſpirituum immūdoꝝ. Sacerdos aūt puellā quā nutrierat deo ſeruiturā ſanctimonialib⁹ cōmendauit.

## ¶ De ſancto Wlſtano Epõ et confeſſoꝛe.

Amabilis deo Wlſtan⁹ in puīcia Warewicēſi oꝛiund⁹ ⁊ ĩ monaſterio de burgo lr̃is ⁊ officiis eccľiaſticis inſtruct⁹ miſſā moꝛoſe cantabat aliaſq̄ orões adijciēs ſolis fideliū oblationibus cōtentus erat. Hic virgo exiſtens ſuperflui potus ſemper expers eſui carnium indulſit: quibus tamen ſpernendis occaſio talis fuit. Die quadam cum ad placitū q̄d-

dam exiturus miſſa celebrata cibũ ſume-
re ſtatuit appoſita igni auca nidor aduſte
carnis nares celebrãtis oppleuit odor mẽ
tem aduocauit. Sed cũ diu reluctãs cogi
tationẽ auertere non poſſet iuramentum
ad ſacram que tractabat fecit nullo ſe am
plius pacto id gen⁹ cibi cõmeſſurũ. Com-
pleta vero miſſa impranſus ad negotiũ
diſceſſit. Seculo tãdem relicto in mona-
ſterio wigornienſi quo pr̃ ſuus ſeruierat
monachus effectus per oĩa pene loci offi-
cia gradiens ad prioratũ aſcẽdit. Jeiuni-
is/vigilijs/et orõnibus iugiter indulſit:
ſuper ſcãnum in eccl'ia libro ĩ quo orabat
capiti ſuppoſito dormire conſueuit. No-
cte eni quadã ante altare ĩ eccl'ia orãs de-
monẽ ad luctã cũ importune prouocantẽ
quamuis illũ paſſione fatigat⁹ ter cõple-
ctẽs ꝓſtrauit. Apparuit aũt illi in forma
ſeruientis cuiuſdã de curia quẽ poſtmo-
dum quotiẽs wlſtan⁹ videret expalluit:
ad cetera ſẽ timore vacu⁹. Affirmabat ei
ſe neſcire qd eſſet timor. Pro fractura põ-
tis equũ nunq̃ deſcẽdit quin etiã in ſum-
mitate fabricarũ anguſtarũ ſecur⁹ ince-
deret. Cũ matrona quedã pulcherrima
nobilis ac diues in cõcupiſcentiã ei⁹ inſa
no amore ac illicito decepta ĩ tantũ vexa-
retur vt temptationi reſiſtere non vale-
ret: deſideriũ ſuũ ei apit/ſuſpirãdo rogat
⁊ orat vt cubile ſuũ paululũ rigore ꝓpoſi
to inflexo dignaretur. Jlle vero vocẽ fu-
neſtã vlterius non ferẽs ſ; ſermone loq̃n
tis interrupto ⁊ facto fronti crucis ſigna-
culo dixit. Fuge inq̃t fomes laſciuie mor-
tis filia vas ſathane Alapamq; mulierčcu
le tanto niſu impegit q̃ crepit⁹ illiſe pal-
me circũquaq; audita fuit. Sicq; alter io
ſeph muliebrem laſciuiã aĩo reſpuẽs ma-
nu cõpeſcebat. Solebat aũt ſedula deuo-
tione omĩ dñica pp̃lo verbũ dei predicare
quẽ frater quidã ĩcrepãs ſoli⁹ aſſeruit eſ-
ſe põtificis p̃dicare monacho ſilentium ⁊
clauſtrũ ꝯpetere. Cui ſctũs r̃ndit. Verbũ
dei nõ eſt alligatũ: nihilq; deo gratius q̃
xp̃m annũciare pp̃lmq; ab errore vie ſue
reuocare idcoq; ſe nõ omiſſurũ. Nocte ſe-
quente frater ille ad tribunal ignoti iudi
cis in viſione duct⁹ ⁊ cur ſeruũ ſuũ obiur
gaſſet redargut⁹ in pauimentũ iuſſus eſt
ſterni ⁊ cedi. Lachrime eni in maxillis et
liuores euident in ſcapulis euigilãtis ap
paruerũt. Cuius calamitate mot⁹ vir dei
bñdictionẽ ei dedit: ⁊ ſtatĩ ſanitas ei redi-
it omĩſq; doloris veſtigiũ cõquieuit. Cũ
quidã de cãpanili preceps rueret wlſtan⁹
emin⁹ ſtãs ⁊ intuẽs cõdoluit ⁊ ſignũ cru-
cis oppoſuit caſuſq; nõ ſolum ruentis nõ
attriuit: ſed nõ animũ frigente ſanguine
vt ſolet ebetauit. Surrexit ĩcolumis ſue
reputans temeritati q̃ cecidit: et wlſtani
ſctitati q̃ euaſit. Trib⁹ in ebdomada die
bus omĩs cibi abſtinẽs perpetuo linguã
cohibuit ſilentio reliq̃s tribus porros vel
caules elixos ⁊ panẽ ordeaceũ edebat. Cũ
q; electioni de ſe facte ad cõſentiẽdũ mini
me flecti poſſet a viro dei wlſino per qua-
draginta annos incluſo acriter ꝓ obſtina
tia corrept⁹ diuinoq; oraculo perterrit⁹
electioni cõſenſit. Cũ enim willelm⁹ rex
litterature inſufficientiã ⁊ gallici ſermo-
nis carentiã pretẽdẽs wlſtanũ priuare ni
teretur: cõuocato cõſilio iubet lamfranc⁹
archiepũs venerabilẽ virũ baculũ reſigna
re cũ anulo. Vir aũt dei nec vultu muta-
tus nec aĩo erexit ſe ⁊ virgã paſtoralẽ ma
nu tenẽs dixit. Vere dñe archiepẽ ſe ſcio
q; nec hoc honore dignus ſum: nec huic di
gnus oneri nec ſufficiẽs labori. Sciebam
eni hoc cũ me clerus eligeret cũ epi coge-
rent cũ me dñs meus ad hoc officiũ inui-
taret. Jpe auctoritate ſedis apl'ice in me
os humeros hoc on⁹ refudit ⁊ per hũc ba-
culum me epali gradu inueſtiri precepit.
Nũc tu paſtoralem virgã exigis quã non
tradidiſti: officiũ adimis quod nõ contu-
liſti. Et ego quidẽ inſufficientiã meã non
ignorans ⁊ huic ſancti ſynodi ſententie ce

dens reſignabo quidē baculū ſed non tibi ſed poti⁹ ei cuius eū auctoritate ſuſcepi. Hiis dictis accedēs ad tumulū ſcti edwardi ⁊ ſtās ante ſepulchrū dixit. Tu ſcis dn̄e mi q̄ inuit⁹ hoc op⁹ ſuſceperim quotiens ſubterfugerim: quotiēs me cū quererer abſētauerim. Fateor inſipiens fact⁹ ſum ſed tu me coegiſti. Nā licet non deeſſet fratrū electio/plebis petitio/epōꝝ volūtas/grā procerū: hiis tamē oībus tua preponderabat auctoritas/tua magis vrgebat volūtas. Et ecce nouus rex/noua lex/nou⁹ pōtifex noua iura condūt nouas ſententias promulgāt. Te erroris arguūt qui iuſſiſti me preſumptionis qui ꝯſenſi. Et tūc q̄dē falli potuiſti vt homo ſe nunq̄d modo cōiunct⁹ deo? Nō igitur illis qui exigūt q̄ nō dederunt qui cū ſint hoīes fallere poſſunt et falli: ſed tibi qui dediſti iam deductus in ipſam veritatē ignorantie vel erroris tenebras euaſiſti tibi reſigno baculū tibi curā eorum quos mihi cōmēdaſti dimitto. Tibi ſecure eos cōmitto cuius ego merita non ignoro. Hec cū dixiſſet eleuata paululū manu in lapidē quo ſanctū corpus tegebatur baculū infixit dicēs. Accipe dn̄e mi rex ⁊ cui libuerit trade illū. Et exutus pontificalib⁹ inter monachos ipſe iam monach⁹ ſimplex reſedit. Admirabātur oēs cernētes virgā lapidi immerſā ⁊ quaſi radicibus vteretur non moueri. Cumq; baculū temptantes nulla ratione euellere poſſent: res defertur in ſynodū ⁊ gundulphus roffenſis eps a lāfrāco miſſ⁹ ad ſepulchrū accedēs cū baculum nullatenus mouere valeret lamfranc⁹ nouitate miraculi ſtupefactus vna cū epis et rege ad tumulum properās facta oratione manum inuanū ad eruendū baculum appoſuit. Exclamat rex/orat pontifex ⁊ ad ſanctum ait. Uere iuſt⁹ dn̄s et cū ſimplicib⁹ graditur et cum humilibus ſermo eius. Deriſa eſt a nobis frater tua ſctā ſimplicitas ſed eduxit quaſi lumen iuſticiam tuam: errauit in te iuditiū noſtrū ⁊ ſimplicitatem tuā deo gratā oībus propalauit. Auctoritate proinde qua fūgimur immo diuino iuditio quo cōuincimur curā qua te inconſultius exuim⁹ iterum tibi cōmittimus et imponim⁹. Ille aūt impoſſibilitatem ſuā ⁊ onus ſupra vires pretendens Aſſerit in loco ſancto miniſtrū ſctm̄ ſtatuendū. Uictus tandē precū inſtantia coraꝫ oībus ad ſepulchrū acceſſit: virgā manu tetigit ⁊ mox manuꝫ eius ſequuta ac ſi in molli luto fuiſſet impreſſa deſiluit. Lamfranc⁹ ergo ad pedes ei⁹ prouolutus fatetur delictum: veniam implorat dicēs ſimplicitatem eius deo acceptam ⁊ bn̄placitā qui ſapientiam hui⁹ mūdi ſtultā facit vt fortia confundat ⁊ gratiam infūdat hūilibus. Mulierē quādam a demonio vexatā per cāporum deuia ſpūs impetu vagantem ſua benedictione valitudini priſtine reſtituit ac precepit vt non wulſtanū ſed deū benediceret: virtutes amaret/pudicitiā nō perderet ne deterius ei aliquid contingeret. Mulier eni monita eius ſequēs in ſanctimoniali habitu placentē deo vitam egit. Demoniacus quidā ferreis cathenis poſti ligatus tanta vocū variarū confuſione loquut⁹ eſt vt ex vno ore quaſi exercitum loq̄ crederes. Uiſo aūt pontifice totis intremiſcens mēbris/ſtridebat dentib⁹ patulo rictu ſputa euomens magno hiatu obſtrepere cepit. Tāto incomodo ſacerdos impalluit et expanſis in celū manibus orauit et infirm⁹ confeſtim conualuit. Leproſus quidā viſu horrid⁹ carne maculoſus/aqua lotionis manuū ſcti viri in balneo poſita ſe lauit ⁊ puſtularū continuo tumor reſedit letiferū vir⁹ effluxit: omiſq; caro in puerilem puritatē i breui refloruit ⁊ impetigine ⁊ ſcabie capitis abolita/ceſaries capillis ſuccreſcentibus reformatur. Gunnildis ſctimonialis regis haraldi filie tumor infeſtus oculos inuaſit ⁊ moles palpebrarū viſum obducēs

maſſa carnea oppleuit. Suſcepta eni epi
ſancti benedictione deiectis ⁊ erectis pal-
pebꝛis lucem ſerenã virgo conſequitur.
Æiſinus regis edwardi quõdã miniſter
ad conſecrandã eccłiam epm pꝛecibus ad
uocauit. Erat aũt in cimiterio arboꝛ nu-
cea patulis frondibus vmbꝛoſa que luxu
riante ramoꝛũ amplitudine luminibꝰ of-
ficiebat eccłie. Solebat aũt vir ille aleis
⁊ epulis ſub eadem arboꝛe vacare et cum
iuſſiſſet eam eps abſcidi: maluit eccłiam
nõ dedicari q̃ arboꝛem inde penitꝰ depo-
ni. Uir ergo ſctũs maledictionis iaculum
in arboꝛẽ offenſus itoꝛſit ⁊ illa quaſi vul-
nerata: paulatim ſterileſcens radicitꝰ exa
ruit ⁊ fructu caruit. Excerbatus inde dñs
eã abſcidi iuſſit et dixit Nihil wlſtani ma
ledictione amarius: nihil eius bñdictiõe
poterit dulcius inueniri. Cum quidã de
anglia verſus hiberniã nauigarẽt muta-
ta celi clemẽtia flauit ſpũs pꝛocelle inhoꝛ
ruit fragoꝛ ventoꝛũ factaqꝫ eſt tempeſtas
valida. Diruptis rudentibꝰ ⁊ malo effra
cto inuocato ſcti wulſtani ſuffragio qdaꝫ
in eius effigie apparens armamẽta cõſo-
lidat/rudentes coaptat: ⁊ vt aĩos reuoca
rent exhoꝛtans erigerẽt antempnas quia
tranquillitatem daturus erat dñs. Et cõ
feſtim ſerenitate reddita mare tranqllũ
efficitur. Uilioꝛibus indifferenter vteba
tur pellibus magis tamẽ agninis frigus
depellens vnde ⁊ cuidã ſuggerenti vt pel
les ſaltem catinas admitteret: ait. Crede
mihi cantari nõ audiui catus dei ſꝫ agnꝰ
dei: ideo agno volo caleſieri. Legebanꝭ
ad menſam eius edificationũ libꝛi: cũctis
interim ſummũ pꝛeſtantibus ſilentium.
Quiete vero epulis data vt celeſtem im-
partiret alimoniam quibꝰ miniſtrauerat
coꝛpoꝛalem: lectionẽ patria lingua expo-
nebat. Cũ vero poſt pꝛandiũ ſcdm moꝛeꝫ
potꝰ poꝛrigeretur. Ipe aquam purã ſolo
miniſtro cõſcio ſumere cõſueuit. Pꝛimis
quidem annis merã hauriebat aquã con-
fectꝰ ſenio vino vel ceruiſia mixta. Diſ-
ciplinã domus ſue tam i laicis q̃ clericis
ſeueriſſime exercens legem ſtatuit vt om
nes tam miſſe q̃ omnibꝰ hoꝛis intereſſent
cuſtodes ad hoc conſtituit vt nullũ impu-
ne ridere ſinerent: alioqñ aut potu eo die
caruit aut palma ictũ ferule excepit. Lai
cũ nullum de ſuis quoqꝫ iuſſit: cui nõ pꝛe-
ces ſepties in die dicendas iniũgeret hoc
aſſerens vt ſicut clerici ſeptem hoꝛas: ita
laici ſeptem orões deo libarent Si quis
ante eũ iuraret ſtatim ferule vindicta ſe
quebatur. Indigne ferebat ſiquis coꝛam
eo alioꝝ vitam roderet vel carperet mo-
res: qm̃ hoc ſumme malitie deputabat.
Noctibus aũt poſt modicũ ſompnũ ſur-
gens pſalteriũ dixit: nõnũq̃ ſolus ne q̃e-
tem alioꝛũ impediret/ quãdoqꝫ cũ ſocio
quem ceteris vigilantioꝛem depꝛehẽdit.
Et cũ ſompnolẽtiã cuiuſdã frĩs nutu no-
cte quãdã argueret ⁊ ille oſcitabundus ⁊
inuitus reſideret cum coꝛpꝰ quieti daret
magna vi per viſum concuſſus/flagris
ceſus/inconſulte temeritatis penas per-
tulit. Dat poſtremo fidem q̃ nunq̃ vlteri
us virũ dei a bono opere impedire pꝛeſu-
meret. Miſſas duas ad minus quotidie
audire et ipſe tertiam cantare ſolebat.
Aſcenſo equo pſalteriũ incipere nec pau-
ſam niſi ad finem facere conſueuit. Eius
eni cubicularíꝰ pſto elemoſinã deferebat:
nulli egenti denegatã. Quocũqꝫ iaceret/
ſtaret/vł ambularet: ſemp̃ i oꝛe pſalmus
ſemp̃ in coꝛde xp̃s. In ſingulis villis ſu-
is habebat ediculas in quibus ſe a mane
poſt miſſam incluſit donec clericus pulſa
tione oſtij tp̃s pꝛandij vel hoꝛarũ nuncia-
ret. Quãdo erat wigoꝛnie miſſam maio-
rem loco hebdomadarij quotidie fere cã-
tabat a quo vt dixit officio pꝛo ep̃atu reſi
gnando noluit abſolui. Collationi mona
choꝝ interfuit ⁊ cõfeſſiõe dicta ⁊ bñdictio
ne data ad ſua rediit. Dũ ſemel monachi
ſui ad maioꝛem eccłiaꝫ migrarẽt quã ipe

conſtruxerat ⁊ videret eccl'iam antiquã
deſtrui quã ſanctꝰ oſwaldꝰ conſtruxerat:
lachꝛimas fudit. Super quo modeſte re-
dargutꝰ ꝙ potiꝰ gaudere deberet ꝙ ſe ſu
perſtite tãtus honoꝛ eccl'ie ſue acciddiſſet
ꝙ multiplicatis monachis edificia auge-
rentur dixit. Ego longe aliter intelligo ꝙ
nos peccatoꝛes ⁊ miſeri opera ſanctoꝛum
deſtruimus vt nobis laudem cõperemus
Nõ nouerat illa etas põpatica cõſtruere:
ſed ſub qualicumqꝫ tecto ſeipſos deo imo-
lare ſubiectoſqꝫ ad exẽplũ attrahere. Nos
econtra nitimur vt curã animaꝝ negligẽ
tes cumulemus lapides. Dũ ſemel ſan-
ctus wlſtanꝰ ſermonẽ de pace faceret: et
multi ad concoꝛdiam redirent vnus inter
eos nullo ſuaſu nec etiam epi rogatu pꝛo
fratris nece homiſide veniã petenti indul
gere voluit. Huic in medio adducto: dixit
eps. Bti pacifici qm filij dei vocabunt. Cõ
ſtat eni ꝙ pacifici ſunt filij dei ⁊ bti diſcoꝛ
dantes ſunt miſeri et filij diaboli. Illi er-
go cuius es te cõmendo ⁊ trado carnẽ tu-
am ſathane. Statim ille mancipium ho-
ſtile effectꝰ dentibus ſtridere/ſpumas ia-
cere/caput rotare cepit. A wlſtano demũ
ſanatꝰ cũ pacem adhuc repudiaret: iteꝝ
⁊ tertio arreptꝰ eſt: quouſqꝫ ex coꝛde iniu
riam ⁊ offenſaꝫ remitteret. Ailwinꝰ qui
dam apud ſaltũ maluernie anachoꝛitice
degens ſi deſiderio hieroſolimitani itine
ris ſepius afflatus erat. Qđ cuꝫ wlſtano
panderet diſſuadẽs eps dixit. Deſiſte ſo-
des ailwine crede mihi mirareris ſi ſcires
que per te deus facturus ſit. Acquieſcens
ille in loco illo ad nũerũ tricenarium mo-
nachos congregauit ⁊ maluerine mona-
ſteriũ fundauit. Quidã noĩe ſewlfus dũ
ſepius eadem peccata epo panderet: ait
eps. Opoꝛtunitas vt video latroneꝫ facit
ideo ꝯſulo vt monachus fias ⁊ ſic vitioꝝ
impoꝛtunitate carebis. Cũ vero ille pꝛ ri-
goꝛe oꝛdinis hoc renueret vade inquit mo
nachus fies velis nolis. Tãdeꝫ ille ſeneſ-
cens ⁊ apud malmeſbyꝛy tonſoꝛatꝰ quoti
ens dictũ wlſtani menti ingeſſit mitiꝰ ſe
habuit. Dũ alumpni ſui nicholai caput
palparet qui iaꝫ iuuenis calueſcere cepit
ait ad eũ. Puto fili ꝙ cito caluꝰ eris. Et il
le. Quare pr̃ nõ tenes crines meos? Cui
eps. Crede fili ꝙ diu vixero reſidui nõ de-
ficient. Et factũ eſt ita. Ebdomada nãqꝫ il
la qua eps obijt oẽs capilli eiꝰ ita euanue-
runt vt quaſi nudam cutẽ relinquerent.
Anno aũt dñi milleſimo ſexageſimo ſe-
ptimo epatꝰ ſui triceſimo quarto: etatis
ſue octuageſimo ſeptimo: quartodecimo
kal. februarij defunctꝰ ſeculo viuere cepit
in xp̃o. Anulũ aũt quẽ in conſecratione ac
ceperat multis annis digito eiꝰ herere nõ
potuit: ⁊ crebꝛo lapſus nũꝙ amiſſus fuit
Quippe caro digitorum ita exianita fue-
rat vt vix pellicula oſſibus inhereret. Fer
tur eni ſepius ipm dixiſſe. Anulum queꝫ
ſine ambitu ſuſcepi inſeparabilem mihi i
humũ poꝛtabo Poſt obitũ eiꝰ quidã anu
lum digito ſubtrahere inuanũ temptaue
runt: ita eni pellis plena pꝛotuberãtes ar
ticuli/neruoꝝ integritas/reſtituta vide-
bant moꝛtuo que pꝛe abſtinentia exinani
ta fuerant viuo. Elapſis eni poſt obituꝫ
eius annis centũ dũ transferret coꝛpꝰ eiꝰ
⁊ in ſcrinio pꝛecioſo collocaretur repertũ
eſt vna cũ veſtimentis pontificalibꝰ inte
grũ et incoꝛruptũ. Inter multa eni mira
cula pꝛo famulo ſuo a deo patrata mulie
rem q̃nqꝫ annis incuruatã ac inclinatam
humiqꝫ accliuẽ curauit linguã pueri a no
uerca abſciſam reparauit: cecos quinqꝫ il
luminauit demoniacos q̃nqꝫ ſanauit mu
tis quatuoꝛ loquelam reddidit/ moꝛtuos
tres reſuſcitauit/lepꝛoſos duos munda-
uit/⁊ hydꝛopicis duobus ſanitatem cõtu-
lit. Infra triduũ vice quadã triginta q̃n-
qꝫ variis moꝛbis oppꝛeſſi ſalute cõſequu-
ta gratias deo ⁊ ſancto eiꝰ referebãt Ocu
los iuuenis cuiuſdã ab emulis effoſſos et
in cãpum pꝛoiectos anlauit. Nõ eni ſibi

proprios reſtituit: ſed nouas et modicas
in foſſarum profunditate pupillas tanq̄
duas poſuit prunulas & quas varias ha-
buit ex natura: nigras recepit ex gr̄a. De
die aūt in diem vſq3 ad quantitatē compe
tentem creuerūt. Teſticuli eiuſdē iuuenis
ab eiſdem emulis a follib⁹ ſuis eruti & pre
ſciſi longiuſq3 proiecti: eidē ſunt reſtitu-
ti vulneraq3 om̄ia diuerſis corporis locis
recepta in momēto ſunt curata. Juuenis
iſte thomas noīe cū pecuniam multā con
gregaſſet quedam dn̄a mutuo pecuniam
ab ipo recepit & tandem ad fornicandū cū
illa allexit. Qui tandē cōpunct⁹ cū digne
pro cōmiſſo ſatiſfeciſſet illa contemptā ſe
dolens et repulſam erubeſcens quendā
iniquū & malefactorem in maritū aſſum-
pſit & ad ſupradictū op⁹ nephariū eum
ſua inſtigatione allexit. Narratio.

Jllis dieb⁹ ſctūs edward⁹ rex qui nuſq̄
niſi alieno conſilio duct⁹ perperam egit:
roberti archiepi & comitis godwini inſtin
ctu et cōſilio mr̄em propriam ꝓpter nimi
am epi wintonienſis familiaritatē bonis
om̄ibus priuatā in monaſterio de Where-
welle detruſit & epm̄ alwinū incarcerauit
Emma demū laxius cuſtodita epis ī qui-
bus cōfidebat ſcripſit ſe ferri cādētis exa-
mine paratā ꝓbare epm̄ iniuſte fore dif-
famatū. Prefixo aūt purgationis die mu
lier nocte precedēte ad ſepulchrū ſcti Swi-
thuni perorās confortabat. Die vero ſe-
quēti ignitos vomeres nil leſa pertranſijt
Tūc rex ingemiſcens et veniam petēs ab
epo et mr̄e diſciplinas recepit & ablata il-
lis reſtituit. Regina vero dedit ſctō Switu
no nouem maneria ꝓpter nouē vomeres
q̄s ptrāſiuit. Jllo etiā tpe papa bn̄dict⁹
poſt obitū ſuū in ſpecie mōſtruoſi aīalis
cuius aures et cauda aſini erant: cetera
vrſi cuidā iuxta mediolanū apparuit. Cū
q3 fugā iniret vir ille expaueſcēs mōſtrū
illud exclamare cepit. Noli timere q2 ho-
mo fui ſicut tu es ſed q2 beſtialit̄ vixi poſt
mortem beſtie ſpecie3 preferre merui. Et
ille. Quis es tu? Ego ait: illo ſolo noīe bn̄-
dictus fui qui nup apoſtolicā ſedē īdign⁹
obtinui vſq3 ad diem iudicij per dumoſa
& ſqualentia & ſulphurea loca et fetida et
bullientia rapior & pretrahor. Poſt extre-
mum vero iuditium corp⁹ meū & aīam ſi-
mul irremediabiles cruciat⁹ & irreuoca-
bilis olla iehennalis baratri deglutiēt vt
nulla mihi ſpes requiei ineternum reſtet
Fuerat enī in pontificatu ſemper luxurie
deditus ideoq3 ab auribus aſini in caudā
deſinebat. Et q2 vitā carnalē ſemꝑ duxit
cetera igitur vrſus erant. Jllis inſuper
diebus hildebrand⁹ poſtea papa gregori
us quondā prior cluniacenſis & poſt archi
diacon⁹ rome cū equitaret cū multa tur-
ba abbas hugo cluniacēſis ipm̄ ſequens
in aīo cogitare cepit vn̄ eſſet tant⁹ honor
homūtioni exilis ſtature deſpicabilis pa
rentele: proculdubio hoc ei ex ſuperbia ac
cidere. Mox archidiacon⁹ reflexo equo: a
longe clamans ait. Tu male cogitaſti nō
enī michi hanc gloriam ſi gl̄ia dici poteſt
que cito tranſit vel imputo vl̄ ab alijs im
putari volo: ſed beatis apl̄is quoꝝ preui-
legio mihi exhibetur. Erubeſcēs abbas:
quomodo cogitatum ſuū nouiſſet queſi-
uit. Ab ore īquit tuo quaſi per fiſtulas ad
auras meas deductus eſt. Cū aūt iterum
iūctis lateribus in eccl̄ia proſtrati diuti⁹
orarent: reſpexit archidiacon⁹ abbatē tur
bulēto vultu dicēs. Si me amare vis: ne
vlterius hac me iniuria expugnes. Dn̄s
enī me⁹ iheſus xp̄s poſtulationib⁹ meis
viſibiliter aſtabat: intendēs dictis & ſere
nis fauens oculis: ſed orationis tue violē
tia me deſeruit ad te conuerſus. Puto eē
genus iniurie: amico eripere auctorem ſa-
lutis ſue. Hic etiam dū cardinalis eſſet cō
tra p̄latos ſymoniacos in francia acriter
ꝓceſſit. Vn⁹ tn̄ eps grauiter infamatus:
accuſantes eū clā corrupit & tanta dicēdi
arte callebat vt nullis argumētis confu-

tari poſſet. Tūc legat⁹ ait. Ceſſet hūanū iuditiū frequent̄ fallibile ⁊ pꝛoducat̄ diuinū oꝛaculū. Certū eſt ꝙ epalis gr̄a ſpiritus ſancti donū eſt ⁊ qui epatū ꝑcio mercatur: donū ſancti ſpūs cōparari poſſe pecunia opinatur. Si igitur tu epē ꝯtra ſpiritum ſctm̄ nō feciſti dic palā gl'ia pr̄i ⁊ filio et ſpiritui ſancto. Sed licet frequentius incepiſſet ⁊ temptaſſet nunꝙ ſpiritui ſancto pꝛoferre potuit: ſed ab epiſcopatu deiectus plane dixit. Explicit.

## ¶ De ſancto Edgaro rege et confeſſoꝛe.

¶ Vita beati regis Edgari minime fuit inuenta quouſqꝫ liber iſte impꝛeſſus fuit vltra lr̄am E: ita ꝙ in loco ſuo ſecundū oꝛdinē alphabeti nullo mō imponi potuit ideo in fine pꝛeſentis libꝛi imponitur ⁊ in tabula ſecundū oꝛdinē alphabeti locū ſuū tenebit.

Edgar⁹ rex angloꝝ iſignis fr̄ edwii cepit regnare āno othonis impatoꝛis vigeſimoſecundo dū adhuc eſſet iuuenculus annoꝝ ſedecim: quo naſcente dūſtan⁹ archiep̄s cantuarienſis audiuit vocē de celo anglice dicētē. Pax anglie ꝙdiu puer iſte regnabit: ⁊ dūſtan⁹ nr̄ dixerit. Regnauit aūt ānis. xvi. et q̄libet anno nouū monaſteriū fūdauit: totamqꝫ inſulam in ſumma pace ⁊ iuſticia gubernauit Nā regē ſcotoꝝ cinandū cambioꝝ malcolinū: archipyꝛatā maſcoſiū omeſqꝫ reges Walenſiū nūero. v. ad curiā coactos ꝑpetuo ſacramēto ſibi obligauit. Quos apd̄ legionū ſibi occurrentes: ⁊ pompā triumphi ꝑ fluuiū deduxit vna naui impoſitos quā illi remigabāt ⁊ ipſe in pꝛoꝛa ſedebat Compatriotas ſuos a nimia potatione timoꝛe et induſtria refrenauit. Et adeo ſeuer⁹ fuit: ꝙ ibi null⁹ fuit pꝛiuatus latro nullus popularis ꝑdo: niſi q̄ vellet amittere vitā: qn etiā oīs gn̄is feras ſanguis auidas ex regno exterminauit. Guidualo regi gualdēſiū indixit / vt ſibi ēm āno tributū. ccc. lupoꝛū ſolueret. Quod dum ille plurib⁹ annis feciſſet: nullū ſe āplius inuenire ꝓfeſſus eſt. Omni eſtate p⁹ paſcha naues per oīa littoꝛa adunari ꝑcipiebat: ⁊ aſcēdens ipſemet mare circuibat: vt pyratas arceret. hyeme vero ꝑ ꝓuītias equitabat vt pꝛedones deleret: iudicia potētioꝝ exquirens ne ius violarent. Quodā tēpoꝛe venatū ꝓrexerat: dunſtanū qui ſecū erat rogās miſſam differre: qua dies dñicus erat. Appꝛopinquante hoꝛa tertia epiſcopus ſacris indutus ſuper altare regē expectabat: ſubitoqꝫ ſopoꝛe leui depꝛeſſus: raptus in celū audiuit cātus angelorū cātantes kyrieleyſon. ix. vicibus. Excitat⁹ poſt modicū adhuc expectās rapitur ⁊ audiuit alta voce dici. Ite miſſa eſt ⁊ rñderi: deo gr̄as. Tūc accurētes eius clerici regē adeſſe dixerunt: quibus rn̄dit ꝙ miſſam audiuerat: nec eſſe opus ꝙ ea die ampli⁹ celebꝛaret. Interrogatus a rege cur hec diceret: ⁊ quare celebꝛare nollet viſionē apit. Et hoc ſumpta occaſione regi pꝛohibens: ne die dñico vlterius venatū pergeret. Quā coꝛreptionē ſctūs rex benigne ſuſcepit et de cetero obſeruauit. Qui gubernato regno poſt annos. xvi. āno etatis ſue. xxxij. in pace quieuit: et miraculis poſt obitum claruit. Ut in vita beati patricij clarius patet.

Explicit (Noua legēda anglie). Impꝛeſſa lōdonias: i domo Winādi de Woꝛde: cōmoꝛātis ad ſignū ſolis: in vico nūcupato (the flete ſtrete). Anno dñi. M. CCCCCxvi. xxvij. die Febꝛuarij. ¶ Itaqꝫ omnes hyſtoꝛie hic collecte: merito dicūtur noue: quia licet quedam de iſtis etiā reperiūtur apud plures: nō tamē ita emēdate ⁊ coꝛrecte ſicut in hoc volumen continentur.



